Renuntians de iuribus ſuis informatus, & certioratus, non poteſt contra renuntiationem venire. conſ. 24. n. 6 fol 209.

Repreſentatio inter deſcendentes in ſucceſſione feudi datur vſque in infinitum in collateralibus vſque ad fratrum filios, ex conſtitut. In aliquibus, & vſque ad trinepotem per capitul. Si aliquem, Annot. ad conſ. 10. nu. 20. fol. 75.

Repreſentationem concedi in feudo hæreditario non in feudo pacti putauerunt Aliqui. Ibidem n. 21.

Res qualibet libera, & allodialis præſumitur. conſ. 6. n. 3. fol. 27.

Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, & quomodo intelligatur. Annot. ad conſ. 22. nu. 4. fol. 186.

Reuocatio feudi quo iure vaſſallo competat. conſ. 2. n. 9. fol. 10.

Rex non poteſt de poteſtate ordinaria liberare vaſſallos Baronis à perſonalibus, & realibus ſeruitijs, quod non procedit ſi ex cauſa iuſta, et magna id efficeret. conſ. 13. n. 8. & 9. f. 111.

Rex in Regno feuda poteſt erigere in demania. Ibidem n. 10.

Riminal. Iun. conſ. 476. n. 65. declaratur. conſ. 7. n. 15. 16. & 17. fol. 42.

S

SEcundogenitus an feudum conſenſu primogeniti alienatum reuocare poſſit. Annot. ad conſ. 11. n. 37. fol. 90.

Secundogenitus non ſemper legitimam ſuper feudo conſequitur. Annot. ad conſ. 27. n. 6 f. 229

Sententia exequi poteſt contra tertium ſtante vitio litigioſi, etiam ſi actum ſit actione perſonali, ſine aliqua actione reſciſſoria, ſi in fraudem exequutionis ſit facta alienatio. conſ. 15. n. 23. & 24. fol. 129.

Sententia lata eum poſſeſſore rei, & vſufructuario, principale intereſſe pretendente, maximè ſiſe defendit, alijs nocet. Ibidem n. 27. fol. 130.

Sententia debet eſſe conformis libello. conſ. 19. nu. 15 fol. 163.

Sententia debet exequi per eosdem iudices, qui eam protulerunt conſ. 30. n. 9. fol. 241.

Sequeſtrum non eſt faciendum poſſeſſionis, ſed manutenendus, qui rei infiſtit. Ibidem n. 7.

Sindicatus eſt prohibitus contra Barones malè tractantes vaſſallos conſ. 13. n. 12. fol. 112.

Soror Baronis in capillo an præferatur nepoti ex altera ſorore maritata in feudo eum clauſula iuris francorum. conſ. 26. n. 1. fol. 225.

Sorori in capillo exiſtenti, quæ cautbela ſit danda vt in futurum ſuccedat in feudo, mortuo patre Barone. Ibidem n. 6. fol. 227.

Spolium. In ſpolio dolus neceſſarius eſt. conſ. 23. n. 31. fol. 202.

Statuta ſi duo ſint, quæ inter ſe videantur contraria, ſi poſſint aliqua diſtinctione ſaluari, per vltimum non cenſetur aliud ſublatum. conſ. 18. n. 23. fol. 151.

Statuta ad tollendas fraudes, & dolos ſunt fauorabilia, & conſequenter extendenda ad latam interpretationem. conſ. 29. n. 13. fol. 238.

Statuti diſpoſitio non extenditur ad præterita.

Ibidem. nu. 8. fol. 237.
Statutum excludens aliquem propter patruũ, non excludit propter materterum. conſ. 9. n. 35. fol. 60.
Statutum excludens faminas à ſucceſſione paterna, non cenſetur excludere eas à ſucceſſione materna. Ibidem. n. 36.
Statutum præferens patruum matri in ſucceſſione filij, extenditur ad ſucceſſionem filiæ, cum ſit ſemper vnica ratio conſeruandæ agnationis conſ. 10 nu 2. fol. 68.
Statutum excludens à ſucceſſione aui, non excludit à ſucceſſione auiæ. Ibidem n 5 fol. 68.
Statutum continere dicitur clauſulam decreti irritantis, quando loquitur per prohibitoria verba, & negatiua conſ 12. n. 16. fol. 95.
Statutum quando poſſit procedere ex identitate rationis in alio caſu. conſ. 18. num. 15. fol. 149.
Statutum. Stante ſtatuto excluſiuo faminarum, nepos ex filio excludit amitam. Annot. ad conſ. 10. n. 56. fol. 78.
Statutum videtur continere rationem ne ſtatuens dicatur inſipiens, admittunt tamen Doctores illam (ſic volo ſic iubeo) ibidem. nu 62. & 63.
Statutum. In ſtatutis excluſio alicuius perſonæ non fit niſi à perſonis ibi nominatim expreſſis, quod procedere Aliqui dixerunt, etiã ſi ratio conſeruandæ agnationis procederet. Ibidem. nu. 72. fol. 80.
Statutum loquens de primogenito non comprehendit primogenitam. Annot. ad d. conſ. 10. num. 73.
Statutm excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non excludit à ſucceſſione alterius ſororis. Ibidem n. 74 & 75. & excludens ſororem propter fratrem, non excludit propter fratrem patruelem. Ibidem. n. 76.
Statutum arcens à ſucceſſione filij matrem, non excludit etiã à ſucceſſione filiæ. Ibidem num. 77. 78 & 79.
Statutum diſponens quod agnati matri, & auiæ ſuccedant, ſi contigerit non extare matrem, & auiam, ſed amitam proximiorem, quàm ipſi agnati ſint, non excludit amitam. Ibidem. nu. 80.
Statutum excludens matrem propter patruum, non excludit amitam. Ibidem nu. 81.
Statutum excludens amitam, non excludit materteram. Ibidem nu. 82.
Statutum excludens matrem propter patruum non habet locum ſi mater & ſoror extarent. Ibidem. nu. 83.
Statutum excludens filiam propter patruum, eam non excludit propter patruum magnum Ibidem. num. 84.
Statutum excludens ſororem propter fratrem, non excludit neptem. Ibidem. nu. 85.
Statutum excludini auium paternum non porrigitur ad auiam Ibidem. nu. 86.
Statutum loquens de ſuccedendo maſculo, non habet locum in ſucceſſione faminæ. Ibidem. num. 88.
Statutum excludens auum maternum propter patruum, ſi cum auo concurreret auia materna, an locum habeat. Ibidem. nu. 87.
Statutum excludens ab hereditate matris, non excludit ab hæreditate auiæ. Ibidem nu. 89.
Statutum excludens à ſucceſſione patris, matris, & aui, non excludit à ſucceceſſione auiæ. Ibidem nu. 90.
Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, non excludit auiam. Ibidem. nu. 91.
Subintratio. Per ſubintrationem patris ſi prætendit filia ſuccedere, neceſſe eſt quod intret cum qualitate, & ſexu, & quod tunc ſubintratio non fiat cum qualitate maſculinitatis. conſ. 9 n. 32. fol. 59.
Subintratio non admittitur ſtante capitul. Si aliquem, quod vocat proximiorem defuncto. Ibidem num. 33. fol. 60.
Subintratio an detur in ſucceſſione collateralium. Et quid in Regno ex diſpoſitione capit. Si aliquem, conſ. 26 nu. 4. fol. 223.
Subrectitia gratia cenſetur ſi expreſſa non ſint omnia. conſ. 9 n. 25. fol. 58.
Subſtitutio compendioſa fit p illa verba (quandocumque moriſti ſenza figli) quæ continent plura tempora, & tunc vocatus non dicitur venire ex pupillari, quæ poſt pubertatem expirat, ſed ex vulgari, quæ in compendioſa cõtinetur, quod etiam procedit caducato teſtamento in perſonam inſtituti, & dicitur tali caſu directa ſubſtitutio quando verba ſunt communia d. conſ 9 n. 1. & 2. fol. 52.
Subſtitutio vulgaris continetur in compendioſa quando verba ſunt communia, & non eſt differentia ſi fiat in certa re, vel in tota hæreditate, pro vt ſit inſtitutio in pupillari, & fideicommiſſaria ſubſtitutione. Ibidem num. 2.
Subſtitutio facta in certa re, ne videatur teſtator in parte decedere teſtatus: in parte verò intellatus, dicitur facta in tota hæreditate iure accreſcendi; quæ diſpoſitio, ſicut habet locum in prima inſtitutione, & in primo gradu ſubſtitutionis, ſic in ſecundo. Ibidem. num. 3. fol. 52.
Subſtitutione facta filio de filijs maſculis etiam ſi deceſſerit cum nepote maſculo ex filio, dicitur purificata condictio. conſ. 25 n. 9. fol. 212.

Suc-

INDEX

Succedens in feudo non hereditario non tenetur ad oner a. Annot. ad conſ. 12. n. 97. fol. 109. limit. Ibidem.

Succeſſio non deuoluitur ad tranſuerſales, niſi finita linea deſcendentium. conſ. 20. num. 4. fol. 172.

Succeſſor non plus iuris habet, quam author ſuus habebat. conſ. 27. n. 10. fol. 228.

Succeſſorium edictum in feudis de gradu in gradum admittitur. Annot. ad conſ. 22. n. 71. fol. 196.

T

TEmpus mortis, an refutationis ſit attendendum in alienatione feudi inter agnatos Annot. ad d. conſ. 22. n. 1. 9. 22. 23. 27. & 29. & quaſi per totam fol. 185. *& ſeq.*

Tempus mortis, an teſtamenti circa gradum, & proximitatem in ſucceſſione feudi, ſit attendendum. Ibidem nu. 21. fol. 188.

Tertius ſi ab initio non comparet, & ſeit litem fuiſſe motam, non poteſt amplius ſe opponere. conſ. 15. n. 25. fol. 130.

Teſtamenta ſi ſint duo, vnum in feudalibus: alterum in allodialibus, cum in feudalibus ceſſet ratio. prateritionis, non debet ſubuerti ex prateritione teſtamentum in feudalibus. conſ. 9. nu. 12. fol. 55.

Teſtamenti vitium quando non eſt viſibile, nõ impedit remedium l. fi. C. de edict. Diu. Adrian toll. Ibidem nu. 11.

Teſtamentum non præſumitur, imò ſucceſſio ab inteſtato, nec tuuat in hoc temporis antiquitas, & aſſignatur ratio. conſ. 7. num. 7. fol. 38.

Teſtator ſi vocat quem indubitatum, & immediatum ſucceſſorem in Baronia, an per hoc videatur ille talis inſtitutus. & an debeat probari illa qualitas conſ. 11. n. 1. fol. 82. Proſper. Paſſet. conſ. 140. n. 18. & 19.

Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt diſponere, quod leges locum non habeant conſ. 17. n. 5. fol. 141.

Teſtator ſi diſponit vt viuatur iure francorum, quia ius francorum habet interpretationem, vt procedat, ſalua gradus prærogatiua, ad hanc interpretationem cenſetur conformare voluiſſe eius intentionem. conſ. 24. num. 4. fol. 208.

Teſtator vocans ad ſucceſſionem filios cenſetur etiam vocare filias, & ſi voluerit quod maſculi fœminis præferantur, non per hoc cenſentur excluſa fœmina, ſed vocata non exiſtentibus maſculis. conſ. 25. n. 2. fol. 211. *ſed contra n. 9. & 10.*

Teſtator ſi iubet vt viuatur iure francorum, an videatur conformare velle diſpoſitionem ſuam iuxta capitul. Si aliquem, d. conſ. 25. nu. 18 fol. 213.

Teſtator vocans filios alicuius complexiuè, intelligitur eos vocaſſe, & ad inuicem inſtituiſſe cum prærogatiua gradus, & maioris ætatis, ſi adiecit clauſulam iuris francorum. Ibidem nu. 21 fol. 214.

Teſtator iuris communis diſpoſitioniſe conformem reddere præſumitur. Annot. ad d. conſ. 25. nu 10 fol. 218.

Text. in l. quoties C. de hæredibus inſtituend. procedit quando ambo hæredes ſunt capaces. conſ. 9. nu. 8. fol. 53.

Text. in l. ſi quis maior C. de tranſact. an comprehendat vniuerſitatem. conſ. 14. n. 3. f. 120. *remiſſiuè.*

Text. in l. ius noſtrum de regul. iur. an procedat quando hæres eſt prohibitus capere. conſ. 18. nu. 12. fol. 148.

Text. in l. ſi certarum. ff. de milit. teſtam. declaratur. Annot. ad conſ. 12. n. 87 fol. 108.

Tex. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. declaratur. Annot. ad conſ. 18. n. 10. cum ſeqq. & quaſi per totam fol. 157. & an in feudis locũ habeat. n. 22. cum ſeqq.

Tex. in capitul. Imperialem de prohibit. feud. alien. per Feder. declaratur Annot. ad conſ. 12 nu. 88. fol. 108.

Titul. An Agnat. in quibus caſibus procedat. vide ſuper. capitul.

Tranſactio ob contrauentionem. licet reſoluatur, & in pœnam incurratur ipſo. iure, nihilominus declaratoria requiritur cauſa cognita. conſ. 14. nu. 2. fol. 120.

Tranſuerſales non veniunt quando ſunt vocati deſcendentes ex corpore, etiam ſtante capitul. Si aliquem, quia illud procedit tantum. ad inteſtato, præſuppoſito feudo in forma larga conſ. 18. n. 31. fol. 154.

V

VAſſalli Baronis dicuntur immediatè vaſſalli ſui. conſ. 13. n. 5. fol. 111.

Vaſſalli Baronis, an poſſint effici demaniales. d. conſ. 13. n. 6.

Vaſſallus poteſt diſponere in feudo quo in præiudicium hæredis, & poſt mortem vaſſalli

Rex

INDEX

Rex conſentire.con .2.n.10.fol. 12.

Vaſſallus, qui ex feudo percipit fructus, ſeruitium præſtare tenetur.Annot.ad d.conſ.12.n. 89 fol. 108.

Vaſſallus ſi profaciendo ſeruitio obligauerit feudum, an teneatur etiam dominus. Ibidem d.n. 89.

Vaſſallus committens felloniam contra dominum, feudo priuatur.Annot.ad conſ.13.num. 6.fol. 115.

Vaſſallus,& dominus non debent ad imparia iudicari.Ibidem n.11.& 30.fol. 115.

Vaſſallus an poſſit alienare feudi medietatem ad libellum,& eo mortuo, ad quem reuertatur. & Annot.ad conſ.12.n.46 fol. 192.

Verba cum effectu ſunt accipienda conſ.2.nu.3. fol. 7.

Verba iſta (ex pacto & prouidentia) dicuntur magiſtralis.Annot.ad conſ.9.n.3.fol. 62.

Verba iſta (quod filij maſculi una cum faminis ſuccedant)gradus paritatem inducere videntur.Annot.ad conſ.11.n.20.fol. 87.

Verba hæc (abſque ſexus diſcretione) ad feudi ſucceſſionem quid operentur.Ibidem n.21.

Verba (vel ulterioris gradus)in ſucceſſione feudi qualiter ſint intelligenda reſpectu faminarum.Ibidem.n.40 fol. 90.

Verbum (hæredibus) in feudalibus ſecundum ſubiectam materiam,de filijs,vel deſcendentibus ſemper interpretatur Annot. ad conſ. 12. n.56.& 81.fol.104.& ſequ De hoc verbo(hæres)quam ſignificationem habeat,& quas perſonas comprehendere videatur.vide nu.60.& 61.& Annot.ad conſ.22.n.70 fol. 195.

Verbum (felloniа) quid ſignificet.Annot.ad conſ. 13.n.8 fol. 115.

Verbum (in capillo) an ſit latinum, vel Longobardum Annot.ad conſ.26.n.2. fol. 224.

Vicerex poteſt præſtare aſſenſum in alienatione feudi.conſ.3.n.24.fol. 55.

Vita, & militia alimentis æquiparatur & tranſmiſſibilis poſt mortem non eſt, & ſicut finitur per mortem naturalem, ita etiam per mortem ciuilem;& ideo fratres ſanctiFranciſci non debent eam habere,cum pro mortuis habeantur,etiam quoad omnes effectus mortis naturalis conſ.27.n.1.2.& 3.fol. 224.& 225.

Vita,& militia ſi non eſt tranſmiſſibilis, ergo neque ceſſibilis. Ibidem n.11.fol. 228.

Vita,& militia non debetur in feudo empto à communi parente, præſertim omnes filios æqualiter inſtituente, ſed pars tantum pretij & æſtimationis illius.conſ.28.n.3.fol. 232.

Vita,& militia an ſuccedat loco legitimæ,& alimentorum,aut portionis feudi, vel conſtituat tertiam ſpeciem.Annot.ad conſ.27.n.2. uſque ad nu.13.fol. 228.

Vita, & militia quare ſit introducta. Ibidem. nu. 5.

Vita, & militia an debeatur tranſuerſalibus. Ibidem.n.7. remiſſiue.

Vita & militia non debetur in vita refutantis feudum,ſed morte ſequuta.Ibidem n.9.in fine fol. 229.

Vita,& militia per ingreſſum religionis honoris incapacis dicitur expirare.Ibidem.n.13.

Vnio, & incorporatio facit ſortiri eamdem naturam, ſi nihil aliud exprimatur.conſ.18.n. 31.fol. 154.

Voluntas teſtatoris eſt attendenda quamuis verba deficiant,vel contraria apparent.con.25. n.7. fol. 212.

Vſufructus ingredientis monaſterium an conſolidetur cum proprietate ſtatim per ingreſſum conſ.27.n.9.fol. 227.

Vxor non poteſt relinquere ſecundo viro vltra tertiam,& ſtante iſta iuris prohibitione, eſt prohibitum ius accreſcendi perſonam ſecundi viri.conſ.9.n.7.fol. 53.

FINIS.

INDEX MATERIARVM QVAESTIONVM.

QVÆSTIO I. fol.247.

TERMINVS quadragintadierum litterarum citatorialium, an incipiat à die datæ vel à die præsentationis ipsarum.

QVÆSTIO II. fol.248.

Reus contumax, volens recuperare possessionem an & quando possit impediri ab actore docente incontinenti de iure suo.

QVÆSTIO III. fol.250.

Reus comparens, volens recuperare possessionem reficiendo expensas, si impediatur ab actore volente docere de iure suo, & interim labatur annus, an tunc dicatur non perseuerare in contumacia.

QVÆSTIO IV. fol.251.

Verba causa rei seruandæ, quid importent in ritu, & an inmissus in possessionem causa rei seruandę infrà annum, efficiatur verus possessor licèt reuocabiliter.

QVÆSTIO V. fol.252.

Anni lapsus absq; alio curiæ decreto, reo perseuerante in contumacia, an sufficiat vt inmissus efficiatur incommutabilis possessor, & an interpositio secundi decreti possit fieri infra annum, & an terminus anni possit abbreuiari.

QVÆSTIO VI. fol.255.

Terminus supradictus anni an possit prorogari à iudice sicut potest abbreuiari.

QVÆSTIO VII. fol.257.

Actor vt possit micti in possessionem causa rei seruandæ, an procedat indistinctè etiam in bonis feudalibus, & an dispensatio debeat peti quando fit adiudicatio in personam non æquè dignam.

QVÆSTIO VIII. fol.259.

Actor vt debeat micti in possessionem causa rei seruandæ, an hodie habeat locum in beneficialibus.

QVÆSTIO IX. fol.260.

Remedium vt actor mictatur in possessionem causa rei seruandę an hodie habeat locum; cum

omnes cauſſæ ſint ſummariè, in quibus non requiritur litis conteſtatio, & actor poteſt procedi vſq; ad ſententiam diffinitiuam.

QVÆSTIO X. fol.260.

Miſſio in poſſeſſionem cauſſa rei ſeruandę, an poſſit fieri ex contumacia ſyndici contra vniuerſi atem nu.8.vniuerſitas quando dicatur legitimè citari nu.2. ſyndici electio quomodo dicatur legitima,nu.3.& an debeat fieri de mandato iudicis nu.4 & 5. & an debeat interponi decretum citato barone nu. 6. & an ſyndicus poſſit eligi ad lites futuras nu. 7.

QVÆSTIO XI. fol.265.

Terminus menſium ſex infra quos efficaciam habent literæ citatoriales,à quo actu dicatur currere

QVÆSTIO XII. fol.267.

Diſpoſitio ſupradicta c. ritus 98. an habeat locum etiam in Conſiſtorio S. R. C.

QVÆSTIO XIII. fol.267.

Diſpoſitio ſupradicta an procedat in cauſis exequutiuis,&sũmarijs

QVÆSTIO XIV. fol.268.

Actus facti in articulo incidenti vel emergenti in vno magiſtratu an interrumpant ſemeſtre (de quo ſuprà) cauſę principalis in alio magiſtratu, & iudicio.

QVÆSTIO XV. fol.268.

Procuratorem an ſufficiat citare lapſo ſemeſtri; & ritus an tunc intelligat de procuratore cauſæ qui ſolet ſubſcribere libellum.

QVAESTIO I. lib. 2. fol.269.

Modi procedendi in ritu ciuiliter quot, & qui ſint ſeparati, & diſtincti, & quod ſint ſex principales ad quos omnes alij modi reduci poſſunt In taxatione dotis de paragio an poſſit procedi p. in c. nu.7. & an aduerſus eam verum ſit dicere non poſſe admitti exceptiones peremptorias, ſed ſolùm modificatiua, nu.8.

QVAESTIO II. fol.273.

Inſtantiæ in exequutiuis quæ, & quales ſint, & à quo actu initiũ ſumant,& quomodo in exeqũtiuis detur inſtantia, & quindena elapſa an poſſit perpetuò exequi,nu.2.

QVAESTIO III. fol.276.

Inſtantia in exequutiuis,&in cauſſa oppoſitoria cui pereat oppoſito vel opponenti.

Quæſtio

QVAESTIO IV. fol 277.

Inſtantia an pereat tertio opponenti,& pretendenti ſe dominium,& poſſeſſorem, an verò illi qui cauſauit exequutionem,& an,& quãdo tertius dicatur actor,& quando reus,&quomodò poſſit impedire exequutionem.

QVAESTIO V. fol. 280.

Inſtantia articuli trimeſtris reiectionis oppoſitionum qui tentatur virtute pacti,vel virtute pragmaticæ an ſit particularis,vt ſententia lata extrà illud trimeſtre dicatur nulla,vel potius ſit vna, & eadem inſtantia totius cauſæ oppoſitoriæ.

QVAESTIO VI. fol. 282.

Sententia lata obſcuræ extrà duos menſes an dicatur nulla: vide hic remiſſiuè,& an validè poſſit ferri in penultima die inſtantiæ ſi vltimus dies eſt feriatus.

QVAESTIO VII. fol.283.

Inſtantia trimeſtris reſpectu cauſſæ oppoſitoriæ an currat inreparabiliter à die lapſus primi trimeſtris,vel à die lateinterloquutoriè in articulo, Tempus prorogatũ cenſetur eſſe vnum,& idem cum primo nu. 2. & quid in odioſis nu. 3. & quid quando eſt diuerſa qualitas in prorogatione, n.4.

QVAESTIO VIII. fol. 286.

Inſtantia cauſſę , quę expeditur per viam cædulæ; quę, & quanta ſit, & à quo actu incipiat, & an iſte actus ſit primus actus cõtradictorius vel præſentatio capitulorum.

QVAESTIO IX. fol.290.

Inſtantia poſſeſſorij ſummarijſſimi ſuper feudis quę,& quanta ſit,& an capitulum ritus habeat locũ in allodialibus, nu. 2.& an capitulum debeat intelligi vniuerſaliter num. 4. & an capitulum ritus faciat inſtantiam particularẽ

QVAESTIO X. fol. 291.

Inſtantia poſſeſſorij præfixa à capitulo an poſſit prorogari, & n detur cautela vt prorogari poſſit.

QVAESTIO XI. fol. 292.

Inſtantia in ſummarijs iuxtà formam ritus, à quò actu incipiat. Et an requiratur litis conteſtatio in ſummarijs, & in cauſa ſpolij priuilegiati.

QVAESTIO XII. fol.293.

Inſtantia in cauſis inquibus proceditur per modum poſtę à quo actu incipiat, vbi varię opiniones circa

circa hoc, & an actus quod stent loco postæ dicatur habere vim litis contestatæ. Et quid si fuerit factus instante reo.

QVAESTIO XIII. fol. 296.

Instantia spolij cui pereat, & an conuencto detur noua instantia, & à quo tempore dicatur incipere talis instantia.

QVAESTIO XIV. fol. 299.

Causſa quando est circa feudalia, & circa allodialia instantia an dicatur feudalis vel allodialis.

QVAESTIO XV. fol. 301.

Instantia in causis in quibus proceditur sola facti veritate inspecta à quo actu incipiat; vbi variæ opiniones, & concluditur quod actus qui fit ad meritorum cognitionem, & quilibet actus qui in ordinarijs non potest fieri nisi lite contestata, habet vim litis contestatæ.

QVAESTIO XVI. fol. 305.

Instantia in causis quæ ex abrupto expediuntur à quo actu incipiat

FINIS.

CONSILIA FEVDALIA

OCTAVII CORSETTI
REGII CONSILIARII V. I. D.
SICVLI PANORMITANI,

Quibus acceſſerunt Annotationes

PETRI CORSETTI FILII
REGII CONSILIARII AC IN REGNO SICILIAE
RATIONVM MAGISTRI.

Pro Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo

MARCO ANTONIO COLVMNA
SICILIAE PROREGE.

EPITOME.

Feudum conceſſum pro te, hæredibus, & ſucceſſoribus cum facultate vendendi alienandi, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, Regis concedentis reſeruato aſſenſu, donari contingit à conceſſionario nepoti ex fratre caſu quo ſine filijs maſculis deceſſiſſet, at, nondum impetrato aſſenſu, qui fuerat in donatione reſeruatus, moritur donans relicta filia: fuit quæſitum, qua via fuiſſet conſultum nepoti ad recuperandum feudum. In eadem facti ſpecie conſuluit Franciſcus de Ponte, conſil. 81.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatione conceſſa, reſeruato aſſenſu regio, rex tenetur aſſenſum præſtare, etiam mortuo alienante, in præiuditium hæredis, ſecundum Loffredum, & nu. 8.*
2 *Clauſula reſeruato aſſenſu regio, & accedente regio aſſenſu, inter ſe nihil differunt, & vtraque facit diſpoſitionem conditionalem num 3.*
4 *Feudi alienatio cum clauſula, reſeruato aſſenſu regio, valet ab initio, & illa clauſula non ad omnem alienationem refer-*

tur, sed ad eam tantum, in qua regi iusta causa contradicendi competit, nulla ergo data causa contradicēdi, rex tenetur consentire, & an tūc censeatur præstitus, num. 5 sed an potius sit requirendus talis assensus, num. 6

7 *Empiteota, qui habuit licentiam alienandi rem emphiteoticam, an possit alienare absq; consensu directi domini.*

8 *Assensus an possit præstari per regem mortuo alienante in præiuditium hæredis in alienatione feudi.*

9 *Feudi alienatio cum clausula, reseruato assensu, an sit ipso iure nulla, vel stet in pēdenti, donec assensus præstetur, circumscripta potestate alienandi, & quid in feudo nouo, & quid in hereditario, an possit præstari assensus post mortem alienantis in præiuditium hæredis.*

10 *Feudum alienans licet possit reuocare alienationem ex const. diuæ memoriæ, tamen nō procedit vbi rex, vel ipse tenetur cōsentire alienationi, & quemadmodum alienans non potest reuocare, ita nec hæres alienantis, num. 11.*

CONSIL. I.

VISO puncto, ex hijs quæ super eo scripta, mihi exhibentur, consideratis, prima fronte res non videbatur carere difficultate, nam 1 † tam etsi Sigismundus Loffredus in cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. poterat alienari, post longam disputationem tenuerit, alienationem valere; & regem teneri præstare assensum, quantumcumque prima concessio de alienando fuerit reseruato regio assensu, & quod talis assensus omnino præstandus sit mortuo alienante, & in præiudicium hæredis, tamen loquitur in approbatione testamenti post mortem testatoris, de qua approbatione loquitur Bal. per eum allegatus in d.c.1.§. donare, quòd tamen termini sunt diuersi à nostris, cum simus in donatione, qui contractus est, & non vltima voluntas, inter hæc omnia in punto, de quo agimus esse differētiam, tradit Io. Vincentius de Anna insignis Neapolitanus alleg 69. nu. 58. quo fit vt Loffredus non videatur posse allegari ad decisionem quæstionis nostræ, quinimo idem Loffredus in finali col. recenset bis casum corrigisse, & semel (inquit) fuisse à Rege Ferdinando assensum præstitum, recepta certa peconiæ quantitate, & secunda vice fuisse negatum assensum, & subdit quēdam iuris peritum doctissimum dixisse in vtroque casu rectè factum esse, cum in primo ageretur tantum de Regis præiuditio, in secundo verò de interesse hæredum, qui succe serant, à quibus ius acquisitum erat, & in hoc residet Loffredus, nec † placet mihi illa considerario, quam primus consulens facit, vt euitet difficultatem, distinguēdo clausulam, reseruato cōsensu Regio, ab ea, de qua in casu Loffredi, nempe, assensu accedente, seu intercueniente, quam differentiam etiam approbat secundus Consulens, nam in primis ea, quæ adducuntur pro hac differentia, non probat, vt videre est apud Ruy. ad hoc ab eo allegatum cōs. 139. num. 2. lib. 1. qui in diuersis terminis loquitur. Secundò quia talis differentia est contra Doctores, qui hanc quæstionem disputant, nam idem Loffredus in positione thematis vtitur illis verbis, accedente consensu, vel intercueniente, seu per verba similia; & quod simile verbum sit, si dicatur, reseruato, Regio, assensu, expresse, elicitur ex eodem Loffred. col. fin. post medium, vbi recensendo verba thematis in ea ratione, quòd aliàs potestas alienādi nihil operaretur, apertis verbis loquitur in clausula, reservato Regio assensu, & idem Loffred. in cap. 1. in ver. dulciore, in finalibus verbis, de prohib. feud. alien. per Lothar. referens se ad dicta per eum in d. §. donare, loquitur præsupposito themate sub eadem clausula, & ita quoque eum intelligit Marinus Freccius lib. 2. de subfeudis fol. mihi 119. nu. 77. secundum primam impressionem, illum referendo sub eisdem verbis, reseruato Regio assensu. Illum quoque ita intelligit Camerarius in tep. Capituli Impetialem fol. mihi 29. col. 3. vet. limitatur tunc hæc conclusio in litera p. Vbi licet in princ. posuerit thema quæstionis Loffredi, per illa verba, accedente, & intercueniente consensu Regio, paulo post tamen quasi synonimum sit, idē thema recenset, per illa verba, reseruato Regio assensu. Accedat fortius, quod Afflictus tradit in cap. feudum num. 10. ver. sed posset responderi, si de feud. fuer. contro. vbi volens fundare clausulam, illam accedente consensu, esse conditionalem, arguit ex illis verbis, saluo, & reservato consensu,

sensu, quæ clausula, inquit, importat conditionem, allegat Bald. in l. terminato C. de fructib. & litium expensis, & demum
3 † quod talia verba faciant dispositionem conditionalem, idem voluit Frecc. eodem libro 2. de subfeudis q. 30. quòd etiam ex ratione, qua mouetur Loffredus, Camerarius, & alij, confirmatur, nempe, quod sermo prolatus per verba absoluta importet conditionem, vul. là testatore ff. de cond. & demon. quæ ratio pari modo militat in vtraque clausula. Non est igitur ambigendum in terminis quæstionis propositæ, reservationem Regij assensus importare cõditionem, quo fit vt alio modo extricanda sit difficultas.

4 Quam† ob rem paucis rem perstringẽdo, dicamus in primis propositam alienationem factam titulo donationis, ab ipso initio valuisse, etiam admisso, quod clausula illa, reseruato Regio assensu, & beneplacito, conditionem importet; Nam secundum veriorem opinionem, & quæ mihi communis esse videtur, talis clausula nõ ad omnem alienationem refertur, sed ad eam tantum, in qua domino regi, iusta causa contradicendi competeret, iuxta exempla tradita à Loffredo, Camerario, & alijs, quos ego mox referam: Nulla ergo data iusta causa contradicendi, Rex tenetur consentire, nec verba illa importabunt liberam eius voluntatem, ne ex hoc potestas data in prima concessione reddatur eluforia: istam opinionem tenuerunt anti qui Neapolitani, quorum dicta, tacitis authoribus (si credimus Camerario) recensset Afflictus in d. cap. feudum, col. pen. si de feud. fuerit cõtrouersia, ver. ego sum solitus dicere, idem latè voluit Loffredus in d. §. donare, ad cuius dicta ipse se remittit in d. c. 1. in vers. dulciore, in fine, de prohib. feudi alien. per Lothar. & eum vtrobiq; refert, & simpliciter sequitur Liparulus in add. ad Andream in cap. Imperialem, ante n. 17. in verbo, hanc glossam allegat, eamdem opinionem tenuit Capicius in rep. eiusdem l. Imperialem fol. mihi 35. ver. limita nisi vbi ad hoc, refert Aret. in quadam consilio non impresso; eamdem quoque opinionem sequutus est Camerarius in d. cap. Imperialem fol. mihi 30. in lit. f. Idem tenuit Freccia dicto libro 2. de subfeudis fol. mihi 119. n. 77. & seq. vbi propriè loquitur in clausula, reseruato Regio assensu. Ab ista igitur opinione peritorum in regno pacto aliquo recedendum non est, vt in simili dixit idem Loffredus
5 cons. 1. nu. 210. Et licet † inter prædictos Doctores altercatio sit, nunquid nulla data iusta causa contradicendi, consensus tamen requiratur, vel habeatur pro præstito, & hoc vltimum tenuerit Loffredus in præallegatis locis, quòd tamen non aprobauit Camerarius in eodem cap. Imperialem fol. 86. col. 2. in littera p. tamen hoc aliter discutiendum non est, cum ad rem non faciat, vt ex infra dicendis apparebit.

Resultat igitur clara conclusio, quod facta alienatione in personam æquè dignã, præstandus sit assensus omnino, nec rex possit cõtradicere, ne veniat contra suam concessionem, imo contra prouisionem, vt vtar verbis Loffredi in d. §. donare, verde secundo consensu, & clarius Afflictus hoc dicit in d. c. feudum num. 9. ver. item feudum cum consensu domini, & alibi eodem loco pluries, quia illa clausula, & conditio restringenda est ad alias alienationes, quæ fierent, & dominus iustam haberet contradicendi causam, tunc enim in libera voluntate eiusdem domini esset, velle consentire. Pro modo igitur non est dubitandum, an talis clausula importet conditionem, licet Afflictus in d. cap feudum num. 10. videatur sentire pro parte negatiua; verum non esse referendam, dicamus, ad omnem alienationem, sed ad illam tantum, in qua arbitrio boni viri iusta causa contradicendi domino competeret, ex intentione Loffredi, Afflicti, & aliorum. Etsi etiam cogeremur dicere ad omnem alienationem etiam iustã
6 referri; tamen † operabitur clausula, vt dominus requirendus sit, vt videat si sua interfit, quam requisitionem necessario faciendam dicunt Afflictus in d. cap. feudum col. 3. in fine, & Camer. vbi supra fol. 30. lit. f. non ad validitatem alienationis iustè factæ, sed vt pro suo interesse hoc videat, & sciat, † sicuti in ea quæst. de emphi
7 theota, cui data est facultas alienãdi, dicũt Doct. disputantes, an requiratur licentia, & consensus, de quo per Afflict. in d. cap. feudum, Socc. Iun. cons. 70 lib. 3. cum aliis de quibus per Frecc. d. num. 77. & in eius additionibus fol. 167. num. 78. & fol. 170. ante num. 108. Communior etenim opinio ea est, vt dominus tantum requiratur respectu prælationis, vel ratione laudemij, & aliorum similium iurium, quę sibi competerent, vt ex hijs, quæ late tradit Amedeus de Pont. in qq. laudem. 13. 14.

& 15. videri potest.

3 Ex hac † subinde conclusione elicitur resolutio alterius difficultatis, quæ in hoc puncto principalis est, nempe quod etiam mortuo donante valeat alienatio, & donatarius feudum habere debeat, non obstante cotradictione hæredis, quanrúcum que ante mortem donantis præstitus non sit consensus Regius, qui hodie præstari potetit, & debebit, hoc autem expressè Doctores præallegati non ausi sunt decidere, nam Affli&tus non decidit, licet aliqua verba ponat, quod rex teneatur consentire, re existente integra, & secus esse, si de tertij præiuditio ageretur cui ius quæsitum esset, & Loffredus similiter. Vt dictum est in principio in themate propositio, agebatur de hoc, tamen ipse expresse non decidit, licet referat, quod factum fuerat tempore Ferdinandi, Capicius, & Freccia similiter non decidunt, & Camerarius in puncto, de quo agimus, se remittit ad ea, quæ ipse tradidit in ea, quæst. an in feudo hereditario possit dominus præstare consensum post mortem defuncti in præiuditium hæredis, quam quæstionem ipse examinauit fol. 86. cum seq. & in ea tandé resedit opinione, defendendo Andream aduersus Rotę decis. de qua ibi, quod etiá in feudo hæreditario non possit præstari consensus, & quod hæres possit dissentire, respondendo ad tex. in l. cum à matre C. de rei vend.

Quare in principio ego dicebam, in hoc puncto rem non carere difficultate. Verum ex intentione eorumdem Doctorum, præsuppositа resolutione, de qua supra, concludendum arbitror, vt dictum est, & assensum à Rege præstandum esse, & hæredem nihil posse in contrarium prætendere; nos enim non sumus in terminis illius quæstionis, de qua per Andream, & alios in d. cap. Imperialem, quia Andreas quæstionem disputat in terminis, vel iuris communis feudorum, vel constitutionis Regni, nempe quod feudum sine domini consensu non alienatur, & illud alienatũ amittatur in terminis iuris communis, & idem in Regno, si modo ante declarationẽ domini, alienans alienationem non reuocet, iuxta facultatem concessam per constitutionem Diuę memorię. In hijs ergo terminis in primis orituri lla quæstio, an alienatio ab initio sit ipso iure nulla, vel ster in pendenti, donec dominus consentiat, & quod sit ipso iure nulla, magis communiter volunt Doctores feudistę, & tradit Liparulus ad Andr. num. 16. ver. hanc glossam, & admissa etiam opinione Camerarij fol. 88. lit. h. † qui voluit alienationem non esse in totum nullam, sed stare in pendenti, ob spem reconualidationis; adhuc idem est, cum ipse met dicat talem spem morte extingui, & consequenter tẽpore consensus præstandi nulla reperitur voluntas alienantis, & solus dominus non potest consentire, ob id sequitur, quod sicuti ipsemet alienans reuocare potest, ita & hæres, qui si vel expresse, vel tacite reuocet, assensus præstari non potest à domino; tum quia res aliena est, tum etiam quia non reperit alienationem, vt eam cõ firmet per consensum, stante supradicta reuocatione, vel alia tatione, de qua per Camer. loco paulo ante citato; ob id voluerunt Doctores, quod si hęrede sciente alienationem non fieret expressa reuocatio, assensus præstari posset, etiam post mortem, tradit post alios insignis moderuus Neapolitanus Io. Vincentius de Anna alleg. 69. num. 62. ita intelligens opinionem regnicolarum, vt ipse dicit. Ob id igitur, siue in feudo pacti, & prouidentię, in quo nulla est dubitatio, siue in hereditario, & nono quæstio disputanda sit, voluit Andreas secundum intelligentiam Camerarij d. fol 86. & seq. non esse præstandum assensum in præiuditium hęredis non quod hæres contrauenerit facto defuncti, imo quod vtatur facultate defuncto concessa, & consequenter sibi; vt adnertit Camerarius loco preallegato, & idẽ voluit, intelligendo Andream in feudo hereditario, Capicius in d. cap. Imperialem fol. 38. & 39. licet in hoc, & forte non bene aliter Andream intelligat Io. Vincent. de Anna d. alleg. 69. num. 65. post Card. Paris. quem allegat cons. 14. in prim. vol.

Ratio igitur præmissę conclusionis Andreæ, & aliorum est in nullitate alienationis, & in potestate concessa reuocandi ipsi met alienanti, & consequentet eius hęredi, & formaliter hanc rationem post antiquos refert Liparulus in apostilla 5. allegata, & Camerarius, & alij in locis preallegatis.

9

Videndum est igitur si in casu nostro hęc ratio militet; Et quidem præsuppositа prima conclusione, quod alienatio valeat, vt expresse decidit Loffredus, & alij sequuntur, cessat ratio nullitatis alienatio-
10 nis. † Rursus præsuppositо quod Rex, & domi-

dominus teneatur consentire, cessat facultas alienanti reuocādi alienationem, nam ea facultas ex quæstione, diuę memoriæ limitatur in omni casu, quo feudum alienatur ex causa, pro qua dominus tenetur consentire, imo cum Rex habeatur pro consentiente, non potest amplius tractari de reuocatione; ita formaliter limitat eam quæstionem Frecc. lib. 2. de sub feudis in ver. pluribus autem modis in 25. lim. in nouis, num. 75. Et licet ipse ponat exempla quædam, tamen ea non restringunt eius dictum, quod fundat ex ratione, quia dominus tenetur consentire, & in omnibus casibus, in quibus Rex, tenetur consentire, idē Frecia tradit in additionibus in fin. 42. quem allegat dominus secundo loco consulens, idem voluit Frere limitation. 46. & 47. qui licet loquatur in concessione feudi cum clausula, & quibus de derit, & cum clausula, pro hæredibus quibuscumque, nulla facta reseruatione assensus; tamen idem est, admissa tali reseruatione, cum vt dixi, non intelligatur respectu omnis alienationis, sed illius tantū, quę bona fide non fieret, & aduersus eam iustam habetet dominus causam contradicendi.

11 Præsuppositō † ergo quod alienans nō possit reuocare, sub inde sequitur, nec hæredi facultatem competere, & in hoc optimè procedi tex. in l. cum à maiore C. de rei. vend. decis. Rotæ à Camerario allegata, & demum ea ratio quod etiā conditionalis contractus transeat ad hęredem, qua ratione dicere coactus fuit, Andream loqui in feudo antiquo, Io. Vincentius de Anna in prædicta alleg. 69. nu. 65. & seq. Quibus dictis præsuppositis, tū ex his, quæ supra dicta sunt, elicitur decisio præsentis puncti, & difficultatis; Idem elicitur ex eadē alleg. 66. col. prima, dum respondendo ad text. l. si ego § primo, de iure dotium, in ea q. an pro dote possit præstari assensus post mortem, dicit tex. illum procedere in his, quæ liberè vēdi possunt secus in feudo, quod si alienatur, amittitur sētit ergo, quod si essemus in casu, quo cessaret feudi amissio, posset impetrari assensus post mortem alienantis, prout sunt rerum quæstionis nostræ.

Ad idem allego Paris. cons. 14. lib. 1. qui præsuppositā consuetudine allenandi feudum, accedente consensu, & licentia domini, vult talem consensum posse interponi, & præstari post mortem alienantis, quia agitur de præiuditio solius domini, & agnati, ac hęredes non possunt aliquid prætendere, quæ decisio arguendo de consuetudine ad concessionem particularem, quia vniformis est ratio, omnino decidit punctum quæstionis nostræ.

Meritò igitur prealegari Doctores expresse noluerunt decidere punctum, de quo agimus, quia ex resolutione primę cōclusionis, vt etiā aduertit optimè dominus 2. loco consulens, elicitur resolutio ipsius, & cessant omnia ea, quæ per Andr. & alios in d. c. imperialem in contrarium possent adduci. Hinc etiam mihi viderur non bene fuisse cōsultum Ferdinando Regi Catholico in casu à Loffredo relato, quia in eo casu præsupponitur, quod Rex non teuebatur consentire, & quod iustē denegauit assensum mortuo alienante, & in fauorem hęredis, nisi dicatur in eo casu fuisse agitatum de feudo antiquo, & pacti, & prouidentiæ. vel fortè iusta causa contradicendi ad fuisset aduersus alienationē, nam si horum duorum alterum non præsupponitur, aperte aduersus illam decisionem pugnant ea omnia, quæ nos ex prealegatis Doctoribus, & aduersus quorum dicta ego non reperi contradictorem, deduximus, & ideo illi decisioni, retentis terminis, de quibus agitur, standum nō est aduersantibus præmissis; imo nulla ratione fulcitę, ficut in decis. Neapolitani consilij dicit Loffredus in d. c. col. 2. de prohib. feud alien. per Lotar. & in decis. Rotæ Cameratius in d. c. imperialem fol 89. col. 4. in lit. r, iuxta etiam illud commune Adagium, exemplis non est iudicandum

Concludendum igitur arbitror in puncto, de quo agitur, & secundum ea quę præsupponuntur, donationem valuisse ab inirio, & donatario competere remedium ad feudum vendicandum ab hęrede donantis, & assensum Regis & posse & debere præstari, etiam in præiuditium hæredis, saluo semper &c.

ANNOT. PETRI FILII

1 *Consensus Regis in alienatione rei feudalis post mortem alienantis ideo non valet præstari, quia tunc temporis res non dicitur illius alienantis, sed alterius, ex ratione, quia statim mortuo alienante dominium illud vtile, quod non potuit transferri in alium, stante nullitate alienationis tran-*

transit in agnatos, & filios, quorum ius Rex confirmando, vel consentiendo auferre non potest, ita docuit Andreas in l. imperialem in princ.n.15 & seq.idem censet, si feudum esse hæreditarium, quod clarius affirmat n.16. in addit. ait enim, quia quod defuncti ius fecit,nõ videtur valere nec hæres in feudo hæreditario teneretur ad ali quid,quia cõtractus est nullus nõ secuta cõfirmatione,vel secuta inualide,vt puta post mortem alienantis: cum paria sint non esse, & inutiliter esse; sed si hæres cum posset non renocabit,& peteretur cõfirmari cõsensus,valide præstaretur,alias præmortẽ etenim sublata esset hæs recõualidationis,vt ait Camerar. in d. l. imperialem fol. 725. & ex Freccia de subfeud. lib.2. §. à regnicolis, & Menoch. cons.89. n.6.& 75.& alijs tradidit Surdus cons.526.n.19. vbi idem esse in feudo hæreditario tuetur.

2 *Ioannes de Anna alleg.69.n 56. differentiam constituit inter contractum, & vltimam voluntatem, vt in primo Andreæ, & aliorum doctrina procedat, nimirum, vt consensus præstari non possit post mortem alienantis, in secundo verosecus, quod scilicet valeat eo tempore præstitus assensus, sed contra Annam. Ioann. Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. nu.24.omnibus conatibus quærit euertere differentiam illam,& omni casu defendit non valere consensum præstitum post mortem alienantis, cum cõtrarium tenere in vltimis voluntatibus, sit contra dispositionem text.in cap.1. de succ. feud,quoloci caue tur,nullam dispositionem de feudo defuncti valere, quem textum secundum omnes in feudo hæreditario procedere,& communi recipi calculo affirmat, ideoque cum dispositio sit contra legem,non procedere textum in l. cum à matre C. de rei vendic.autumat.*

3 *Accedere potest his, regulariter consensum Regis non esse præstandum, quando agitur de præiuditio tertij, & trattatur, iure quæsito tollendo Surd.cons.399.n.17. & cons. 382.n.103. quo semoto posset post alienationem sequi consensus Regius ad validationem contractus, Balzar. de feud. in cap.imperialem, de prohib feud.alien. per Federic. num.44. de Ponte cons 86.n.4. Ioann. de Saccarr in consuet. Catal. fol.428. n. 12. Intrigliol. de feud. cent.2.art.6. nu. 14. & seq. at non retrotraheretur in præiudicium alterius, Frecc. de subfeud. lib. 2. fol 217. §. 3. quæro Paris de Put. de reinteger. feud fol. 46.n.1.& seq.*

4 *Hæc non contradicunt, nec oppugnant consultationem dominimei, nam in facti proposita specie alienatio ab initio valuit, quia potestas alienandi fuit attributa in ipsamet concessione feudi,de Ponte cons. 2. n. 17. & cons.81. Surd. cons.382.num.15. Paris de reintegrat. feud. fol.63. n. 22. Ottau. Bammacear. in cap. feudum tit. si de feud. defuncti contr. quem supra allegat Dmeus in hoc consilio,quod prima fuit impressum post quæst. Petri Greg.& cum alienatio tunc dicatur legitima, Rex tenebatur cõsentire,Intrigl.de feud. vbi supra n.98.imò tunc diceretur assensus præstitus, de Pont. de potest. Proreg.tit 6. §.1.n.4. & quando non habet Rex causam recusandi,Sur. cons. 422.nu.14.*

5 *Quòad consensum hæredis alienantis tenuit Andreas, quòd requiratur nouus, & dispositiuus,nec sufficeret tacitus,ad quæ præstandum,dixit de Pont.de potest.Proreg. vbi supra n.21. & seq. posse hæredem compelli,& cons.96.n.8. qui alias Neapolitanorum auctoritates, & decisiones sacri Consilij adducit.*

EPITOME.

Responsiones ad motiua quæ post redditam consultationem fuerunt excitata.

SVMMARIVM.

1 *Consensum præstare licet teneatur dominus,data potestate alienandi,an sufficiat illum reseruare,vel potius sit præstandus necessario.*

2 *Feudi cõcessa alienatione, reseruato assensu Regio, huiusmodi reseruatio non ad omnem alienationem pertinebit sed ad eam tantum,in qua iusta causa contradicendi concurreret.*

3 *Alienans reseruato assensu, re integra non cadit à iure suo.*

4 *Feuda recta, & propria non possunt alienari sine interueniente assensu Regio in præiuditium agnatorum.*

5 *Consentire si tenetur Rex,potest etiam post mortem alienantis feudum, consentire, & ex iustitia potest cogi,consentire, etiam in præiuditium hæredis n. 6.*

7 *Consensum non posse præstari per Regem post mortem alienantis feudum in præiudi-*

iuditium hæredis, ratio eſt, quia alienatio ab initio fuit ipſo iure nulla, ſecus autem ſi alienatio fuit valida ab initio.

8 *Conſenſus Regis poteſt præſtari in alienatione feudi pro dote, etiam poſt mortem alienantis.*

9 *Principis ſententia in quamplurimis caſibus non fuit ius vniuerſale.*

10 *Vaſſallus poteſt diſponere in feudo nouo in præiuditium hæredis, & poſt mortem vaſſalli poteſt Rex conſentire.*

CONSIL. II.

IN his, quæ nuper in propoſito themate conſcripſi, permulta annotata, appoſitaq; vidi dubia, non in ſubtilia quidem, & conſideratu digna, reſolutionem tamen admittere exiſtimo. Proſequendo ea ordine ſuo, in
1 primis obijcitur, quod † etiam data prouera, opinione Pamphili molli, quod dominus teneatur conſentire, data poteſtate alienandi, reſeruato aſſenſu, ex hoc non conſequi, ſufficere reſeruari aſſenſum, verum neceſſario illum præſtandum, ne verba illa fruſtratoria ſint, ſed quod cum effectu intelligantur l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſq, iur. ad quod animaduertere licet in emphiteuta, qui in alienatione domini aſſenſum requirere cogitur, tam erſi ille conſentire teneatur l. fin. C. de iur. emphi.

2 Dico † quidem aduertendum eſſe, ame affirmatum, neceſſarium porro eſſe conſenſum iuxta illam reſeruationem, ſed non reſpectu cuiuſcumque alienationis; nec ad omnem effectum, vt in vniuerſum requirendus eſſet, ſi data non fuiſſet illa facultas alienandi; reſeruatio etenim aſſenſus, data poteſtate alienandi, non liberam domini voluntatem importabit, ſed eam tantum, cui iuſta contradicendi cauſa daretur: quo circa eiuſmodi reſeruatio ad eas tantum alienationes pertinebit, in quibus iuſta cauſa contradicendi cõcurreret, idq; ea ratione, ne alias tam ampla alienandi conceſſa facultas, ſuperuacua ac planè eluſoria redderetur. Ita enim hac ipſa ratione in ſpecie, in qua nos verſamur, cenſuerunt antiqui illi Neapolitani, quorum dicta ſequutus fuit Afflict. in cap. feudum col pen. ſi de feud. fuer, controuer. Loſfred. Capic. Camer. & Freccia in locis per me olim citatis: rectèque dicebam in hac concluſione non dari contradictorem; licet autem apud Doct. aliquid controuerſiæ ſit, an indiſtinctè in caſu, quo dominus tenetur conſentire, & in alienatione pro dote, ac ſimilibus a iure permiſſis, neceſſario petendus ſit aſſenſus, in quo dubitauit Camer. in reper. cap. imperialem fol. 86. verſ. ſed hic cadit pulchra dubitatio, attamen eo caſu, quo data eſt poteſtas alienandi reſeruato aſſenſu, ibi ſe remittit ad tradita per eum ſupra fol. 29. verſ. limitatur tamen prædicta concluſio, quo loci relata opinione Pamphili molli. Afflict. Loffred. Capic. & aliorum eorumdem opinionem ſequitur, quinimo, & non data iuſta cõtradicendi cauſa, putat dominum haberi pro conſentiente, aſſenſumq; pro præſtito haberi. Ex quibus rectiſſimè infertur, quod facta alienatione in caſu thematis noſtri in equè dignam perſonam in qua non cadit iuſta cauſa denegandi aſſenſum, non eſſe dominum vlterius requirendum, cum ab initio ipſe aſſenſus ſit petitus, & datus cenſeatur, & dominus conſentiens exiſtimetur.

Verum licet cogeremur affirmare requirendum eſſe adhuc conſenſum, ſiue vt dominus vaſſallum recognoſcat, ſiue vt cauſam aliquam cõtradicendi ſi offerretur alleget, non tamen ex hoc mox infertur, requirendum eſſe aſſenſum pro validitate alienationis, vt alias dixi, ſtatimq; repetam putans poſſe quandocumque requiri ante realem traditionem, intereaque rem
3 integram cenſeri, † nec à iure ſuo cadere, qui donauit reſeruato conſenſu, vt ex com. tradit. Io. Bolognett. in §. morte nu. 130. 131. Hip. Rimin. conſ. 285. lib. 3. vnde fit, vt cum interim poſſit requiri, dominus teneatur aſſenſum præſtare, vigore clauſulæ facultatis conceſſæ.

Quod vero inconſiderationem adducitur argumentum ab emphiteuta ex traditis in l. fin. C. de iur. emph. id quidem certè non multo negotio diluitur, nam ſi hoc ſimile ſimpliciter allegatur, non ſuppoſito quod emphiteutę ab initio ſit data facultas alienandi, planè euidens ſit non re &è ab illa ſpecie ad noſtram argui, & ſi parem terminum in emphiteutam dabimus; idem quoque erit dicendum, cum eędem rationes in vtroque caſu vigeant.

Neque vero ex his conſequens videri poteſt, reſeruationem illam fruſtratoriam reddi,

reddi, quoniam abunde satis operatur in eo casu, quo iusta contradicendi causa domino offereretur, ob id enim ne otiosa maneret potestas alienandi concessa, vtque reseruatio aliquid opereretur, Doctores precitati prudenter censuerunt, ita esse restringendam reseruationem vt mox dicam.

Illud pariter facile quiescit, quod fertur, verba cũ effectus accipiẽda, nos quippe non inficiamur, nec prohibemus, verba cum effectu accipienda suo loco, cum iusta causa denegandi assensum intercesserit, tunc enim, quemadmodum necessario dominus esset requirendus, ita pariter pro confirmatione alienationis, consensus eius esset præstandus.

Palam est igitur non obstare quæ in contrarium sunt considerata, primaq; hæc conclusio firma, & constans in campum procedit, concessa à domino ampla facultate alienandi reseruato assensu; dominum teneri consentire, cum non adsit iusta causa assensus denegandi, requirendusq; erit dominus, non pro validitate alienationis, sed vassalli recognoscendi grata.

Hac conclusione à me confirmata, atque suppositæ, ad alias ipsius consequentias subnectendas accedam, pariterq; ad secundi dubij resolutionem.

Consideratum est, rationem qua citati Doct. mouentur, vt scilicet verba aliquid operentur, non etiam veram, nec ex ea censeri datam potestatem alienandi, quippe quod illa potestas alienandi cum reseruatione assensus, verius appareat data gratia demonstrandi effectus feudi hæreditarij, † cum feuda recta, & propria ex 4
pacto, & prouidentia non possint alienari, etiam cum domini assensu in præiuditium agnatorum c. 1. vbi Doct. de alien. feud. parer. ideoque in feudo hæreditario apponitur clausula, cum potestate alienandi, non quod Rex velit facere feudum alienabile, cum subnectat, reseruato nostro assensu, pro vt erat de iure, sed ad finem declarandi posse alienari per feudatarium cum solo consensu domini, sine assensu agnatorum.

Verum enim in his non arbitror immorandum, quia cum ratio prædicta, eiusq; illatio à peritissimis antiquis, & modernis Neapolitanis Doctoribus pro verissima teneatur, & scribentem aliquem non inueniamus, qui contradicat, ab ea non existimamus tutum esse recedere, vt in simili dixit Loffred. conf. 1. num. 210.

Nec verò rationes allegatæ tanti sunt momenti, vt nos faciant, vel tantillum de prædictis dubitare; nam si dicta facultas alienandi concessa, cum tanta pompa verborum solum esset apposita, ad demonstrandum effectus feudi hæreditarij, esset profectò superuacanea, nullamque vtilitatem afferret ei, in cuius fauorem est apposita, cum effectus, & natura feudi ex forma ipsius, ac ex tenore inuestiturę, & iuris dispositione per facile cognoscetetur. Illud igitur verius est, dominum concessisse licentiam alienandi, reseruato suo assensu, vt faceret feudum alienabile, eriã respectu agnatorum, vt latè probatur ex Franc. Bec. conf. 88. num. 19. ad tenor enim inuestiturę cedit feudi natura, ea. l. de duo fra. à cap. inuest.

Dicebam ex prædicta conclusione inferri, quod consensus omnino præstandus sit post mortem, vt ex Bero. Rolan. & alijs citatis in primis nostris allegationibus, quibus addimus Menoch. consil. 1. nu. 405. lib. 1.

Verum consideratur contra hoc suffice re, si clausula illa pariat, quod dominus tenetur consentire, idque tantillum operetur, cumq; duo sint habẽria duas causas probibitiuas, alterũ quod dominus teneatur consentire alienationi feudi, quod est contra iuris dispositionem, & assensus sit gratia, vt in constitutione si quis post litẽ, & tradit Camer. in cap. imperialem fol. 86. col. 2. alterũ quod assensus præstetur post mortem in preiuditium hæredis, cui ius sit quæsitum, quod etiam de iure est prohibitum: satis esse, quod clausula operetur primum tantum, vt verba strictissimè debeãt intelligi, tamquam derogantia voluntati domini directi, & satis est quod operentur in vno casu, qui potest stare sine alio, ex dictis per Andr. in cap. 1. col. fin. qui, suc. ten. Nec dici potest, quod vnum sit consequutiuum alterius, tum ex infra dicendis, tum quia illa verba strictissimè debent intelligi.

Respondetur † quod ex quo vera est operatio quod dominus tenetur consentire, & hoc indefinite, sine vlla temporis præfinitione, seq; itur, quod potest quandocumque consentire, etiam post mortẽ, vt paret ex Rol. conf. 97. lib. 1. Bero. conf. 73. lib. 3. Burfat. conf. 50. num. 28. lib. 1. & vnius est consensus, sine adhibeatur ante mortem, siue post. Ad illud vero, quod

dicitur

dicitur assensum esse gratiam, Replicatur non ita esse vbi tenetur consentire ex obligatione, tunc enim non ex gratia, sed iustitia potest cogi cõsentire Natt. cons. 166. in fin. lib. 1. Amod. à Ponte quæst. 17. in fin. Præterea licet assensus esset gratia; tamen si nulla subest causa denegandi, gratia dicitur debita, & post multos tradit Bursat. cons. 253. num. 11. lib. 3. ad illud de præiudicio hæredis statim respondebimus.

6. Consideratur † etiam ex aduerso, quod vera ratio denegãdi assensum post mortẽ, est ea, quia mortuo feudatario dominium feudi translatum est ad hęredem, cui defertur per successorium edictum, vigore primæ Inuestiturę, & dominium in eum consideratur, vt considerauit Andr. in c. imperialem in add. per text. in l. seruus si hæredi ff. de stat. lib. & domini assensus nihil prodest sine voluntate feudatarij, eiusq; hęredis, & ideo cum hęres sit effectus dominus, & de feudo inuestitus; sequitur quod ius ipsius non possit sine facto suo tolli, per vulgaria. Nec in hoc est opus reuocatione, quia sufficit quod hæres habeat dominium, & possessionem feudi: allegatur ad hoc Camer. in cap. imperialem fol. 90. col. 3. vers. 4. conclusio; Ex quibus resultat conclusio, quod quantumcumque dominus teneatur consentire, tamen talis assensus non operatur in præiuditium hęredis, cuius voluntas, & factum etiam requiritur, vltra domini voluntatẽ, & ad hoc tendunt in effectu multa considerata in dubijs.

7 Verum † pro resolutione est considerãdum, quod vera, & fundamentalis ratio Doctorum tenentium post mortem non posse præstari assensum in præiuditiũ hæredis, ea est, quia alienatio ipso iure est nulla ab initio, quo in casu Rex dicitur de nouo dare, vt dicũt Doctores in cap. 1. de cons. vtil. vel inutili, l. adoptio, & l. nulla diuus ff. de adoptio, & auferretur ius quæsitum si quod posset per hęredem prærendi. Quod enim sit nulla ipso iure magis com. videntur tenere feudistę, vt patet ex traditis per Liparul. in add. ad Andr. in cap. imperialem n. 16. & licet Camer. ibidẽ fol. 188. col. 3. velit non esse omnino nullam propter spem reconualidationis domino consentiente, tamen pro modo non est in hoc insistendum, quia & ipse voluit, talem spem per mortem extingui, & sic sequuta morte remanere contractum nullum, vt patet apud eum fol. 90. col. 1. col 2. & 3. Data ergo nullitate alienationis, disputatur illa quęstio, an assensus possit præstari post actum factum. & Andr. determinauit quòd sic, quem defendit Camer. loco preallegato, verùm limitatur conclusio respectu præiuditij tertij, in quo & aliud insurgit, nunquid hæres in hoc dicatur tertius; quem articulum examinat Camer. ibidem, & seq. fol. & semper retento themate nullitatis alienationis, formaliter deduxit rationes, considerandas in dubijs, vt patet vers. cum quæstio, fol. 88, col. 2. vbi propriè considerat, quòd ab initio non potuit transferri dominium in emptorem, quia contractus est nullus, & ideo si feudum est pacti; dominium transit ad agnatos, si hereditarium ad hęredem, in quem est continuatum. Idem reassumit expressè Camer. col. 4. vers. concluſimus, vbi ex nullitate contractus respondet ad tex. in l. cum ã matre C. de rei vẽd. & Andr. defendit ab opinione Rotę, cui placuit posse præstari assensum, etiam post mortem, & in præiuditium filij in alienatione intis patrõnatus, quæ ab initio sine consensu erat nulla: subinde fol. 89. col. 4. procedendo per conclusiones, tandem cõcludit, quòd alienatio ab initio nulla non possit confirmari per assensum post mortẽ in præiuditium hæredis, & quod in ijs terminis loquitur Andr. quem communiter intelligunt Alij, nec in hoc reperimus contradictorem.

Subinde infertur, quòd, data alienatione valida ab initio, vt sunt termini quæstionis nostræ, aliud sit, nam tunc cessant prorsus rationes Andr. & Camer. si enim alienatio fuit valida, sequitur, dominium fuisse translatum in emptorem, vel alium, cui est facta alienatio, & consequenter mortuo alienante, dominium est ab eo abdicatum, & non potuit in hęredem transferri, nec continuari, & ex consequenti de nullo hæredis præiuditio agitur, vnde fit, vt assensus non egeat voluntate, & facto hęredis, vt clarum est ex prædictis.

Assumptum autem, quod in casu nostro alienatio sit valida ab initio, iam ex præmissa conclusione verificatur, & ita eam presupponunt Pamphil. Mol. Afflict. & Alij, quos supra citauimus: in casu tamen, quo nulla consideratur in domino iusta causa contradicendi, ob reseruationem consensus, quę hoc tamen operatur, vt

diximus ſupra,

8 Hinc † arbitror etiam defendi poſſe opinionem Neapolitanorum, qui voluerunt in dote poſſe preſtari aſſenſum, etiam poſt mortem, per tex. in l. ſi ego, §. ſi res ff. de iure dotium, quod aſſumpſit Camer. fol. 91. verſ. limitatur etiam prædicta concluſio, licet dicat in Regno hoc procedere, ſecundum Afflict. niſi alienans vel eius hæres reuocet authoritate conſtitutionis, conſtitutionem diuæ memoriæ, quòd inferius examinabitur. In caſu enim alienationis factæ pro dote, alienatio nõ eſt nulla, eum ſit de caſibus à iure permiſſis, vt in cap. 1. §. donare, qual. olim feud. pote. alien. & ibi Doct. verùm quia in hoc dubitauit Camer. d. fol. 86. col. 2. volens etiam in dote aſſenſum præſtandum eſſe de gratia, non de iuſtitia, aliter inſiſtendum non putamus.

Illud tamen obmittẽdum non eſt, quòd quicquid ſit in dote, idem Camer. reſpectu præſtationis aſſenſus, in caſu quo eſt data poteſtas alienandi, reſeruato aſſenſu, ſe remittit ad traddita à ſe, fol. 29. vbi, vt diximus ſupra, cum Afflict. & alijs; concludit dominum teneri omnino aſſentire, vnde palam fit, Camer. apertiſſimè velle in ſpecie quæſtionis noſtræ, aſſenſum præſtandum eſſe de iuſtitia, non de gratia. Verum eſt quod Camer. oblitus fuit tractare articulum, de quo agimus in puncto preciſo, an ſcilicet poſt mortem hæredis ſit præſtandus aſſenſus, quem articulum promiſit examinare fol. 30. col. 2. in fin. verſ. quo verò ad quartum; nam in loco, ad quẽ ſe remittit, diſputauit tantùm articulum in terminis alienationis inualidæ, in qua dominus nõ tenebatur præſtare aſſenſum, vt dictum eſt ſupra, niſi dicamus, retentis terminis contrarijs, ipſum pro clarò hoc dimiſiſſe, ac velut neceſſarium correlarium, ex traditis per Pamphil. Mol. Loffred. Afflict. & alios, quorum opinionem ipſe ſequutus fuit fol. 29. & ſequent.

Igitur ex præmiſſis hæc duo veriſſima emanant, primum quòd alienatio eſt valida, alterum quòd aſſenſus præſtãdus ſit de iuſtitia, & conſequenter ex vtroque inferrur, in præſtatione aſſenſus poſt mortẽ, non requiri, nec voluntatem hæredis, in quem nullum ius, vel dominium eſt translatum, nec voluntatem domini, cùm ipſe omnino aſtringatur aſſentire; Et ſic in caſu noſtro prorſus ceſſant conſiderationes, & rationes traditæ, & authoritates ex aduerſo allegatæ, & quæ allegari poſſent, cùm ſint ſuper prædictis rationibus fundatæ, & in diuerſis terminis procedant.

Demum formaliter reſoluendo dubia præmiſſa, cùm præſupponitur, illa duo habere cauſas diuerſas prohibitiuas, ſcilicet præſtatio conſenſus, quia eſt de gratia, & prejuditium hæredis, dicimus in caſu noſtro ceſſare vtrumq; nam conſenſus præſtandus eſt de iuſtitia, & nullum adeſt præiuditium hæredis legitimè conſiderandum.

Quòd verò ſecundum ſit eõſequutiuum primi, ex eo apparet, quia ſi dominus tenetur conſentire de iuſtitia, ergo alienatio non eſt nulla ab initio, etſi eſt valida, dominium fuit trãſlatum per alienationem, & conſequenter, hæres non habet aliquod legitimum præinditium: ceſſat quoq; illud, quòd verba debent ſtrictiſſimè intelligi, ex Camer. fol. 83. litera N. quia ceſſantibus præmiſſis rationibus, ex aduerſo conſideratis, nulla cauſa, aut ratio cogit verba ſtrictiſſimè intelligi debere, & demum illa intelligentia ſumenda eſt neceſſariò, quæ ex præmiſſis neceſſariò inſertur.

Quòd verò Loffred. in d. §. donare refert, quòd Rex Catholicus noluit conſentire ita conſultus à magnis viris, difficultatem non præſtat, vt in primis noſtris reſponſis diximus, quia vel ibi agebatur de feudo antiquo, vel iuſta cauſa contradicẽdi concurrebat in eo caſu; aliquin illa cõſultatio fciſſet contra omnes deciſiones per nos allegatas, & rationes concludentes, quia in eo caſu præſupponimus, Rege non teneri conſentire, quod præter dictos caſus expreſſos, vel ſimiles de iure non procedit, ſi credimus Afflict. Loffred. Capic. Camer. Frez. & alijs per nos allegatis: 9 nec exemplis iudicandum eſt. † cùm ſententiæ principum, quam plurimis caſibus ius vniuerſale non faciant, de quibus per Fel. in cap. in cauſis, de re iud. de Bellamera deciſ. 723. nu. 123.

Dicebam inſuper Andr. & alios, negantes aſſenſum poſſe præſtari poſt mortem, loqui in eo caſu, quo licita eſſet renocatio authoritate conſtitutionis, Conſtitutionẽ diuæ memoriæ, & ad hoc allegabã Frece. lib. 1. de ſubfeud. in 25. limit. prædictæ conſtitutionis, fol. 166. num. 75. ex quo inferebatur in omni caſu, quo dominus tenetur conſentire, non eſſe licitam reuocatio-

tientem, & dominum haberi pro consentiente, & posse absensim impetrari post mortem, imò generalius non facta reuocatione tacita, vel expressa ab hærede id tenet, & ita Andr. intelligit lo. Vinc. dict. Anna allegat. 69. nu. 61. cum sequent. Aduersus hæc adducitur, non esse necessariam reuocationem in eo, qui habet dominiũ, & possessionem feudi, ex Camer. fol. 901. col. 1. vers. 4. conclusio, sanè in hoc insistendum nimis, non putamus, quia in casu, in quo loquitur Camer. post Andr. non curamus, an necessaria sit reuocatio, quia imo, & admittimus pro modo, eo casu illã nõ esse necessariam, quia data alienatione nulla, absque aliqua reuocatione, sequatur illa translatio dominij in hæredẽ, tam etsi adhuc in casu illo aliter Andr. intelligat Vinc. de Anna dicta allegat. 69. nu. 69. vt supra diximus, & quicquid sit de hoc, nos dicimus esse in diuersis terminis, nempe in alienatione valida, & quæ reuocari non potest, nec ab alienante, nec ab hærede, ea ratione, quia dominus tenetur consentire, ob quod subinde sequuntur rationes Frecc. loco prædallegato, idem Frec. lim. 46. fol. num. 16. num. 106. & lim. 42. num. 101. fol. 168. vbi inter cætera considerat, quia reuocatio conceditur vasallo ex iure domini, & non iure proprio, sicuti ergo dominus non posset reuocare, quia tenetur consentire, ita nec vasallus. Et tamẽ si dicatur rationem Andr. non esse veram, nihil tamen allegatur in contrarium, quod authoritate aliqua, aut ratione conuincat dictum Andr. & licet communis intellectus ad d. constitutionẽ sit, quòd vasallo concedatur ex speciali gratia reuocatio, & quod possit venire contra factum proprium, non tamen ex hoc negatur, id vasallo non competere iure dominij, quia ista est specialis gratia, vt vasallus in reuocatione, vtendo iure domini, & non proprio, possit aduersus factum proprium venire.

Nec etiam verum est, quòd dicta gratia non respiciat fauorem domini, eo quia melius fuisset domino, feudum vendicare pro se, quàm permittere, vt sedeat ad alienantem, qui dominum alienando contempsit, quo fit vt dici possit reuocationem concedi in fauorem vasalli, pro euitanda pœna caducitatis, hęc etenim cõsideratio, vltra quod Andr. illam non facit, nec minus tollat rationem Frec. si benè consideratur, stat enim quod reuocatio respiciat fauorem vasalli, cui sine debito concessa est gratia; quum, quòd possit hoc facere, non consideratur ius proprium vasallipsed ius dominij, idq; etiam respicit fauorem domini, ut hoc saltim, ne sine eius consensu, secundum mutet vasallũ, & in tantum hoc procedit, vt etiam idem nec alienans possit reuocare. Sed non insistendo amplius iis, quæ necessaria non sunt, satis est, veram esse cõclusionem, absensum præstari posse post mortem, quod alienatio est valida, & non reuocabilis, cui dominus tenetur absentire, & consequenter portus cessant omnia, in quibus fundatur contraria conclusio. Nec aduersus eam rationẽ Frecc. quod scilicet dominus teneatur consentire, obstat cõclusio Camer. fol. 86. col. 2. vers. hic cadit pulchra dubitatio, nam, vt aliàs cõsideraui mus, Camer. loquitur in aliis terminis diuersis, imò ipse paulo insta, vers. nisi adessent illa verba, cum potestate donandi, &c. qui essent termini nostri, se remittit ad dicta per eum fol. 202. quo loci examinando dictum Affict. & aliorum in eadem opinione residet, vt videri potest, & latius diximus.

Respõdemus quoq; cũ Freccia tenuisse Affict. & Capic. Camer. relatos, & Bald. contra Frecc. allegatus in considerationibus est citatus à Camerar. pro D. Affict. & Capic. item Camer. mouetur, quia consensus nunquam præstatur secundum iustitiam, & secundum gratiam, quod nõ est verum, quando ex obligatione debet præstari, secundum Camer. & alios, quos refert Amod. dict. quæst. 17. Secundo mouetur, quia Andr. dicit, quòd si dominus debet consentire, & nollet, non faceret secundum honestatem, & non dicit, quòd compellitur, & tamen ex verbis Andr. sequitur potius, quod potest compelli, quia vt dicit Bald. in L. digna vox C. de leg. in princ. omne debitum principis est debitum honestatis, non iuris.

Dicitur quoq; quòd cũ alienatio feudi sit à lege prohibita, ob præiuditium dñi, & aliis rationibus, de quibus in cap. imperialem, in principio, & in cap. 1. de prohib. feud. alien. per d. oth. resultat alia conclusio, quòd si vasallus non requirit assensum, dicitur dominum contemnere, quantumcumque sibi data sit potestas alienandi, reseruato assensu; imò maior contemptus videtur considerandus eo casu,

quo Dominus tenebatur consentire.

Sed si bene perpendantur ea, quæ alibi diximus, & supra etiam replicauimus, responsio est clarissima; nõ enim negamus, de iure prohibitam esse alienationem feudi, verùm, vt etiam ex aduerso est in confesso, id non alia ratione, nisi ne domino fiat præiuditium, quod etiam aduertit Carner. & alij Doct. in d. cap. imperialem, si ergo dominus ab initio potestatem dedit alienandi, cessat præiuditium, pariterq; & deficit contemptus: reseruatio enim, cùm restringatur ad casum alienationis in personam non idoneam, & quando iusta causa contradicendi esset, non operatur, quòd necessariò sit requirendus dominus, vt suprà dictum est, & consequenter, si non requiritur, nullus est contemptus.

Tanto magis, quia admisso, quòd saltim ob reuerentiam sit requirendus assensus, non ideo circumscriptum est aliquod tempus, infra quod assensus necessariò perendus sit, imò semper, & quandocumque potest requiri, vt late Bero. tradit. cons. 73. lib. 3. per. tot. & cùm hodie petatur, cessabit ratio contemptus.

Quod verò dicitur, modo requiri tempore inhabili, si consideretur persona domini, nõ est faciendæ vis in tempore, quia quandocumque potest requiri, vt supra dictum est, si consideretur præiuditium heredis, iam dictum est supra, nullum adesse illius præiuditium, vel quia vt supra diximus, mortuo alienante sine liberis, dominium statim fuit translatum ex donatione cum solitis clausulis in donatarium, vel quia posito, quòd fuisset continuatum in heredem, tamen hæres non potest contradicere donationi defuncti, cùm rotũ ius, quod ipse prætendere potest, detur ex inuestitura defuncti, quod ius ex illa inuestitura competebat illi conditionaliter, si defunctus non disposuisset, vt doctissimè considerat Bero. d. cons. 73. & Menoch. d. cons. 1. num. 405. non magis, quàm possent prætendere præiuditium filij, & sui hæredes, qui dicũtur domini bonorum paternorũ, etiam in vita patris, quia illud ius habent sub illa spe, & conditione, si pater non alienauerit bona in vita sua. Nec propterea dicitur res non integra, quia mortuus est alienans, & res transiuit in aliam personam, quia, vt pulchre dicit Bald. in l. necessario §. quod si pendente, ff. de pericul. & cõmo. rei vendit. hæres non dicitur alia persona, & est regula iuris, ergo non est considerabile tale præiuditium, alioquin esset dicendum, quòd illa ampla potestas alienandi concessa, sit restringenda, quòd tantum operetur in alienatione, quę effectum sortiatur in vita, non in ea, cuius effectus impletur post mortem, quòd esset contra tenorem gratiæ amplè concessæ, & contra eius naturam, quæ latissimè est interpretranda. leg. final. ff. de constitut. Princ. Et data potestate alienandi, salua licentia Domini, ex pacto, quod tunc non consideratur, nisi præiuditium solius domini, non agnati, nec hæredis, probat Paris. cons. 14. num. 14. lib. 1. loquens in consuetudine, dante facultatem alienandi cum licentia domini, arguendo a consuetudine ad pactum, cùm pactum Regis fit lex, vt per Iaf. in l. 1. de constit. Princ. & vbi etiam addit Paris. nu. 6. & 7. quòd in feudo nouo potest vassallus disponere in præiuditium heredis, & post mortem dominus potest præstare assensum, ideoq; non videtur, in quo legitimè considerare possit præiuditium heredis.

Ex quibus cessant quę demum constituant de iusta causa contradicendi, tum ratione præiuditij hęredis, tum etiã, quia permisit labi tantum tempus, quia vt dictũ est, ob lapsum temporis nulla ratio, aut authoritas allegatur, vt officere possit, & illud de præiuditio hęredis, iam abunde satis sublatum est superius.

Sequitur ergo ea, quę considerata sunt, non eneruate, nec infringere fundamẽta, super quibus consulationẽ firmaui, ideoq; in eandem sententiam, & libentius, & cõfidentius pedibus ire (vt aiũt) compellor cum per contraria transiens ferro viam aperuisse, difficultatesq; omnes explanasse existimem, salua tamen semper rectius sentientis sententia.

EPITOME.

Consultatio in eiusdem facti specie incerti authoris.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, concessum cum clausula, pro hæredibus, & successoribus, cum potestate alienandi, vendendi, donandi, &c. reseruate*

sato assensu regio, &c. si donetur, reseruato regio assensu, & deinde decedat donans, non adhuc præstito Regio consensu an possit peti per donatarium, & Rex teneatur alium præstare, & quid in præiuditium hæredis num. 5. contra Andr. de Isern. num. 6. vbi quomodo eius doctrina protedat, nu. 7. vide resolutiones contrariorum in proxima sequenti allegatione.

2 *Consensus Regis in alienatione feudali sufficit præstari ex intervallo.*

3 *Consensus Regis requiritur in alienatione feudi pro interesse Regis, consentire debentis, ne feudum diminuatur.*

4 *Consensus quando requiritur pro alicuius interesse, nunc talis consensus potest ex post facto adhiberi.*

6 *Condictio actus potest imperi etiam post mortem gerentis actum.*

8 *Feudi substantia, an vero qualitas correllatiua, multum interest dicere.*

9 *Feudum si alienat vassallus cõtra prohibitionem legis, domino acquiritur: sed si alienatio est permissa, licet cum aliqua qualitate, si illa non seruatur, acquiritur agnatis.*

10 *Consensus potest præstari per Regem quãdo est permissa alienatio feudi reseruato assensu Regio, etiam in præiuditium hæredis post mortem alienantis, & n. 11. 12.*

11 *Feudum vendendi concessa licentia assensu regio intercueniente simpliciter Rex tenetur consentire.*

13 *Clausula, reseruato assensu regio an importet conditionem.*

14 *Conditio dicitur adimpleta si per eam stat qui non vult adimplere.*

15 *Acquisitor primus non ligatur forma.*

16 *Feudatarius, cui fuit data licentia alienãdi feudum per Regem, non potest illud reuocare vigore constitutionem diuq memoria.*

17 *Ius patronatus legatum absq; licentia episcopi est nullum nisi episcopus cõsentiat, & potest tamen post mortẽ legantis cõsentire, & legatarius interim potest præsentare.*

CONSIL. III.

1 OPTAREM † hodierno die Panormi adesse, atque inter domesticos patietes summopere inueniri, priusquam de re-

tam grauimihi proposita, sententiam meam in medium proferrem, præsertim librorum adiutus copia, nihilominus quoniam à grauissimo viro id ipsum munus, subire compellor, maximis licet obrutus negotijs, ea qua potero brevitate dicam: meam esse sententiam, donatarium posse hodie assensum impetrare, & feudum recuperare.

2 Primo † ex communi regula ex theorica Doctorum, quæ se habet, in alienatione rei feudalis, sufficere consensum ex intervallo, quam tradit Andr. in cap. 1. in principio, de prohib. feud. alien. per fed. & esse communem theoricam omnium Scribentium, testatur Bero. conf. 73. 8 num. 6. lib. 1. magis communem quoque dicit Roland. à Valle conf. 97. nu. 33. lib. 1. & crebriorem veriorem que interpretum sententiam tettatur Menoch. conf. 1. num. 405. libro 1.

3 Confirmatio ita cõcluso † nam cõsensus in alienatione feudi requiritur pro interesse domini, consentire debentis, ne feudum diminuatur, & fraudetur iure seruitij, vt probatur in cap. 1. de prohib. feud. alien. per fed. & not. Bal. in c. 1. qual. feud. alie. pot. in fine princ. † sed quando alterius consensus requiritur pro eius interesse, tũc semper talis cõsensus potest ex post facto adhiberi, ita declarat Bald. in l. 1. C. qui admit. col. fin. Ant. de Butr. in cap. cũ cõsuetudinis, de cõsuet. Imol. & Aret. in l. si quis mihi bona, § ius suũ, ff. de acqui. hered. idioq; certũ est, cõsensum domini pro suo interesse ex post facto interuenire posse.

5 Nõ † obstat deficio Andreæ in cap. imperialẽ, nu. 15. & 16. de prohib. feud. alien. per Fider. dicentis, spem conualidationis, quę erat, euanuisse per mortem alienantis, nec posse dominum præstare consensum in præiuditium hęredis, in quem dominium est translatum, quia si benè ponderentur rationes Andreæ, non videntur tutę, nec stabiles in iure, nam lex bonorũ, allegata per eum facit contra eius dictum in secundo responso, vbi vult quòd post mortem eius, qui actũ gessit, potest actus ratus haberi, & ita ibi Bart. distinguit de morte actum gerentis, vel ratificantis, & cum Bart. transeũt omnes, & hoc ipse tex. clare probat in secundo responso. Mors igitur actum gerentis non impedit ratum 6 haberi, † item mors actũ gerentis non impedit actus cõditionem posita impleri, & purificari contractum, tex. est in l. necessa-

rio

tio § quod si pendente, & de peri. & com. rei vend. secunda ratio Andreæ est, quia confirmatio tempore, quo res non est alienantis, quam rationem confirmat Camer. ibi, vers. 2. cõclusio, fol. 90. per l. fin. ff. com. rust. præliquam dicit factã esse pro doctrina Andreæ, ibi declarans, quod vbi actus debet perfici consensu duorum, nõ potest præstari, nisi eo tempore sint vnus, qui primo cõsentit, sed contrarium, quamuis subtilissimus sit Camerarius, in hoc non multũ subtiliter seruatus est iuris ministeria, nã illa, eiusque dispositio singularis est; & procedit in sua materia imposterquam seruitutum, quæ non nisi à dominis imponi, & acquiri possunt, & induci possunt, & in illa materia consensus vltimi non venit vt accessorius ad primũ, sed vt æque principalis, ideo nõ trahitur ad primum, secus vbi venit vt cõsensus accessorius ad actum, vt in specie nostra ita declarat ibi Bal. in addi. ad fin. & in prima lectura, ibi, nota quòd actus, &c. & quòd illa lex specialis sit propter subiectam materiam, tradit ibi Bart. n. 5. non igitur trahenda est ad speciẽ nostrã, in qua alienatio, sub conditione facta, potest impleri post mortẽ, licet res ad hæredem perueniat, per d. §. quòd si pendente, vbi Bal. dicit, quòd hæres nõ reputatur alia persona, ideo impletur conditio, licet res ad eum deuenerit, per quem textum doctrina Andr. vacillat.

Sed quoniam Andreas nactus est tantũ nomen, & prærogatiuam, vt nemo audeat eius dicta impugnare, sine præiuditio veritatis † dicimus, doctrinam Andreæ, & sequacium non posse applicari ad terminos nostros, nam Andr. loquitur in terminis feudorum, quando vassallus nullam habet facultatem disponendi de feudo, inx. cap. 1. de alien. feud. & in cap. 1. Imperator Lotarius, & sic quando alienatio à principio est nulla, lege resistente, at in terminis nostris princeps dat facultatem alienandi, & disponendi, igitur per formam cõcessionis de directo derogat vsui feudorum, & vbi ptimo erat prohibita alienatio à lege, hic ex forma concessionis incipitur à permissione alienandi, licet cum qualitate Regij assensus, at ista qualitas assensus nõ mutat formam cõcessionis, quin feudum non sit alienabile, quod prius de iure feudorũ non erat, ergo termini Andreæ, in simplici dispositione iuris communis loquentis, nõ possunt adaptari ad casum, de quo agitur, vbi feudum de sui natura ex priuilegio, & forma concessionis est alienabile, licet cum certa qualitate assensus.

Ex quo sequitur dispositionem factam per alienantem, non posse dici nullam, nec tribuere ius dominij accedibus, prout præsupponit Andreas in dispositione sin. præter nullã de iure nostro vsui feudorum, nam secundum terminos Andreæ, alienando, vel disponendo delinquitur contra substantiam legis feudi, at in terminis nostris solũ 6 offenditur qualitatem, non cõtra substantiã, † multum enim interest, verum substantia feudi corrumpatur, vel eius qualitas, vallcit. Bald. in cap. fœd. pena. i. vassal. feud. priu. cui defert quod reputat notabile dignum, & per illam cõsiderationem infert, 9 quòd † si vassallus alienat feudum contra prohibitionẽ legis, domino acquiritur, sed si alienatio est ex permissa, licet cũ aliqua qualitate, si illa non seruatur, acquiritur agnatis, quia aliud est alienare contra dispositionem legis prohibitiuam, aliud est cũ dispositione legis permissiua, licet non seruata aliena qualitas, quod etiam comprobat Camerar. in cap. imperiale, fol. 55. col. 4. in principio, in magnis, dum dicit, quòd, data licentia alienãdi genericè, alienans non committit in l. imperialem, nec in const. constitutionem diuæ memoriæ, quia alienauit de voluntate, & consensu Regis, reseruato nouo consensu; cũ igitur in specie de qua agitur permittatur alienatio, licet cum assensu, ille, qui disposuit, nõ corrupit substantiam naturæ feudi, meritò consensus potest præstari post mortem, & 10 † in specie nostra, quãdo in priuilegio est concessa facultas alienandi, licet non per dictas rationes, sed solum quia factum est diuersum à specie Andreæ, quòd possit consensus præstari post mortem in præiuditium hæredis, consuluerunt duo eximij iurisconsulti videlicet August. Bero. cons. 73. nu. 14 vers. venio ad secũdum dubium, per totum, & maxime nu. 7. lib. 1. & Roland. à Valle cons. 97. num. 33. vers. venio nunc ad secundũ, per totum, l. 1. qui licèt loquatur in facti specie, in qua erat data licentia alienandi de cõsensu domini, quem præstare teneatur, tamen idem est dicendum absq; illa clausula, quem præstare teneatur, † quia habens licentiam vendendi feudum assensu intercedente, simpliciter Rex tenetur assentire, vt per Alber. in l. vnic. col. fin. C. de nou. cod. comp. Affict. in cõs. 1. si quis post litem, col. 3. & Loffred. in d. §. donare, quos refert, & sequitur Vincentius

centius de Anna in const. constitutionem diuæ memoriæ, num. 46. & infra latius demonstrabo, & in nostra facti specie indiuiduali, quando est data licentia alienandi, reseruato consensu domini, quòd possit consensus præstari post mortem, consuluit clarissimus iuris consultus Neapolitanus dominus Michael Ritius, quem refert quidam Doctor Siculus in quibusdã suis Allegationibus, quas manu scriptas mecũ ipse retineo, qui dicit quod Andr. non loquitur quãdo à Principe est data licẽtia alienandi in genere, licet nõ in specie Titio, quia tunc in hoc benè requiritur cõsensus Regius videre personã in quam fit alienatio, an sit accepta, non tamen per hoc reprobatur potestas alienandi, iam concessa, & propterea nõ potest dici nulla à principio, sicut quãdo in nullo est permissa alienatio, & pro hoc adducit cap. 1. de feud. nõ hab. propter nat. feud. & cap. 1. §. feudum, si de feud. fuer. contr. in quam sententiam videtur quoq; accedere Amodeus à Ponte in qq. laudemialibus q. 14. vbi data facultate alienandi feudatario, tenet, nõ esse necessarium cõsensum à principio, sed posse interuenire post cõtractum, ad effectum recognitionis, & approbationis.

Secũdo dicimus donatarium posse hodie assensum impetrare, † quia, data potestate alienandi cum clausula, nostro tamen assẽsu interueniẽte, licet requiratur assensus, Rex tamen tenetur consentire, ita notabiliter consuluit Aret. in cons. incipiente in consulatione, ad me transmissa in 4. dubio, quod alias accidit in Regno Neapolis, quod nõ est impressum, per doctr. Bart. in l. si cum dotem §. eo autem tempore, ff. solut. matr. & Bal. in l. in coniunctione, C. de nupt. & rubr. C. de contrahend. empt. quod consilium refert. & sequitur Capic. in repet. cap. imperialẽ, col. 163. Sigismun. Loffred. in præfat. feud. cap. 1. § donare, quali. olim. feud. alie. Beneuent. ibidẽ, fol. 29. col. 3. & 4. fol. 30. col. 1. in magnis, Frec. de fuffeud. lib. 2. in limitat. const. diuę memoriæ nu. 13. fol. 109. maximè vbi nulla iusta causa denegandi assensum prætendi potest, vt expresse etiam, vbi aderat pactũ de alienando, cum consensu domini, probat Siluan. cons. 65. nu. 17. lib. 1. secundum quod cõsilium iud icauit Excellentissimus Princeps Mantuæ, cõsulentibus quamplurimis Consiliarijs & Senatoribus, vt refert Burfat. cons. 253. nu. 11. lib. 3. & tenet etiã Paris. de Put. de reintegr. feud. cap. 5. Assi. in const. si quis post litem, num. 22. Capic. quoque in sua inuestitura, in verb. necessitas assensus, Vinc. de Anna in d. constitutione diuæ memoriæ, nu. 46. & Leonard. Liparul. in addict. ad Andr. in d. cap. imperialem, fol. 246. Quę opinio confirmatur, quia assensus Regius nõ est simpliciter requisitus in priuilegio, sed cum Regio beneplacito, quod importat arbitrium boni viri, vt est rex. & ibi not. Abb. in cap. verũ, de foro compet. & Bal. in l. fin. § sed si quis C. communia de legat. igitur princeps sub sacro arbitrio nõ poterit denegare ius suũ suo fidelissimo vassallo, in quo causa denegationis assensus suspicari non potest.

13 Nec † obstat, si diceretur, quòd assensus Regius est requisitus per modum cõditionis, per ablatiua absoluta, ergo, eo non interueniente, non est verificata conditio disponendi, & sic Rex nolnit se abstringere ad consentiendum, sed in suo beneplacito reseruare, quia, esto quod dicta verba importent conditionẽ, est ei satisfactum, & assensus habetur propresito, si princeps non habet iustam causam contradicẽdi, vt consuluerunt Franc. Aret. Paris. de Put. & Dominus Mattheus in causa Iulij de Capua, vt refert Thomas de Minad. cons. 10. num. 43. & supra est obstensum, & posito

14 quòd conditionẽ importarent, † satis dicitur adimpleta cõditio respectu principis, cui debet adimpleri, si per eum stat, qui nõ vult adimplere, l. iure ciuili, ff. de condi. & demonst. Bal. in l. si plures, col. fin. de cond. infert. Din. in reg. imputari, de reg. iur.

Nec secundum verum sensum ista verba important conditionem suspensiuam actus alienandi, sed important quod post quam vassallus legitimè alienauit, & sic ex concessione principis feudum fuit factum alienabile, dominus illum teneatur admittere, si ibi domino erit fidelis, & nõ odiosus, & sic istam qualitatem noui vassalli habet dominus cognoscere, non quod tota facultas disponendi depẽdeat ex consensu, & assensu domini, nam alias intelligeretur princeps reliquisse rem in dispositione iuris communis, nec fuisset opus tot verba potestatis alienandi effundere, quia secundum istum intellectum idem fuisset consequutus Titius sine dicto priuilegio ex dispositione iuris, nec est præsumendũ, quòd tam lata verba in priuilegio apposita, sint sine effectu aliquid operandi, sed vltra ius inducẽdi, cap. fi Papa, de priuileg. l. fi quãdo, ff. de legat. 1. & beneficia principum de-

debent largè, & amplè interpretari, l. fin. ff. de const. prine. rãto fortius, quia, si aliter intelligeremus, dispositio, & priuilegium esset inane, & nullius momenti, intelligere enim, quòd esset concessum à principe, posse de feudo disponere, si non vellet princeps, tota facultas concessa esset reuocata vnico verbo, si princeps diceret, nolo consentire, quod admitti non debet; cap. 1. de proba l. digna vox. C. de legib.

Tertio non debet denegari assensus donario, quia nullum est acquisitũ ius filiæ, & heredi donantis per mortẽ patris, stante dispositione, non confirmata assensu Regiæ Maiestatis, nec prætendi potest Regem non debere assensum præstare, quia tertio præiudicat assensum præstando, vt sub inuoluris verbis tradit. Andr. in d. cap. imperialem, in Apostilla. Quandoquidem nos sumus in primo acquisitore feudi in forma, quam nos Siculi larghissimam appellamus, scilicet pro hæredibus, & successoribus in perpetuũ, qui non solum potest alienare, & disponere in quem voluerit, sed potest postergare filias proprias, etiam si tunc temporis illas habuisset, & 15 dare feudum nepoti, † quoniam primus acquisitor non ligatur forma, secundum Andr. in cap. Titius §. quid si Titius, in fin. si de feud. fuer. controuersia, & in cap. 1. §. & si libellus, de alien. feud. pater. & dicit Io. Aloysius Sept. in causa Pirtinei, quod in hoc hodie non admittuntur disputationes, & data licentia alienandi feudum in forma larga, tanto minus admitterentur disputationes ex ijs, quæ congerit Deci. cons. 88. ideoq; nullus potest prætendere ius, sibi quæsitum in dicto feudo, nisi is, in quem acquirens disposuit, qui fuit nepos, & ipse solus habet ius in dicto feudo ex donatione sibi facta, & huic Rex debet fauere in præstando assensum, & inuestituram.

Nullum etiam ius competit filiæ, quia si ius aliquod prętendere posset, illud oportet deducere ex forma priuilegij, & ex voluntate patris, sed quia illius voluntas fuit in transferendo feudum nepoti, igitur nullum ius potest competere filiæ contra voluntatem paternã, & ita tenet Auchar. cons. 124. col. fin. ibi, (post quam sunt veri heredes vniuersales, & habent patris voluntatem) filiæ autem veniunt contra voluntatem patris, post quam petunt vltra illud, quod eis relictum fuit.

Quin etiam, si stante licentia disponendi princeps tenetur consentire; & si absq; iusta causa recusaret, haberetur pro consentiente, ideo nullum ius comperit filiæ.

Præterea nullum ius competit filiæ, quia dispositio patris non fuit nulla, nec repugnat regulis feudalibus, nec formæ priuilegij, sed valida propter licentiam disponendi, & si assensus requiratur in qualitate 16 personæ, quin † imo dispositio facta per donantem, reseruato Regio beneplacito, & assensu, ab ipso met non poterat reuocari, virtute constitutionis, constitutionem diuæ memoriæ vt probat Lucas de Penn. in l. nulli, C. de feud. patr. lib. 11. & sequitur Afflict. in cap. imperialẽ, in 16. q. principali nu. 36. ideoq; non potest dici nulla dispositio, prout forte poterat dici in terminis Andr. nec ius aliquod filiæ quæsitum fuisse, quia tunc acquiritur ius, quando dispositio fuisset nulla, vt præsupponit Andreas.

Et quod nullum ius competat filiæ, probari potest ex his, quæ nor. Card. Zabar. in 17 cap. cum secundum, in 6. q. de iur. par. † vbi vult, quòd in terminis quæstionis, ibi tacte de legato facto laico de iure patronatus absque licentia Episcopi, quod est nullum nisi Episcopus consentiat, etiam post mortem vt determinat tibi Card. in 5. q. quod interim legatarius post mortem legantis præseuerabit, & legati validitas pendebat ex futuro euentu cõsensus Episcopi, ecce ergo quod non est quæsitum ius heredi ex dicta dispositione, sed legatario, & dictam decisionem Cardin. sequitur Rocchus de Curt. de iur. patron. in glo. ipse vel is, à quo, in 7. q. & sic in terminis nostris ante quam sit denegatus assensus ius est penes nepotem, non penes filiam, ideoque non potest denegari assensus ex iure quæsito filiæ.

Ex quibus omnibus sequitur, donatariũ post mortem donãtis posse Regium assensum imperrare, nec arbitror Sacram Regiam Maiestatem, cui attribui potest illud virgilianum, (Nobis quo iustior alter, nec pietate fuit, nec bello maior, & armis) abnegaturam, cum, nec iusta causa, neque interesse alterius inueniri possint.

Cæterum hæc si oportuerit latius comprobari, & authoritatibus coadiuuari, Panhormi porerunt, cum hic libris meis, meaque biblioteca caream, arduũ enim est fine proprijs armis certare, Messanæ, die 12. Septembris 1582.

Pro

Pro Illustrissima, & Excellentissima

PRINCIPISSAE PETRAEPRETIAE VICEREGINA NEAPOLIS.

EPITOME.

In successione transuersalium abintestato attenditur dispositio cap. si aliquem, quæ procedit in antiquis feudis, hęreditarijs, & emptitijs, adeo vt, & si verum sit primũ acquisitorem posse de feudo disponere, nihilominus id procedere dicitur quando acquirens expresse disposuisset; eo etenim ab intestato decedẽte filet dispositio cap. volentes, & procedit indistincte determinatio cap. si aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Feudum posse ad libitum alienari per feudatarium, dum concedit cap. volentes, intelligitur forma non repugnante.*

2 *In feudis mixtis, siue cum qualitate hæreditaria, an sufficiat esse hæres primi acquisitoris, vel necesse sit fore hæredem vltimi morientis.*

3 *In feudis, quæ non habent clausulam iuris francorum, feudatarius an possit posterigare aliquem ex agnatis, & disponere in aliquem ex vocatis in inuestitura.*

4 *Cap. si aliquem, procedit in quibuscumque feudis, etiã antiquis, & subquibuscumq; clausulis, etiam quò ad transuersales, descendentes à primo stipite, & acquisitore, etiam in feudo empto. nu 7.*

5 *Clausula iurisfrancorũ, locum habet in successione feudi ab intestato indistinctè.*

6 *In feudo empto non sunt attendenda regulę feudales, sed natura eõrum actus, & propter ea in eius successione attendendũ est ius commune, & quid in feudo concesso quòd subinde per vassallum alienetur cũ consensu Regis, an censeatur venditum sub eadem lege, & forma.*

8 *Feudum nouum dicitur omne, quod à quærente de nouo fuerit quæsitum siue opera, & industria, siue gratis, siue titulo emptionis.*

9 *Cap. si aliquem, loquitur in eisdem terminis, in quibus loquitur const. vt de successionibus, & eam corrigit, dum successio collateralium ampliat vsque ad sextum gradum, cum secundum terminos illius const. succedatur vsq; ad tertium gradũ etiam in feudo empto.*

10 *De feudo empto pro hæredibus quibuscumq; licèt emptor posset disponere ad eius libitum contra dispositiones, & regulas feudales, tamen si non disposuit, non censetur vti eius potestate, sed tunc succeditur iuxta leges Regni.*

11 *Dos verè est onus feudi, secundum veram opinionem.*

CONSIL. IV.

PRINCIPISSA Petræpretiæ quòd indubitatè succedat in Statibus & feudis, de quibus agitur, vt in eius præiuditium non possit de eis Princeps Buteræ in vita, nec in morte disponere; necesse non est ingredi ad feudorum formas, & præsertim ad confirmationes, factas Calcerãdo, & Raymundo, & ad alia, quæ hinc inde huc vsque sunt considerata subtiliter quidem, & eleganter, nam, cum dominus Princeps in prædictis feudis successerit Excellentissimo Principi, eius fratri ab intestato, alio iure, nec alia inuestitura, aut priuilegio potuit succedere, nisi beneficio constitutionis Regis Iacobi, quę incipit, Si aliquem, & cuiuscumque formæ fuerint feuda tempore mortis dicti Domini Principis, eadem fuit successio, nempe iure francorum, & si quidem feuda (erit in

confesso) fuisse in forma stricta, cum clausula iurisfrancorum, nulla potest esse dubitatio in proposito, † cum dispositio capituli Volentes, quæ concedit feudatario libertam disponendi potestatem, non procedat forma repugnante, secundum communes theoricas in Regno, & indubitatas: si vero feuda, acceptetur, esse in forma stricta, sine clausula, nempe, pro te, & filijs, vel similibus verbis, vel adhuc in forma mixta, addito verbo, hæredibus, quæ formæ in Regno quò ad libertatem disponendi, & quò ad successionem vocatorũ, parum differunt, vt dicunt omnes nostri in rep. d. capituli, volentes, præsertim D. Cannicius in plerisq; locis, & in talibus feudis similiter habebit intentum domina Princispissa, quia dominus Princeps non potest disponere in eius præiuditium. † Et quò ad feuda mixta cum qualitate hæreditaria, sine teneamus opinionem, quòd sufficiat ipsam fore hęredem primi acquisitoris, siue quòd necesse sit fore hęredem vltimi, si pro vltimo moriente nõ steterit, iuxta tradita per Afflict. Beneuent. & alios in c. 1. An agnatus, idẽ semper erit: nec ego video aliquod posse probabiliter in contrarium attentari, † solum posset difficultas fieri, quò ad feuda, in quibus nõ esset clausula, iuris francorũ, an dominus Princeps posset postergare dominam Principissam, disponendo in aliquem ex vocatis in Prima inuestitura, seu in alijs priuilegijs, iuxta tradita à Perno conf. 4. & conf. 6. & latè D. de Gregorio tract. de conces. feudi, par. 2. q. 10. & alijs in plerisq; locis; nihilominus eum D. Princeps, vt dictum est, successerit ab intestato, ex constitutione si aliquem, secundum veras opiniones, quæ † habent dictã cõstitutionem procedere in quibuscumq; feudis, etiam antiquis, & sub quibuscumq; clausulis, etiã quò ad transuersales, descendentes à primo stipite, & primo acquisitore, vt latè per D. Cannicium in constit. si aliquem, fol. 238. num. 16. & fol. 249. & fol. 251. num. 21. & fol. 268. & ante cum Pernus conf. 21. & Petrus de Gregor. de conces. feudi 4. parte q. 12. † sequitur ipsius successioni ipso iure adfuisse clausulam, iurisfrancorum, quæ ab intestato ex dispositione prædicta in Regno locũ habet indistinctè, idem D. de Gregorio eadem par. 4. q. 13. D. Cannicius fol. 271. vers. sed præstat, & apertis verbis determinat dicta cõstitutio, & in Regno nulla est dubitatio, & consequenter sequitur, Principem nõ posse postergare dominã Principissam, quia in succedente cum tali clausula, nõ licita est postergatio, cum forma repugnet, & dispositio dictę constitutionis gradatim vocet transuersales, ita ex eodẽ D. de Gregorio dicitur in d. q. 10. par. 2. & est indubitata opinio.

Si verò loquamur de feudis hereditarijs & quæ tempore mortis domini Principis fratris erant in forma larga, & istius qualitatis, adhuc vellemus confiteri fuisse omnes status, & feuda, quæ tempore mortis Principis Don Ambrosij remanserunt, & in hijs minor est difficultas, eadem ratione, quia dominus Princeps succesit tamquam frater, & tamquam transuersalis; & licèt dominus Princeps mortuus potuisset beneficio capituli, volentes, de prædictis feudis disponere, eriã in extraneos, tamen nulla facta dispositione, fuit locus legitimæ successioni ab intestato, & censetur ipsum vocasse illas personas, quę ex constitutione, si aliquẽ, vocantur, quę omnes personę gradatim tamen, & seruata gradus, & sexus prærogatiua, dicuntur legitimi sui hęredes, vt statim dicetur in feudo Belmontis.

Pater igitur quò ad omnia feuda, quę à Principe mortuo quęsita non fuerunt, D. Principissam indubitarè succedere, qualiscumque fotme fuerint, cùm ipsa post mortem Domini Principis ex beneficio eiusdem constitutionis, si aliquem, iure francorum vocetur, & admittenda sit, nullo alio proximiore, aut masculo, eiusdem gradus existente.

Quò verò † ad feudum Belmontis idem arbitror esse dicendum, quantumcumque simus in feudo empto, nam licèt Siluan. cons. 52. Rom. conf. 367. Cur. Iun. & Dec. alijq; citati à Cannitio in rep. capituli, volentes, fol. 172. §. item non procedit, volueriut in talibus feudis suon esse attendendas regulas feudales, sed natotam contractus, & per hoc videatur in eorum successione esse attendendum merum ius commune; nihilominus primo dico, nos esse in feudo empto à Rege, & primo domino, prout verè loquũtur Siluan. Dec. & alij, superius citati; licèt enim D. Princeps emerit, tamẽ prima concessio fuit absque prętio, sine in forma stricta foetit, siue larga illis de Gra uina; nec rationes Doctorum militant in feudo, concesso, quòd sub inde per vassallum alienetur cum consensu Regis, tunc enim benè cadit disputatio, an censeatur

venditum

vendicum ſua eadem lege, & forma; §. profectò d.l. Corradi, & an reſpectu ſucceſſorum ementis eadem forma attẽdenda ſit, quę eſt quæſtio, tradita à noſtratibus, præſertim à D. de Gregorio par. 3. q. 2. & à D. de Cannicio in d.cap. volẽtes, fol. 115. ver. apparet; vt cumque tamen ſit in propoſito in tali feudo alienato iuſto prętio ab alio, quàm à domino, attendendæ ſunt regulæ feudales, ſecundum ea, quæ prædicti Do-
7 ctores tractant. † Secundo vt ex toto tollatur difficultas, dicimus in feudo empto procedere diſpoſitionẽ capituli, ſi aliquẽ, quia illud procedit indiſtinctè in quibuſcumq; feudis antiquis, & nouis, vt expreſſum fuit à Federico Rege in capitulis Regni, cap. 30. & Doctores repetentes paſſim tradunt, poſt Pernũ in Apoſtillis ad d.cap. ſi aliquem, & non reperi ego Doctorẽ, qui differentiam faciat in feudo empto, quinimò in ſpecie præſupponunt contrarium, nam gloſſ. in conſt. vt de ſucceſſionibus, in ver. & quolibet alio titulo iure ſuo, in declaratione feudi noui reſpectu diſpoſitio-
8 nis dictæ conſtitutionis, dicit, † feudum nouum dici omne, quod à quærente de nouo fuerit quæſitum, ſiue opera, & induſtria, ſiue gratis, ſiue titulo emptionis; quam gloſſ. ibi ſequuntur Doct. præſertim Affict. in tertio notabili, & nu. 59. in fine, & expreſsè etiam ſequitur D. Cannicius in d.cap. volentes, fol. 115. ver. apparet, col. 1. in fine, & col. 2. in principio, hoc ergo præſuppoſito, ſequitur nos habere deciſionem
9 in indiuiduo, † nam conſtitutio, ſi aliquem, loquitur in eisdem terminis, in quibus loquitur conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, & eam corrigit, dum ſucceſſio collateralium ampliatur vſq; ad ſextũ gradum, ita D. de Cannicio in d. cõſtitutione, ſi aliquem, fol. 232. num. 16. & 17. ſicuti ergo in terminis conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, collaterales ſuccedebant vſq; ad tertiũ gradum etiam in feudo empto, ita ex diſpoſitione conſtitutionis, ſi aliquem, vſque ad ſextum gradum, & Doctores noſtri non aliter fecerunt mentionem de hoc, contenti quod capitulum prædictũ procedat indiſtinctè, & ob id hodie nõ ſit diſtinctio formarum, & inueſtiturarũ, idem Cannicius tradit fol. 250. num. 17. & omnes inueſtiturę ceſſant, quia feudo ab inteſtato deuoluto ad tranſuerſales, talis inueſtitura informatur à lege, cuius beneficio vocantur, idem Cannicius nu. 20. qui ẽtiam fol. 289. nu. 6. & 290. nu. 12. cum ſequen. dicit, non eſſe conſiderandà priuilegia, cum omnes formas, & omnia priuilegia ad ſe trahat dicta conſtitutio, & omnis forma priuilegiorũ extinguitur, & ſola remanet forma huius conſtitutionis, in vltima carta dicit, nullã aliam formam poſſe procedere in ſucceſſione tranſuerſalium, niſi traditam à d. cap. ſi aliquem, quod ex eadem ratione non recipit interpetrationem, nec à iure cõmuni feudorum, nec etiam à iure conſtitutionem Regni, cũ omnia alia iura ab eo corrigantur, quæ omnia ſine difficultate procedũt
10 in feudo empto, nam, licèt † illud fuerit emptum à D. Principe pro hæredibus quibuſcumque, & potuiſſet de illo diſponere ad libitum, etiam contra diſpoſitiones, & regulas feudales, in quibus terminis loquitur etiam Cannicius vbi ſupra; tamen, quia nõ diſpoſuit, non cenſetur voluiſſe vti eius poteſtate, ſed quod ſuccedatur iuxta leges Regni, quod poteſt confirmari ex traditis à Baldo in cap. 1. nu. 2. de eo qui fin. facit agnat. & in pulchra quæſtione ad propoſitum, tradit Ioan. Thomas de Marinis, lib. 1. tit. 31. verſ. 3. eius eſt naturæ, & nulli dubium eſt in Regno, diſpoſitionem capituli, volentes, loqui in expreſſa diſpoſitione; in tacita verò, quæ ſit ab inteſtato procedit diſpoſitio capituli, ſi aliquem, illa eſt libera, & forma nõ repugnante, hęc verò eſt reſtricta, & regulata à conſtitutione Regni, eiusdemq; capitulis, ſecundũ quam diſpoſitionem cenſetur mori ens, aliter non diſponendo, ſe voluiſſe conformem reddere iuxta theoricam Andreę de Iſern. & aliorũ in cap. 1. de eo qui ſibi, & hęredibus.

Confirmantur prædicta inconuincibili fundamento, nam dominus Princeps emit pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, ſemota ergo diſpoſitione, expreſſa ex capitulo, volentes, eo mortuo ab inteſtato, locus eſt ſucceſſioni legitimę, quia ab inteſtato non eſt locus extraneo hęredi, etiam in allodialibus, legitimi autem hęredes in feudis noui ſunt collaterales vocati, ex diſpoſitione capituli, ſi aliquẽ, Cannicius ibi fol. 116. nu. 8, & nu. 12. & nu. 16. & ob id ego dicebam in feudis hæreditarijs, & in larga forma non potuiſſe ſuccedere D. Principem, niſi beneficio cõſtitutionis, ſi aliquem, nam non potuit niſi tamquam legitimus hæres ab inteſtato, & conſequenter tanquã ille, qui primo loco vti frater fuerat vocatus à conſtitutione prędicta, quæ informat omnes alias inueſtituras, & omnia alia iura tollit, & informat, vt dictum eſt ſupra, &

licèt quò ad multa Doctores differentiam faciant inter feuda noua emptitia, & non emptitia, & aliàs in facti contingentia habuimus, tamen quátum attinet ad propositum, cum D. Princeps non potuerit succedere, niſi iure legitimo, & tamquam frater, meritò, inuitis dentibus, dicendum eſt, ipſum ſucceſſiſſe ex beneficio dictæ conſtitutionis, & ob id in eius inueſtitura rectè dixit, ſe ſuccedere etiam in feudo Belmontis ex pacto & prouidentia.

Per hęc patet meo iuditio reſoluta eſſe omnia, nec eſt neceſſe ingredi ad cõfirmationes factas Calcetando, & Raymundo, nam verè per eas forma alterata fuit, cum vaſſallus nempe Calcerandus, & ſubinde Raymundus ex certa ſcientia perierint confirmationem à Rege, & Vicerege, ſub illa clauſula, & forma ſtricta. Et quæ ex aduerſo cõſiderantur plures haberent reſponſiones, quæ nunc ob temporis breuitatem omittuntur; & quia verè non eſt neceſſarium, nam, vt dixi etiam admiſſa opinione, quòd illa confirmatio non fecerit feuda in forma ſtricta, & quòd omnia tempore mortis domini Principis fuerint hereditaria, in quacunq; forma, ſatis eſt D. Principem ſucceſſiſſe ex conſtitutione, ſi aliquem, & nullo alio iure potuiſſe ſuccedere, vt dictum eſt. Pariter † neceſſe non eſt ingredi ad aliud de dote D. Dounę Aldonſę, nam, licèt reſtitutio dotis hodie ſit verum onus feud, ſecundũ veram opinionem, (quicquid dixerit Cannicius) tamen aduertendum eſt, non verè cõſtare de reſtitutione doris, nec de datione in ſolitum pro dote, & actus, qui prælentatur, ſolum obſtrendunt quamdam in pignorationem, & ſpecialem obligationẽ cum tranſlatione poſſeſſionis, vt videre eſt per lecturam ipſorum; apparet etiã ſucceſſionẽ ſemper fuiſſe in feudis tamquam de bonis d. de ſancta pace, ſed dato millies, quòd dominus Princeps mortuus in talibus feudis fuerit plenè dominus, & potuerit diſponere, adhuc procedunt ſupra deducta, quę etiam militant in feudis Cõmunis Butere, infeudatis vitture priuilegij Regis Ferdinandi, in quo etiam dici poſſent nõ nulla, ſed eiſdem rationibus etiam in hijs feudis conuincitur ſucceſſiõ indubitata dominæ Principiſſę.

Poſtremo ſuperflua fuit diſceptatio formę feudi Belmontis in perſonam illorum de Grauina, nam quabſcumq; formę fuerit, & dato etiam, quòd alterata fuerit in perſonam D. Principis; emendis, & dato, quòd clauſula in inueſtitura, forma & natura feudi in aliquo non morata, non obſtaret, (quę tamen omnia, ſi neceſſe eſſet, particulares haberent conſiderationes) & breuiter admiſſo, quòd D. Princeps potuiſſet in extraneos diſponere, quia tamen nõ diſpoſuit, & D. Princeps Don Franciſcus ſucceſſit, vt dictũ eſt, ab inteſtato, ſequitur ex premiſſis, datam fuiſſe certam formam eius ſucceſſioni, nempe iure francorum, & conſequenter ipſum nõ poſſe vlterius diſponere; ſed poſt eius longeuos annos iuſtã dominam Principiſſam debere indubitanè ſuccedere, quod ego indubitanter verum eſſe arbitror.

Hęc iſta currenti calamo volui aduotare, vt animi mei votum in hijs ſucceſſionibus proferrem, nec etiam feſtinantia mihi facta, & occupationes alię permittunt, vt vberiori ſtilo ſuperius deducta, qua ſiacũq; ſint poſſint exornari. ea igitur actiori iudicio tectius ſentientis ſubmittenda ſunt.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *Diſpoſitio cap. ſi aliquem an procedat in forma, pro te, & hæredibus de tuo corpore deſcẽdentibus, fuit quæſtio agitata inter Doctores Regni in cauſa Comitatus Sãcti Marci, vbi tractabatur de ſucceſſione fratris vterini ad excluſionem agnatorum, deſcendentiũ à primo inueſtito. Regens Ramundus Ramundetta, & Federicus Campixanus inſignes iuriſcõſulti Siculi partes vterini fratris tutati fuere, dubitationem faciebat in illa cauſa regula, quæ habet, formam feudi derogare naturæ omni feudorũ, de qua per Andream in conſt. vt de ſucceſſionibus, at eum forma nullo modo admittiret vterinũ, quia non de deſcendentibus ex corpore primi inueſtiti, ideo non procedere cap. ſi aliquem dicebatur; reſpondebat Regens de Ramundetta, verba ipſiuſmet cap comprehendere formam ſupradictã, & ibi vocatos eſſe deſcendentes ex corpore, ibi, nullo hæredi legitimo per lineam deſcẽdentem, ex quibus inferri dicebat, quòd, ſi deſcendens reperiretur, ille admitteretur ante collaterales; ergo conceſſio, & forma de deſcendentibus loquebatur, idẽ ſentire arbitrabatur Conſt Regis Federici incip. Conſtitutionem, eſt cap. Regni Siciliæ in cap. Regis prædicti nu. 30. quod ſucceſſit ad declarationẽ cap. ſi aliquẽ vtraq; namq; diſpoſitio ſibi locum vendicat*

ſtante

stante clausula iuris francorum, quod procedit tantùm inter descendentes, & tamen per cap. constitutionem cap. si aliquem elangatur in feudo nouo, in quo admittuntur transuersales, hanc sententiam tenuit Pernus cons. 90. & in d. cap. si aliquem, vbi testatur, ita M.R.C. iudicasse in causa feudi de Casula, & Gualterius de Paternione in quodam suo consilio addit rationem, nam si in Regno tempore cap. si aliquem communis forma erat pro te, & heredibus de tuo corpore, vt testatur Andreas in cap. 1. de alien. feudi paterni, & in cap. 1. §. huius rei, ex quib. cauf. feud. amitt. sequitur, quòd si illa erat cõmunis forma in Regno, & Princeps voluit ampliare feudorum successionẽ, quòd de illa, & in illa forma consueta intellexerit, & admiserit successionem collateralii, idem tenuit Pernus cons. 21. num. 8. & 9. & Cannet. in d. cap. si aliquem ait, omnes formas in successione collateralium informari per cap. si aliquẽ, in S. opinio supradicta. fol. 249. & informa supradicta, & cum clausula iurisfrancorum nu. 24. fol. 252. in S. colligitur etiam, nu. 12. fol. 290. eamdem opinionẽ pro fratre vterino in causa Sancti Marci tenuerunt Io. Ang. Pisanell. Franciscus Antonius Villani, & Camerarius in causa di mezo catuso, in eorum responsis impressis post repet. cap. si aliquem, Canneti, idem sentit Cumia in d. cap. si aliquem in præludijs nu. 327. & 328. Contrarium tenuit Blasius Lancea in d. cap. si aliquem, ea præcipua ratione, quòd semper sit attendendus tenor inuestiturę, & Princeps vti moderator rei suę possit apponere legem, quam vult, & propterea si dat feudum pro descẽdentibus ex corpore, non debet transire ad extraneos, allegat Andream in consi. vt de successionibus, facit subinde regula, dispositionẽ cap. si aliquem non protendere formam repugnante; ab opinione tamen prima non esse recedendum arbitror, tum quia maiori authoritate est munita, tum quia pro se habet verba textus cap. si aliquẽ, & cap. constitutionẽ, expressa. Quæstio tamen de fratre vterino sopita est per Cap. Regni Imp. Caroli, nu. 258. quod ad declarationẽ cap. si aliquem successit, vt exi stentibus descẽdentibus ex primo inuestito, vterini fratres non succedant.

EPITOME.

Formæ pro te, & hæredibus si addatur clausula iuris francorum, dicitur feudum cõcessum in forma stricta, at si concedatur facultas alienandi in quoscumq; quęritur nam huiusmodi forma censeatur restricta per dictam clausulam, & diferentia fit, si potestas alienandi apponatur à Rege, vel si à partibus, & deinde confirmatur à Rege, adiecta clausula iuris francorum.

SVMMARIVM.

§ 1 *Feudum pro te, & hæredibus, & successoribus cum clausula iuris francorum, est sub forma stricta, & quid si datur potestas vendendi, & alienandi in quoscumque voluerit, numer. 2. vbi quid operentur ista verba, an debeant intelligi vt solum ille, cui fuit facta talis concessio, possit alienari, & non alij descendentes.*

2 *Hæredis appellatione in Regno in feudis veniunt etiam extranei.*

3 *Feudum venditum cum potestate alienandi in forma, reseruato assensu Regio, si Rex deinde confirmat, & addit in confirmatione clausulam iuris francorum, dicitur in forma stricta.*

4 *Formam feudi dare spectat solùm ad Regẽ, & non sunt inspicienda verba contrahentium.*

5 *Feudum dicitur in forma larga, si addatur clausula, illis, & quibus doderis, vel cui volueris dare, licet sit etiam dictum, pro te, & hæredibus legitimè descendentibus, quæ verba alioquin formam stricti importarent.*

CONSIL. V.

SOLENT qui difficultatem non gustant, & ad pauca respiciunt, de facili enuntiare (cuius rei vulgatissimum est Adagium, in ijs quoq; quę ad rem nõ faciunt, fimbrias dilatare. Quòd feuda sub forma, & clausula iuris francorum concessa, sint inalienabilia in præiuditium

ditium ſucceſſorum, & cap. volentes in-
relligatur forma non repugnante, here-
demque cum beneficio inuentarij impro-
bare poſſe factũ defuncti, & demum quòd
clauſula iuris francorum adiecta formę,
pro heredibus, & ſucceſſoribus faciat feu-
dum in forma ſtricta, vel ſaltem mixta, in-
cognita non ſunt Doctoribus, verſatis in
M. C. poſt quam, & ijs, qui nunquam
feudales diſputationes audiuerunt aperta
ſunt. Cùm mihi tranſmiſſum fuerit priui-
legium Baronię Ferulę, illudq; (vt ſoleo)
diligenter perſpexiſſem, & cõſideraſſem,
inueni in priuilegio, principalem formam
1 † eſſe ſub clauſula hereditaria, dum con-
ceditur Ioanni, eiúſque heredibus, & ſuc-
ceſſoribus: verum tamen additur ex inde
clauſula iuris francorum, & ſic ſi aliud non
eſſet conſiderandum, nulli dubium eſſet,
formam reſtringi, & in hoc caſu vetiſſima,
& indubitatiſſima eſt opinio in Regno,
feudum eſſe in forma ſtricta, & in M. C.
verè in hoc non audiuntur diſputationes,
quæ antiquitus fiebant, & ijs terminis
propriè loquuntur Blaſcus in cap. volen-
tes, & D. de Gregorio de conceſſ. feudi
par. 2. q. 8. ver. & eſt aduertendum, & la-
tius in 3. quæſt. par. 4. & infiniti alij noſtra-
tes, & nouiſſimè inter exteros, & ſequens
Pernum conſ. 7. & 11. tradit Io. Thom.
de Marin. de feudis, tit. 13. quæſt. vltima.
Sed conſideretur (quæſo) quod aliud in
priuilegio dicitur, extat enim in eo pote-
ſtas conceſſa Ioanni quandocumque Baro
niam vendendi, & quocumque alio alie-
nationis titulo tranſferendi in quoſcumq;
& demum recepta eſt Baronia pro eo, &
cui voluerit dare, additur exinde clauſula
iuris francorum, hijs verbis, ita tamen
quod dictus Ioannes, & hæredes, & ſuc-
ceſſores ſui, vel ius, & cauſam habentes
ab eis, dictam Terram, & Caſtrum cum
eorum iuribus, à dicta Curia in capite te-
neant, ac vtuntur inde iure francorum, vi-
delicet, quòd maior, &c. Nec omnia in
themate quæſtionis noſtræ, me ancipitem
rediderunt; cum verè non ſimus in termi-
nis regularibus, de quibus per Doctores
in locis prædallegatis, nam in Regno, vt no-
uiſſimè teſtatur D. Cannicius in rep. cap.
volentes, fol. 54. & ſeq. ver. ſed magna
fuit olim dubitatio, aprobata eſt opinio in
forma, dictante pro te, & hæredibus, ita
quòd viuatur iure francorum, ea potiſſi-
3 mum ratione † quia licet verbum, hæredi-
bus, in Regno ex diſpoſitione capituli vo
lentes comprehendat etiam extraneos,
(quicquid ſit de iure communi feudorum)
nihilominus clauſula ſequens limitat, re-
ſtringit, & declarat de quo hærede intel-
lectum ſit, pro vt ſimiliter idem dicunt no
ſtrates, quando verbo, hæredibus, addi-
tum ſit verbum; filijs, vel de tuo corpore,
vel quod ſimile, quòd faciat prædecentia
reſtringi, limitari, ſeu declarari, & ita re-
ſpondet dominus Cannicius argumento,
quod faciebat Gerardus Alliata Protho-
notarius in cauſa Sclafani in prædallegato
loco num. 50. & ſeq. verum ſi in caſu, quo
feudum conceſſum ſit ſub hac forma, ad-
dita etiam qualitate degenerante naturam
feudi, pro vt eſt quãdo datur feudum pro
te, & cui voluerit dare, vel data poteſta-
te alienandi cap. 1. de feud. nõ haben. pro-
pr. nat. feud. talis clauſula non videtur
poſita, vt reſtringat formam, ſed vt daret
modum viuendi, & ſolùm operaretur in
caſu ſucceſſionis ab inteſtato, vel non fa-
cta diſpoſitione inter viuos, & cum ex hoc
(vt dixi) auſam dubitandi ſumpſerim, &
veritatem indagarem, tandem inueni hãc
limitationem, & declarationem ad opinio-
nem in Regno indubitatam ponere, & vti
veram, & tenendam, defendere prædal-
legatam D. Cannicium vbi ſupra nu. 73. &
ſeq. poſt Gerardum Alliata, & Bonannum
in alleg. in cauſa Sclafani, allegantem
ad hoc dominum Io. Aloyſium fuiſſe ſibi
contrarium, & reſpondet ad conſilium
Perni. 7. & 11. Arbitror tamen D. Canni-
cium fortaſſe non benè ponderaſſe dicta
D. Io. Aloyſij in d. cap. volentes, verſ. ſed
ſolet dubitari, dum allegat Pernum d. cõſ.
7. nam Pernus ibi col. fin. videtur quaſi in
hanc opinionem contrariam inclinare, dũ
vult, facultatem alienandi eſſe intelligen-
dam, vel in caſu, quo feudatarius filios non
habetet, vel vt facultas alienandi faciat
alienationem valere in vita alienantis; re-
vera tamen quod in hoc concludat non
aperit, cùm ſatis confuſè, & inuolutè lo-
quatur, & D. Io. Aloyſius loco prædal-
legato apertè reprobat illam intelligentiam
Perni, quòd alienatio valeat in vita alie-
nantis, nam (inquit) in hoc fruſtratoria
eſſet talis licentia, cum in Regno id faciat
diſpoſitio dicti capituli volentes, & de hac
quoq; conſideratione dubitandum, imò
ſibi nõ dicit placere D. de Grẽgor. quæſt.
3. ver. & licet, idem Guglielmus Pernus
in 4. par. principali, tam etſi D. de Gre-
gorio loco prædallegato quæſtionẽ ponat,
& diſputet

& diſputet abſque conſideratione facultatis alienandi.

Quam ob rem ego intimius conſideran do intentionem Doctorum, arbitror in primis D. Io. Aloyſium in d. cap. volentes non eſſe contra hãc opinionem in ter minis, de quibus agimus, quæſtio enim poſita per eum loco preallegato formatur in caſu, quo † quis vendit feudum cũ poteſtate alienandi in forma, reſeruato conſenſu Regis in cõfirmatione, qui Rex confirmando venditionem, addit in confirmatione clauſulam iuris francorum: in hijs terminis dicit D. Io. Aloyſius formam eſſe reſtrictam, mouetur potiſſimè, quia non ſunt attendẽda verba partium in vẽditione, ſed verba principis, qui confirmã do addit tantùm clauſulã iuris frãcorum; nec obſtat, inquit, quòd in confirmatione ſit inſerta venditio, quia talis inſertio habet caudam ſerpentinam, & nõ eſt ſimplex confirmatio, ſed cum qualitate, & ſatis, inquit, reuocat principes illa verba, & facultatem alienandi à contrahentibus poſitam, & contra eam vult fieri, apponendo dictam clauſulam, apertè ergo ſentit D. Io. Aloyſius in caſu ſuo, ideo formã eſſe reſtrictam, quia non princeps conceſſit poteſtatem alienandi, ſed partes, quorum factum non attenditur; & licèt princeps confirmet, tamen adijciendo clauſulam cenſetur illam poteſtatem tenuicare, 4 cùm † ad illum ſolùm ſpectet dare formã feudis, latè Perusus conſ. 6. & D. Cannicius in dicto cap. volentes, fol. 10. ver. ſed neceſſaria offert ſe quæſtio, num. 18. 19. & num. 23. poſt Pern. dicit, non eſſe curandum de verbis contrahentium, cùm ad eos non ſpectet dare formam, & ſecundũ hanc intelligentiam etiam poſſunt euitari authoritates Doctorũ, qui in cauſa Selaſani in hoc contrarium fortè dixerũt, cùm in eo caſu non princeps conceſſerat feudũ cum poteſtate alienandi, adiecta clauſula, ſed tantum confirmauerat alienationem factam Comiti Henrico de Rubeo, & in fonte videre eſt apud Gerard. Alliata Prothonot. in conſilio prædictæ cauſæ Comitatus Selaſani, ver. vlterius obſtenditur; itaq; apparet in caſu propoſito per Dominum Ioannem Aloyſium eſſe contentionem, & conflictum inter hos graues viros, in terminis autem quæſtionis noſtræ arbitror, Dominum Ioannem Aloyſium non cõtrarium ſenſiſſe imo pro iſta opinione facere eius dicta, nam ſumus in conceſſione Principis, facta enim hac expreſſa licentia alienandi, & cum clauſula, pro te, & cui vnueris dare, quæ (vt dictum eſt ſupra) eſt qualitas degenerans feudum, & latè ponit preallegatus Ioannes Thomas de Marini titulo 3 t. per totum, quo fit vt non poſſit adaptari conſideratio Ioannis Aloyſij, nec illa Perni ab eodem Ioanne Aloyſio confutata, vt ſcilicet locum habeat facultas in vita alienantis, fruſtraroria enim fuiſſet, & de vento talis licentia, ſtante diſpoſitione capituli volentes, maximè in caſu noſtro tot verbis enixis conceſſa.

In forma ergo à Rege traddita, & ſecundum alia exempla à Cannicio poſita, quæ ſimilia ſunt, non conſidetanit ipſe Cannicius hæc, quę diximus ex intentione domini Ioannis Aloyſij.

Eſt quoq; in caſu noſtro aduertendum, & conſiderandum, nos eſſe in clarioribus terminis, dicitur enim in priuilegio, ita quòd dictus Ioannes, & ſui hęredes, & ſucceſſores, vel ab eis habentes ius, & eam ſam, &c. pondero ergo illa verba, vel ab eis habentes ius, & cauſã, quę non poſſunt intelligi, niſi de ſucceſſore particulari, & extraneo, quia de vniuerſalibus iam dictũ erat per illud verbum, hæredes, & ſucceſſores, & habere ius, & eauſam proprie dicitur ille, qui titulo aliquo ſingulari in feudo ſuccedit, & demum † hęc verba 5 equiparantur illis, & quibus dedetis, vel cui volucris date ex aliquo titulo vẽdictionis, vel alterius contractus, ita in terminis terminantibus, talia verba facere feudum in larga forma, tam & ſi addantur verba, pro te, et hęredibus, legitimè deſcendentibus, quæ alioquin formam ſtrictam facerent, conſuluit notabiliter Bero. conſ. 65. nu. 75. in primo vol. & quòd verba illa parificentur, tradit Crau. conſ. 84. nn. 11. et notabilius idem Crau. conſ. 92. num. 6. et 7. et in forma, pro hęredibus maſculis, et feminis er habẽtibus ius, et eauſam ab eis, Brunus conſ. 39. col. pen. et fin. cũ alijs, de quibus per Roland. in tract. de innẽtario, fol. mihi t49. num. 9. et ponderando tanto magis in caſu noſtro illam alternatinam, vel, quę inret diuerſa eadit, ſecundũ vulgaria, ponderanda etiam ſunt verba, habentes ius et eausã ab eis, et ſic preſupponitur, et Icãnem, et hęredes, et ſucceſſores eius poſſe alienare, et alijs ius tribuere, et preſuppoſita ſuperiori facultate alienandi, nulli dubium eſt, clauſulam ſubſequentem non reſtringere formam ſimpliciter, ſed tantum

modum

modum viuendi tribuere, vt tantùm ab in testato procedat, vel non facta dispositione inter viuos, quod mihi etiã suadet modus loquendi, de quo in priuilegio, dum dicitur, & inde viuant iure francorũ, quasi quòd modus iste tribuatur etiam post habitum ius, & causam, & quòd nolit Princeps alienationem impedire, sed ea concessa, exinde viuatur iure francorum modo supradicto.

In vno tamen casu posset fieri difficultas, si cõsideremus verba Perni dicto cons. 7. col. fin. & penidum vult, clausulam operari restrictionem formæ in casu, quo feudatarius haberet filios, & sit facultas alienandi in casu, quo non haberet, vt sic, singula singulis referantur, maximè vt ipse dicit nu. 8. dum exprimitur in clausula, ita quòd maior, &c. quæ verba eo ipso præsumere faciunt restrictionem formæ, & isto casu solum posset in terminis quæstionis nostræ dubitari, an alienatio, facta per vltimum Baronem, valuerit in præiuditium filiæ primogenitæ relictæ, Petrus autem d. cons. 7. non benè se firmat in hac consideratione, & satis confusè loquitur, ipsum pungit Io. Aloysius, &-D. de Gregorio etiam in locis Preallegatis, & in contrarium est intelligentia clara domini Cannicij, & aliorum, quorum authoritas magna est, ob quod meo iuditio res non est sine magna difficultate, præsertim, quia esset restringere concessionem liberam, factam in priuilegio, & hæc restrictio non videtur conformis intentioni principis, maximè cum intelligentia dictæ clausulæ iuris francorum, secundum præallegatos Doctores, optimè conueniat, & authoritates omnes aliæ, quę allegantur, procedant in clausula pro te, & hæredibus, adiecta clausula sine qualitatibus, & alijs, quæ in casu nostro concurrunt.

Hæc sunt, quæ aliàs me ancipitem fecerunt, & nunc etiam faciunt in præsentis thematis discussione, & ob id monete volui Illustrissimum dominum meum Comitem, vt in sponsalitijs peragendis lento pede, & maturo procederet, ne fortè credens, se in tuto pelago nauigare, in procelloso, & ventis agitato reperiatur; rationes hinc inde sunt, & latius considerari possent authoritates etiam maximæ, & ideo in hijs omnibus inuigilent, & considerent alij, qui ita sicco pede pertransierant, fluminis profunditatem non aduertentes; mihi enim sat etiã difficultates ad notasse, & istos dominos Comites admonuisse, vt si quid in contrarium eorum vo tis euenerit, sciant de quo conqueri debeant.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *IVre, ac meritò dixit Dominus meus propositum punctum magnam in se habere hæsitationem, & propterea cautè in deliberatione procedendum, nam inter nostratres, qualis formæ sit feudum, in cuius concessione adnectuntur verba, ita vt viuant iure francorum, fuit alta quæstio; Iacobus de Pilaia in causa Castaniæ, vbi erat forma, pro te, & hæredibus in perpetuum, ita quòd viuant iure francorum, consuluit, formam dicti strictam, quòd, dicere apud nos, idem est quod ex pacto, & prouidentia, quam opinionem recipi in M.C testatur Blasc. Lanc. in cap. volentes, & Septimus in eod. cap. Petr. de Greg. quæst. 8 par. 1 de cõcess feudi, Simeon Viuicitus in causa feudi Rabungi ni, Ioannes Anselono, & Protbonotarius Alliata in causa Comitatus Sclafani contrarium professi sunt, in qua causa etiam scripsit Bald. Nouell. quod consilium ad pennam vidi; Respondebant adea, quæ adducebantur ex Andrea in cap. omne: filij si de feud. fuer. contr. & in const. constitutionem, procedere in terminis iuris communis feudorum, vbi verbum, hæres, intelligitur de hærede sanguinis, at in Regno nostro per cap. volentes, quo cauetur, feuda posse trãsire in extraneos, aliter dicẽdum, nimirum, illud verbum, hæres, intelligi de quocunque, & propterea arbitrati sunt huiusmodi feudum esse alienabile, hæreditarium, & non pacti, & prouidentiæ, ciusdem sententiæ fuit Blasceus de Sancto Angelo, & ita fuisse iudicatum in causa Vicari per infantem Ioannem, testatur Iacobus Bonãnus in causa Sclafani, Iacobus Chircus in causa Rabũgi ni, Baptista Platamonius in Consilio Furnari, Adam de Asmundo, & Alij, quos recensset Cannet. in cap. volentes, Sed magna fuit asserentes, clausulam illam, iuris francorum non immutare naturam feudi, sed tantum dare modum viuẽdi, vt in quocunque ambularet feudum, ij secundũ ius francorum viuere deberent, quorum sententiam refel lit Cannet. in supracitato loco, concludens, tale feudum dici ex pacto, & prouidentia Principis, cùm virtute illius clausulæ, verbum illud, hæres, restringatur ad signifi-*

significatione m'haeredis sanguinis, de quo Ioseph. Cum in præludijs cap. si aliquem, n. 275. & seq. & Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 49. num. 92. & seq.

2 *Hæc inter nostrates, suppositâ forma pro te, & hæredibus, ita vt viuant iure francorum; sed nec Neapolitani inter se bene conueniunt, Thomas de Marinis in tit. de feud. hæredit n. 30. ait, Afflictum in cap. 1. §. Hoc quoq; 33. de succes. feud. sentire feudum dici pacti. & prouidentiæ, ipse tamen dixit, feudum tale habere naturam mixtam, quod scilicet si hæreditarium, & pacti, & prouidentiæ, qui circumscripto iure fracorum, dixerat hereditarium, etiã si addatur, de tuo corpore legitimè descendentibus, n. 20. & seq. Camillus de Curte in diuers. iuris feudal. §. multoties n. 54. supponens formam quam supposuit Thoma de Marinis, de hæredibus, & successoribus de legitimo matrimonio natis, ita vt viuant &c. Dicit Afflict. in cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis, affirmasse feudã esse ex pacto, & prouidentia, ipse tamen arbitratur, quòd tale feudum sit hæreditarium, pro vt fuit decisum per Sacr. Consil. decis. 240. & 195. teste Afflicto, & nouissimè teste Franco in decis. 387. hanc sententiã maximè roborat Camillus illa ratione, quòd, quando in vno eodemque subiecto duæ concurrũt qualitates, debet illud denominari à potentiori, sed quia in taliforma præualet qualitas hæreditaria, quia impossibile est, quod quis habeat feudum tale, nisi sit hæres, et potest dari casus, quòd habeat alius quàm ex corpore descẽdens, si tenens feudum, de eo testaretur in extraneum cum cõsensu Regis: Ideo putat verissimam conclusionem, quòd vbicunque in concessionibus reperitur hæc clausula, pro hæredibus, semper erit feudum hæreditarium & illud circa ius, & nomen hæredis haberi nõ possit, & capit successor nõ solum gradum, & sanguinem à tenente feudum, sed in omnibus, & per omnia subintrat locum tenentis feudum, vt cum ipso vna, eademq; persona reputetur; ab illa opinione duorum istorum, altero concurrente recedit, primũ, si constaret ex mente concedentis, & accipientis de contrario, secundum, si clausula, pro hæredibus nõ esset apposita in verbis dispositiuis, sed in executiuis, Franc. de Ponte de potest. Progeris, tit. de refut. feudor. §. 10. n. 8. discrimen ponit inter formam, pro te, & primogenitis, & pro te, & hæredibus, cum clausula iuris francorum, in primo casu dicit, feudum ex pacto, in secundo cum qualitate hæreditaria, restrictiũ ad certos, & non omnes hæredes, videlicet, vt solus primogenitus semper succedat, sed vt hæres, vt declarat Isern. cap. omnes filij, Loffred conf 1. n. 147. & Bambacar. d. cap. n. 55. vt quando ait Andreas, posse patrem dare feudum vni ex suis hæredibus, loquatur in feudo hæreditario: quando vero dicit, vbi viuitur iure francorum, quòd non possit dare feudum secundo genito, verba faciat de feudo pacti, & prouidentiæ. Verum Neapolitani, dum habent de feudo hæreditario, idem non intelligunt, quod nos Siculi; illi etenim sentiunt de feudo, quod ad hæredes sanguinis tãtum transire valet de quo Thomas de Marinis in tit. de feud. hæred. qui n. 8. iuniores monet, cauendum esse à Decio, conf. 185. n. 3. & ab alijs volentibus, tunc dici feudum hæreditarie, quando reperiatur concessum alicui pro se, & hæredibus quibuscunque, siue pro se, & omnibus hæredibus; si verò concessum pro se, & hæredibus simpliciter, appellari non hæreditarium, sed ex pacto, in quo, & si in casu Decij, & aliorum, possint multa dici, attamen, quia institutum nostrum in præsenti munere non erit multum ire vagari, ideo omnia missa facimus; Nos verò Siculi, cum habemus de feudo hæreditario, decõcesso intelligimus, quod ex forma inuestiturę potest ad omnes hæredes, & extraneos transire, nam verbum illud, hæres, intelligimus de omni, & quocunque hærede, stante dispositione nostri cap. volentes, Septimus et Alij in d. cap. volentes, adduximus doctissimos viros Neapolitanos, quorum dicta ad rem facere videbantur, dum ijdem disputant, an clausula illa, ita vt viuant iure francorum, mutet naturam feudi, & in hoc à nostra via multum ab errare, non iudicamus.*

3 *Posito pro firma opinione nostratium, quod vbicunque adest clausula iuris francorum, feudum dicatur ex pacto, & prouidentia, nec res consultata carebat difficultate, nam supponitur, quòd in feudi concessione adiecta fuerat clausula de generante naturam feudi, tunc enim poterat attentari contrarium, scilicet, clausulam iuris francorum non restringere formam feudi, quod apertè sentijt Cannet. in supracitato loco n. 73. qui in isto casu putat clausulam illam dare tantum modum viuendi, ne concessio dicatur continere repugnantiam; sed nec in hoc figi poterãt tutò pedes, cùm pas-*

sim à nostratibus circumferatur, & inculcetur illud axioma, quòd quandocumq; & in quibuscumq; formis reperiatur clausula illa iuris francorum, semper dicatur feudum ex pacto, semota hac difficultate, clarissimum esset, quòd ad feudum omnes, & quicunque ad libitum vassalli, etiam extranei admitterentur, vt in concessio cum libera facultate alienãdi dixit Curt. Iun cons. 4 Paris. cons. 23. nu. 40. lib. 1. Natta cons. 159. & cons. 226. Schrader. de feud. par. 7. cap. 3. n. 4. & seq.

4 *Difficultas, quam considerat Dñs meus ex Perno cõs. 7. clausulã scilicet operari restrictionẽ formæ casu, quo feudatarius haberet filios, & facultas alienãdi, in quo nõ haberet, habet similitudinẽ cũ eo, quod dicit Rimin. in cons. 176. & Surd. cons. 462. n. 8. & cons. 475. n. 5. vbi habent, quòd si feudum concedatur pro se, & filijs masculis cum facultate alienandi in quoscumq; quod non operetur facultas illa, si intestatus decesserit vassallus, quia tunc filij, & vocati ex inuestitura habebunt feudum ex pacto.*

EPITOME

Feudum præsumitur, quando vti feudum res possidetur, si consistat maximè in iure percipiendi iura manu propria. Primus acquisitor potest mutare formã, nec exinde contraria recognitio mutat veritatem, quę forma, vt possit induci excõsensu, quorum interest, quomodo procedat, differitur. quòd femina proximior excludatur àmasculo remotiori, stante forma, vocante descendẽtes, quæ interpretari debet de masculis, etsi regulariter contrarium dicendum sit, & quando liceat postergatio discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum præsumitur ex possessione per 30. annos, tamquam feudum, & ex longa denominatione feudi, licet quælibet res libera præsumatur, & allodialis n. 3.*

2 *In feudum an dicatur facta cõcessio annui redditus, si manu propria concedatur perceptio.*

4 *Feudum dicitur formæ strictissimæ, si est pro hæredibus de corpore legitimè descendentibus, cum clausula iuris francorum etsi talis formæ in familia fuit reputatum.*

5 *Forma qualis sit feudi, licet standum sit inuestituræ antiquæ, tamen si per spatium tanti temporis, cuius memoria non sit in contrarium apparet forma mutata, tali mutationi standum est, item etiam procedit quandò de communi consensu quorum interest, discederetur à forma, contra n. 11.*

6 *Forma pro te, & filijs masculis simpliciter, differt ab illa, in qua sit adiecta clausula iuris francorum.*

7 *Formam mutare potest, etiam cum clausula iuris francorum primus acquisitor.*

8 *Forma originalis semper est attendenda, et per recognitionem non mutatur, si aliter apparet de forma.*

9 *Curatoris factum, & concessio non potest adulto preiudicare.*

10 *Primogenitus si semper successit in feudo, an per hoc inducatur modus succedendi necessarius respectu primogenitorum.*

12 *Filiorum marium appellatione veniunt nepotes, & pronepotes in infinitum.*

13 *Fœminæ omnes censentur exclusæ, si vocentur filij, & descendentes mares, ne dum descendentibus masculis, à primo stipite descendentibus, imò eis non existentibus secus quando fœmina non esset excluſa, quia tunc fœmina proximior excluderet marem remotiorem, quicquid dixerit Cannet. in cap. si aliquem, fol. 275. vers. sed trattandum esset.*

14 *Confirmans non videtur aliquid derogare, nec de nouo addere.*

15 *Postergare potest feudatarius etatẽ in successione feudi, data forma absque expressione masculorum, & nulla præsuppositа clausula iuris francorum, & vocatione filiorum, vel descendentium complexiuè, licet non possit postergare sexum, & gradum, & 17. vbi quòd non detur representatio.*

16 *Feu-*

16 *Feudi conceſſio, facta pro filijs, vel deſcendentibus, an intelligatur ſub qualitate hereditaria, vel ſine, hodie in Regno amplius non diſputatur.*

18 *Dos eſt onus legitimum ſuper feudo, vt pro reſtitutione dotis in ſubſidiũ ſit obligatũ.*

CONSIL. VI.

EX longa facti narratione quatuor oriuntur principales difficultates, prima eſt, an ſundacum ciuitatis Drepani ſit Allodium, vel feudum. Secunda cuius formę verè dicatur eſſe. Tertia an Io: Franciſcus ad preſens poſſeſſor, tutus ſit ratione ſucceſſionis aduerſus Angelum. Quarta an vltimus ſucceſſor, tutus ſit aliqua exceptione aduerſus eamdem dominam Angelam. Quantum attinet ad primam difficultatem, multa in effectu eſſent dicenda, quia ex verbis priuilegiorum, mihi exhibitorum, hinc inde plura poſſent conſiderari, vltra ea, quæ aliàs conſiderata fuerunt per præclariſſimos viros, quorum antiquas allegationes vidi, quia tamen, vt ex infra dicendis apparebit, punctus præſentis conſultationis non in natura huius ſundaci conſiſtit, ſed potius in forma, paucis primam hanc
1 difficultatem abſoluam,† quòd etenim ſit feudum, vel tale præſumatur eſſe hodie, mirabiliter ſtringunt plures, & geminatæ aſſertiones, factæ nedum à prædeceſſoribus, verùm etiam ab illo met Ioan. Franciſco poſſeſſore, nam vſque ad hodiernam tempora, feudum reputatum eſt, imò tamquam feudum primogenitorum, & ante ſententiam illam abſolutoriam, latam in anno 1527. & clatius poſt illam, quo fit, vt rectè videatur procedere in terminis noſtris deciſio Andreæ, & omnium feudi ſtarum in cap. 1. de controuer. feud. apud par. termi. quòd feudum eſſe dicatur illud, quod per ſpacium xxx. annorum tamquã feudum eſt poſſeſſum, ſequitur Afflict. in cap. 1. nu. 72. ex quib. cauſ. feud. amiſt. qui etiam voluit feudum omnino præſummi, ſi ita partes confiteantur. Auget difficultatem, quia ſundacum iſtud, nil aliud eſt, niſi ius quoddam exigendi certa iura gabellarum, vel ſimilium, quod cùm ex conceſſione, id manu propria fiat poſſeſſoribus, ſuccedit id, quod latè determinat
2 D. de Gregorio in tract. de conceſſ. feudi par. 2. quæſt. 6. dum † diſputat, an conceſſio, ſeu aſſignatio annui redditus dicatur, vel præſummatur gratia, ſeu conceſſio in feudum, & tandem determinat quòd ſi conceſſio eſt, quòd tura hæc percipiantur manu propria, quòd dicatur conceſſio in feudum, ex quo idem infert in ver. & amplio in conceſſione terragiorum; & iurium gabellarum, & ſimilium, licèt velit aliud eſſe, ſi ex forma priuilegij aliter apparetet, & ſecundum hanc declarationem videtur poſſe reſtringi, & declarari quod tradit Pernus conſ. 30. & conſ. 5. quem refert, & ſequitur idem Gregorius eo tract. prima par. queſt. 1. ver. ego autem, & verè ex tenore priuilegiorum non poteſt cõcludenter inferri qualis fuerit natura iſtius fundaci, imò ex eorum verbis modo in-
3 vnam, modo in alteram partem poſſe fieri conſideratio, nec verè apparet intentionem Regis Martini fuiſſe alterare naturam ipſius, cùm principalis intentio fuerit confirmare ſucceſſionem, quam vxor Antonij de Boſco prætendebatin bonis illius de Peſſaneto, quod in ſimili conſideravit Pernus d. conſ. 3. num. 3. de primordiali autem conceſſione, facta illi de Paſſaneto non apparet, illud que priuilegium, conceſſum Comitiſſe Auguſtę, in quo eſt petitio, vt in feudum fieret conceſſio, nullum habuit effectum, vt patet ex tenore ſubſequentium priuilegiorum in perſonam prędicti Antonij de Boſco. Non apparente ergo prima conceſſione res eſt ſub dubio,
3 † & licet præſumptio ſit pro libertate rei, & quòd non præſumatur conceſſio feudalis, Andreas, & alij in cap. 1. de controuer. inter. maſcul. & fem. Pern. d. conſ. 3. & Gregorius in prealegatis locis, & Alij infiniti in locis vulgaribus; tamen in propoſito, de quo agimus, vltra ea, quæ diximus ex Gregorio d. par. 6. difficultatem facit, quòd ab anno 1453. vſq; ad hodiernã tempora vti feudum eſt poſſeſſum, & ſubinuelticaris, diuerſis temporibus captis & ab iſto met poſſeſſore ita vocatum eſt, & conſeſſum, quo ſit, vt etiam procedat deciſio Andr. & aliorum in cap. imperialem, §. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per. fed. quòd ſaltem in dubio ex modo viuendi in familia, præſumatur vna; vel altera forma feudi, quod etiam ſecundo reaſſumpſit Loſſredus conſ. 11. nu. 22. ver. præterea, de quo infra, non nulla di-

centur; nec ſententia illa abſolutoria, lata in anno 1527. videtur prodeſſe, quia tam etſi de hoc tunc diſputabatur, inter cætera nihilominus, quòd ex hoc capite fuerit lata ſententia, non conſtat: multa enim erant capita, quæ tunc erant in controuerſia ſuper iure actoris, & conuenti, & ideo ex ſententia illa nihil concludenter inferri poteſt; tanto magis quia poſt prædictam ſententiam ſemper, & indifferenter feudum fuit appellatum fundacum, & iure feudali captę fuerunt pleræq; inueſtituræ, vſque ad hodiernatempora ita ſemper exiſtimatum, qua propter, vt in hac prima difficultate ego iudicium meum apetiam, tam etſi non diffitear plura poſſe hinc inde conſiderari, & in diſputationis aciem res deducta, non egeret defenſoribus, nihilominus in eam partem incliuo, vt feudum ſit, & tamquam feudum debeat exiſtimari, alio non apparente, quod in propoſito tanto magis aliter non eſſe diſcutiendum exiſtimo, quia, vt dictum eſt, alia ſunt, quæ pro Io. Franciſco poſſeſſore concurrunt ad victoriam.

4 Agrediamur † ergo ſecundam difficultatem, & dato ſine veri præiuditio, quòd fundacum iſtud ſit feudum, cuius formę ſit videamus, & quidem ſi conſideremus ea, quæ ab anno 1452. vſq; ad hodiernatempora dicta ſunt in inueſtituris, & alijs actis videretur eſſe formæ ſtrictiſſimæ, nempe pro hæredibus, de corpore legitimè deſcendentibus, & cum clauſula iuris francorum, ex quibus videretur eſſe intentio fundata, cùm in domo, & familia illorum dominorum talis formæ fuerit reputatũ tale feudum, per ea, quæ dicunt Andreas, Aluarott. & alij communiter in cap. impetialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. Loffred. d. conſ. 11. nu. 22. ver. Præterea. Affict. in cap. ſatis benè, de prohib. feud. alien. per Lothar. Tiraq. de primogenit. quæſt. 16. in fine, & latius idem Affict. in d. §. præterea ducatus, nu. 9. cum ſeq. Auget difficultatem, quod cũ in dicto anno 1527. fuerit diſputatũ de natura fundaci, & ſimiliter de forma circa ſucceſſionem actoris, qui prætendebat eſſe feudum primogenitorum, tam & ſi ex inde fuerit lata ſententia abſolutoria, ex inde tamen per ſucceſſores reputatum, & habitũ fuit fundacũ ſub tali forma. vrex in finitis actis & inueſtituris apparet, procedere ergo videtur deciſio Cum. conſ. 163. incip. Guar-
5 netius, † vbi voluit, quòd licèt ſtandum ſit inueſtituræ antiquę, tamen, ſi per ſpacium tanti temporis, cuius memoria non ſit in cõtrarium, apparet forma mutata, tali mutationi ſtandum ſit, ſequitur D. Petrus de Greg. tract. de conceſſ. feudi 3. pat. quæſt. 10. ver limito. Vbi etiam idem voluit procedere, quando de communi conſenſu eorum, quorum intereſt, expreſsè diſcedetur à prima forma, pon Paul. de Caſtro conſ. 61. incip. videtur dicendum, & Dec. conſ. 185. in 3. col.

Verùm, illis, & ſimilibus non obſtantibus, ego arbitror, tale feudum nõ eſſe ſub clauſula iuris francorũ, & ob id ego confidero, quòd ex priuilegio illo Regis Martini in anno 1393. non poteſt concludenter argui forma iſtius fundaci, quia in eo datur forma ſub clauſula iuris francorum, quòd ad caſtrum Baydæ, & alia feuda, quò verò ad burgenſatica pro hęredibus, & ſucceſſoribus; imò enm poteſtate alienandi in larga forma, & verè ex illo priuilegio, quod fundacum debeat inter feudalia, vel allodialia connumerari, non poteſt cõcludenter inferri, maximè ſtantibus certis alijs priuilegijs, & actis, per quę apparebat potius de contrario, nec ego ex hijs, quę in eo priuilegio dicuntur, inclinaui, quòd feudum ſit hęc gabella, vt ſupra dictum eſt; ſed dato, quod cogeremur fateri vtrumq; nempe eſſe feudum ex illo priuilegio, & fuiſſe datum ſub clauſula iuris francorum, dico talem formam hodie nõ eſſe attendendam, quia Antonius primus acquiſitor exinde in donatione, facta Heliſabettę filię, formam mutauit, diſponendo poſt mortem eiusdẽ Heliſabettę in perſonã Guglielmi, einſq; filiorum maſculorũ, ſine aliqua alia clauſula, & nulli dubium eſt fuiſſe alteratam formam, & mutatam, † cùm longe diffe-
6 rat forma prote, & filijs maſculis ſimpliciter, ab illa, in qua ſit adiecta clauſula iuris francorum, vt apud omnes præſertim Noſtrates in cap. volentes, & in cap. ſi aliquem, eſt notiſſimũ, & indubitatum. † Simi-
7 liter, quòd ille Antonius primus acquiſitor potuerit formam mutare, & alterare, eſt indubitatũ, cùm ipſe nulla forma ligetur, etiam ſi adiecta ſit clauſula iuris francorũ, ſecundum veram, & indubitatam concluſionem in Regno, de qua latiſſimè D. Cancicius in cap. volentes, fol 79. verſ. quibus explicitis, & latius fol. 125. verſ. at non erit inutile, circa quod fruſtra eſt aliquid aliud adducere, cum in Regno hoc ſit indubitatum.

Cum

Cũ deinde ſucceſſerit caſus mortis Heliſabettæ, & ſucceſſoris in perſonam Guglielmi, ad inſtantiam ipſius fuit obtenta confirmatio prædictæ donationis à Rege Alfonſo in anno 1403. pro ſe, & hæredibus deſuo corpore legitimè deſcendentibus, abſque aliqua clauſula iuris francorum, & licèt in aliquo, vt infra dicetur, videatur variare hæc forma, data in hac confirmatione, ab illa, de qua in donatione, tamen vtraq; in hoc videtur conformis, quia nulla eſt adiecta clauſula, deferens feudũ primogenito, & iure primogenituræ, cũ hoc tantum faciat prædicta forma, & clauſula iuris francorũ, ſiue ergo forma data in hac confirmatione Regia ſimiliſit, vel diſſimiliis ab illa, de qua in donatione, vni, vel alteri ſtandum erit, non obſtantibus aliis in teſtamentis, & actis quæ tali formę aduer
8 ſarentur, nam recognitio aliter † facta veritatem immutare non poteſt, gloſ. eſt notab. quam omnes feudiſtę vbiq; ſequuntur in cap. 1. in fine deſcud. guard. vbi Andr. Bald. Præpoſ. Alouarotti, & alij, & dicebat Bald. in l. vnica col. fin. C. quando non per partes, originalem formam eſſe attendendam, & renouatio ſemper videtur facta ad conſeruationem, & nõ ad derogationem, ſequitur Alex. conſil. 18. lib. 5. Curt. Iunconſ. 1. Dec. conſ. 185. cũ infinitis alijs, de quibus per D. de Gregorio eodẽ tract. de conceſſ. feudi queſt. 10. par. 3. & eſt indubitata etiam iuris concluſio.

Hinc infertur, non obſtante inueſtitura, captas in anno 1453. & 1459. per curatorem illius Iacobi, tum præmiſſa ratione, tum etiam quia in ea expreſsè enuntiatur error, & cauſa erroris, cũ dicatur, ad manus eiuſdem curatoris non peruenuiſſe aliquod priuilegium, ſeu ſcripturam. Apparente ergo priuilegio, & antiqua forma, nulli dubium eſt, illi eſſe ſtandum, prout quoque expreſsè diſponit Capitulũ Regis Alfonſi 456. editum anno 1452. cuius prætextu obtentafuit prædicta inueſtitura à Præſide Regni, cuius etiam poteſtas non erat primam formã alterare, prout in terminis determinat D. Petrus conſ. 3. nu. 3. vbi etiam conſiderat clauſulã, iuribus alterius ſemper ſaluis, quam etiam ad Propoſitum cõſiderat Gregorius d. queſt. 10. par 3. & in prædictis inueſtituris adiecta eſt ta lis clauſula.

Accedat † etiam in propoſito, quòd factum, & cõfeſſio, illius curatoris, adeò non potuit, nec debuit præiudicare, l. certum. §. ſed an ipſos, vbi Doct. de confeſſ. & ita per præmiſſa, & alia determinauit D. Ioan. Aloyſius de Septimo in Allegationibus, olim factis ſuper forma huius ſundaci vbi dicit, ita aliàs fuiſſe concluſum per ſeniores Regni, maximè per Blaſcũ de Sancto Angelo, ſecundum quas allegationes aliàs fuit obtentũ in fauorem tunc poſſeſſoris in præiudicium deſcendentis ex primogenito, qui innitebatur prædictæ clauſulæ iuris francorum in anno 1527.

Ex præmiſſis etiam apparet reſpõſio ad obiecta in contrarium, nam, vt dictum eſt aduerſus omnia, quæ in contrarium erant geſta ante annũ 1527. vltra prædictã extat prędicta ſententia abſolutoria, lata contra primogenitũ, intentem ſuper dicta clauſula, ab eo vero anno citra nõ apparet ſer natum eſſe contrarium, licèt in voce diceretur, feudũ eſſe ſubclauſula prędicta, nam vſque ad tempora Guglielmi Iunioris ſucceſſerunt illi, qui debuerunt, & potuerunt ſuccedere ſine formæ alterationę, & ob id
10 † quartumeũq; ſemper ſucceſſiſſet primogenitus, non ex hoc induci poteſt certus modus & determinatus, ac neceſſarius reſpectu primogenitorũ, per ea, quæ tradunt Doct. præſertim Afflict. in d. cap. præterea ducatus, & in d. cap. ſatis benè; quinimò tempore D. Guglielmi Iunioris ſeruatum eſt contrariũ, & ille vſus eſt poteſtate, ſibi cõceſſa à forma, vt infra dicetur, cũ omiſſa linea ſecundogeniti, feudũ donauit nepoti ex tertiogenito, & licèt, alio non apparente, fundata eſſet intentio eorum, qui alleganrent modum viuẽdum in familia, nihilo minus apparente veritate ſecus eſt, per ea quæ ſupra dicta ſunt, & ita declarant Andreas, Loſſredus, Afflictus, & alij in locis prælegatis.

11 Non † obſtante ſimiliter quæ dicebãtur ex Cum. Caſtren. & Gregorio d. quæſt. 10. quia allegata per eos procedunt quãdo de certa ſcientia eorum, quorum intereſt ſit mutatio formæ, quod in propoſito in facto non apparet, imò qui aſſerebat, feudũ eſſe primogenitorũ, & ſub clauſula iuris francorum, non conſtat ſciuiſſe, & habuiſſe notitiam primæ formæ, de qua dictum eſt, & omnia fundabantur in aſſertionibus, de quibus in inueſtituris, & ob id apparet clariſſimè de errore, qui ſemper etiam præſumitur, apparente veritate, & originali forma, ſecundum prędallegatas veriſſimas deciſiones.

Præſuppoſita ergo forma illa, de qua in op-

donatione, & cõfirmatione Regis Alfonſi in anno 1403. diſcutiẽda eſt tertia difficultas, factum ergo præſupponitur, quòd poſſidente Guglielmo Seniore, præmortuo Coſmo ſecundo genito, relicto Ioanne, & viuo Ioanne Iacobo tertiogenito, in contractu matrimoniali donauit prædictus Guglielmus Io Franciſco, nepoti ex prædicto Io. Iacobo, eodem Io. Iacobo conſentiente, aduerſus quem Io Franciſcum prætendit ſucceſſionem D. Angilæ, filiæ prædicti Ioannis, filij Coſmi ſecundo geniti; retento igitur hoc themate, inſurgit diſcuſſio contra ſucceſſionis D. Angelæ; & quidem ſi præſupponeremus, forma eſſe iure francorum, ſequeretur non valuiſſe donationem, factam per Guglielmum Iuniorem, & poſt ipſius mortem ſucceſſionem ſpectaſſe ad Ioannem, nepotem ex ſecundo genito per diſpoſitionẽ capituli nouiſſimi Regis, & Domini noſtri Philippi in ſucceſſione collateralium, & conſequenter ſucceſſio ſpectaret ad D. Angelam filiam Ioannis, quę in linea patris non habens maſculum concurreret tem, ſine dubio eſſet admittenda, excluſis maſculis alterius lineę, & remotioribus, ſecundum veram, & in dubitatam cõcluſionem in Regno in vera forma iuris francorũ, de qua infra dicetur.

Quibus tamen nõ obſtantibus intermiſſis præſuppoſiti thematis arbitramur, D. Io. Franciſcum eſſe legitimum poſſeſſorẽ, & D. Angelam debere excludi à ſucceſſione prędicta, & primo, ſi inheremus formę illi, de qua in donatione, facta per Anton. primum acquiſitorem poſt mortem Heliſabettę, apparet fuiſſe vocatum Guglielmum, & eius filios mares, legitimos, & naturales, † nulli dubium eſt, appellatione filiorum marium venire nepotes, & pronepotes in infinitũ, Iacob. de Sãcto Georgio in tract. de feudis, in verſ. præſentes, & recipiente, Curt Iun. in eod. tract. 2. parte verſ. circa hanc materiam, & in conſ. 3. & omittendo extraneos, è noſtris latè D. Gregorius de conceſs. feud. par. 6. queſt. 14 verſ. 6. intelligo, & † cum expreſsè vocentur filij, & deſcendentes mares, ſequitur, fęminas omnes eſſe excluſas, ne dum exiſtentibus maſculis, deſcendentibus à primo ſtipite, imò eis non exiſtentibus, vt latè e noſtris poſt. Fulgos. conſil. 272. & alios allegatos, determinat D. Gregorius eadẽ par. 6 qu ſt. 17. & eſt indubitata concluſio, & inhoc non eſt admittenda illa queſtio de proximitate fęminę reſpectu maſculi vlterioris gradus, quia queſtio illa, de qua per D. de Cannicio in cap. ſi aliquę fol. 275. verſ. ſed tractandum eſſet, eſt in terminis, in quibus fęmina nõ eſt excluſa, & ſecundum illos terminos clarum eſt; quicquid dixerit D. Cannicius; veram & indubitatam cõmunem eſſe cõcluſionem in Regno, quòd fęmina proximior præferatur, & iſtis terminis adhuc retentis, notatum ego habeo in meis fragmentis, aliàs me conſuluiſſe in fauorem iſtius D. Angelę in ſucceſſione iſtius feudi gabellæ fundaci, cuius conſilij alia memoria non erat, nec eſt apud me; ſed, vt dixi, tunc præſuppoſita fuit forma, non excluſiua fęminarũ; in forma ergo, vel excluſiua fęminarum, vel in qua tantum maſculi vocentur, nulli dubium eſt ſemper excludi fęminas, imò vt dictum eſt, eas non vocati, etiam deficientibus maſculis, ex Fulg. Gregorio, & alijs, & eſt indubitatum ſaltem pro modo maſculis exiſtentibus ex eodẽ ſtipite, qualis eſt D. Io. Franciſcus, & tempore donationis erit D. Io. Iacobus, eius pater. Nec ad rem facit quòd ipſa D. Angela veniat ex perſona Ioannis patris, quia, etiam ſi Ioannes ſucceſſiſſet eo mortuo, ipſa eſſet excluſa à maſculo remotioris gradus per ſupradicta, & retenta hac forma, ſimiliter non eſſet neceſſarium ingredi adaliam difficultatem poſtergationis, de qua ſtatim dicetur per easdem rationes excluſionis ſęminarum.

Ad hac tamen difficultatem deueniri oportet (vt nihil, quod obſtare poſſit, remaneat indiſcuſſum) quia in confirmatione eiusdem donationis, facta à Rege Alfonſo in anno 1403. videtur forma in aliquo alterari, nam in ea non fit mentio expreſſa de forma, data in donatione, licèt referatur ſub inuoluero tenor donationis in perſonam Guglielmi, ad cuius inſtantiã dicitur fuiſſe ſupplicatum ad maioris cauthelę ſuffragium, vt pro ſe, & heredibus de corpore legitimè deſcendentibus con firmaretur donatio prędicta, & ob id ſub eadem forma fit confirmatio, nulla facta expreſſione maſculorum, ob quod ſi cogeremur fateri, formam eſſe mutatam, & alteratam, ceſſarent quę dicta ſunt, nempe quòd D. Angela non eſſet excluſa à maſculo remotiori, quia in terminis huius ſot mę ſimiliter fęmina eſſet pręferenda, ſecundum veras concluſiones Regni.

Arbitror tamẽ ego inpropoſito per hęc verba in confirmatione, non eſſe formam alte-

alteratam, primò quia licèt forma expreſſa in donatione ſit diuerſa à forma pro ſe, & hæredibus maſculis, tamen non talis eſt diuerſitas, vt vna ſequens non poſſit, vel debeat iuxta primam, & antiquam interpetrari, & intelligi, vt ad ſenſum patet, addendo verbum, maſculis, illi verbo deſcendentibus, quòd autem talis interpretatio, & ſubintellectus fieri debeat, in terminis noſtris ex multis apparet eſſe dicendum, primò, quia in cõfirmatione narratur, ad Guglielmum deueniſſe ſucceſſionem feudi iuxta tenorem, & continentiam donationis, & ſub inde confirmatæ donatio prædicta iuxta ipſius tenorem, & continentiam, quæ verba immediatè ſequuntur poſt illa verba, dicto Guglielmo, ſuiſq; dictis hæredibus, de legitimo corpore deſcendentibus; ſubditur etiam confirmatio eiusdem inſtrumenti donationis, & quorumlibet contentorum in eo, & licet addatur vnum verbum (quo tantum ad prædicta) non videtur tamen hoc adduci, vt recedatur à tenore donationis, alioquin in multis eſſet contrarietas, clarum autem de iure eſt, relatum eſſe in referente cum ſuis qualitatibus, vulgatis iuribus, & ſic perinde eſt, ac ſi confirmatio eſſet pro deſcẽdentibus maſculis, cùm hæc ſit tenor, & forma donationis prædictæ, nec apparet ex verbis, aliam fuiſſe intentionem, tam Regis, quàm illius Guglielmi ſupplicantis, vt ex eis cogamur recedere à ſuprædicta interpretatione.

Secundo, quia expreſsè petitur confirmatio ad maioris cauthelæ ſuffragium, &
14 petitur tantum confirmatio, † qui ergo confirmat non videtur in aliquo velle derogare, nec addere, l. more maiorum, cum ibi traditis per omnes, ff. de iuriſd. om. iud. maximè cùm præſupponamus actum confirmatum de eſſe validum, per ea, quæ ſuprædicta ſunt tam reſpectu poteſtatis primi acquiſitoris; quàm etiam quia tecognitio, & confirmatio ad conſeruationem ſit, non ad derogationem, ex Alex. Cur. Iun. Dec. & Gregorio in locis ſuperius allegatis, & tanto magis, cùm expreſsè in propoſito dicatur ad maioris cauthelę ſuffraginm.

Tertiò, & vltimò difficultatem penitus tollit illa clauſula, adiecta in confirmatione, iuribus alterius ſemper ſaluis, quia ſi ex tenore donationis tãtum maſculi ſunt vocati, & per eum excluſæ ſunt perpetuò fęminæ, ſequitur agi de præiuditio maſculorum, ſi forma alteraretur, & ob id talem alterationem tollit clauſula prædicta, & ſtandum eſt primę, & originali formæ, per ea, quæ ex Pern. conſ. 3. & Gregorio par 3. quæſt. 10. ſupra diximus.

Et ſic ſecundum prædicta apparet ſimiliter Dominum Ioannem Franciſcum eſſe præſetendum, & tutum eſſe aduerſus prętenſionem D. Angelę.

15 Sed adhuc† data forma ſimplici, vocante deſcendentes abſque expreſſione maſculorum, & nulla præſuppoſita clauſula iuris ſtancorum, dicimus Dominum Ioannem Franciſcum eſſe potiorem in ſucceſſione, ſtante donatione ſibi facta per Guglielmum Iuniorem, quia in terminis eiuſdem formę licitè potuit idem Guglielmus Iuniot pollergare nepotem Ioannem ex ſecundo genito, & donare nepoti ex tertio genito, præſertim cum conſenſu tertio geniti, quia ex vi illius formæ omnes deſcendentes vocantur, quia comprehenſi ex verbis, & mente, & in vnum magis quàm in alterum facta alienatio, ſeu teſtatio dicitur fieti ex poteſtate à primo diſponente conceſſa, imò dicitur facta ab eodem primo, per ea, quæ traduntur in l. vnum ex familia, in principio ff. de leg. 2. Anch. conſ. 132. Rom. conſ. 34. Alex. conſ. 55. vol. 4. quod fuit motiuum eiusdẽ Domini Ioannis Aloyſij de Septimo in eadem cauſa, licèt tunc non diſputabatur inter easdem partes, de quibus hodie, quibus ego addo ea, quæ Doctores noſtri paſſim tradunt in materia pollergationis, nam, retenta forma complexiuè vocante filios, vel deſcendentes, indubitata eſt in Regno concluſio, poſſe poſtergari eratem licet non ſextum, & gradum, Andreas in cap. omnes filij, ſi de feud. ſuer. contr. & in cap. 1. An agnatus, vbi cæteri communiter in cap. primo, §. huius genetis, ex quibus cau. feud. ammict. & in cap. 1. §. ſi libellus, de alien. feud. pat. tradunt communiter in l. quòd dicitur, ff. de verb. oblig.
16 † & in Regno hodie ceſſant difficultates, ſiue teneamus opinionem, conceſſionem intelligi de filijs, vel deſcendentibus ſub qualitate hæreditatis, vel ſine, pro vt teſtatur Blaſcus in cap. volentes, in ſecundo notab. in ſeptima limitatione, & Io. Aloyſius de Septimo in eodem cap. volentes, in declaratione formæ, pro ſe, & hæredibus de corpore, ver. ſed pulchra dubitatio eſt, Petrus conſ. 12. & conſ. 4. D. Gregorio in 6. par. quæſt. 10. de conceſſ. feudi, & eo tract.

tratt.d.quæſt. 10. ver. 5. effectus, & alibi ſæpe.

Quin imò, ſi tempore donationis factæ Io.Franciſco fuiſſet Coſma genitus, po-
17 tuiſſet dici, valuiſſe donationem, † nam licèr in Regno ſimiliter clara ſit cõcluſio, poſtergationem permicti reſpectu ætatis, non autem reſpectu gradus, vt notabiliter voluit Pernus d.conſ. 12. quem refert, & ſequitur D. de Gregorio d quæſt. 10. par. 6. poſt principium, & omnes etiam noſtrates ita preſupponunt, tamen, cùm donatio facta fuerit pronepoti ex tertio genito, cum expreſſo conſenſu eiuſdem tertio geniti, videtur reſtatio potius eſſe facta ab eodem tertio genito, cui, cùm potuiſſet omiſſo coſma, ſecundo genito, fieri reſtatio, per ea, quæ ſupra dicta ſunt, ita ſi ipſe conſentiat, videtur potuiſſe fieri eius filio, per ea, quæ tradunt doct. præſertim Andreas in cap. 1. §. ſi libellum, de alien. feud pat. ar, in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. in ea quæſt. an reſtatio poſſit fieri in remotiorem de cõſenſu proximioris, quicquid tũ ſit de hac quæſtione, eũſit facta poſt mortem Coſmæ, quo tempore erat ex eo natus Ioannes, qui reſpectu Io: Franciſci erat in eodem gradu, licet deſcendetet ex ſecundo genito, & iſte ex tertio genito, & termini ſint pares, ſecundũ ea, quæ ex preallegatis Doctoribus colliguntur, res eſt ſine aliqua difficultate, nã intrandum non eſt adqueſtionem illam repreſentationis, quia illa eſſet diſcutienda in caſũ ſucceſſionis ab inteſtato, non data poteſtate alienandi, & poſtergandi, nam attenta forma, ſufficit donationem eſſe factam vni, qui reſpectu alterius, qui tunc vinus erat, non diceretur in gradu remotior, alioquin nunquam procedetet quòd in materia poſtergationis dicunt Doctores, poſſe eligi de pluribus neporibus vnum, ſi daretur repreſentatio, vel oporterer reſtrigere ad plures nepores ex vno filio, qui tamen eſſet magna reſtrictio, & non conformis intentioni Doctorum. Nec meo iudicio in hoc ad alia eſt intrandum, cùm ad cauthelam hæc diſcuſſa ſint præſuppoſitis hijs, quæ ſuperius diximus de excluſione ſeminarum, attenta primogenitali forma, & hæc quò ad tertiam difficultatem.

Poſtremo quãtum attinet ad quartam, & vltimam, paucis res expẽdienda eſt, nã ex hijs, quæ in facto præſupponuntur, ſuper feudo ſoluendæ etiam dotes cum dotario Dominæ Petronillæ vxori, de quarum dotium, & dotarij ſumma dotaræ, & donatæ fuerunt eidem 10. Franciſco vnc. 700. pro ſumma igitur iſta licita eſt retentio feudi in omni caſu quo ſucceſſio
18 deficeret, & premiſſa ceſſarent † cum caſu reſtitutionis dotis non excludatur à quacumque forma feudi, & veluti onus legitimum reputetur, ſecundum veras, & approbatas cõcluſiones Doctorũ omnium in Authen. Res quæ C.com.deleg & in l. filius familias, §. dini, ff. de leg. 1. & ita dunt noſtrates communiter in cap. volentes quicquid dixerit D. Cannicius fol. 89. qui etiam hanc eſſe communem, & receptam ſententiam aſſerit in Regno, eſt verũ quod ſuper feudo dotis reſtitutio non fit niſi ſubſidium, tum ex diſpoſitione iuris communis, pro vt in bonis ãdei commiſſo ſubiect. 9, tum etiam ex diſpoſitione capitulorum Regni, & in Regno pariter eſt indubitata concluſio.

Ita ergo exceptione ſecũndum ea, quæ dicta ſunt, poterit vti D. Io. Franciſcus licèt ſibi admodũ nõ ſit neceſſaria, per ea quæ diximus in diſcuſſione tertiæ difficultatis, & ita in præmiſſis arbitror de iure reſpõdendum eſſe præſuppoſitis hijs, quæ in facto præſupponuntur, & ſaluo ſemper, &c.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *ET ſiquælibet res præſumetur libera, & per conſequens allodialis & non feudalis Iaſon in l. ſi priui, ff. nou. oper. nunt. nu. 41. Anton. Gabriel. lib 3 concluſ. rub. de feudis, concluſ. 3. nu. 1. vbi de cõmuni, attamen contrarijs preſumptionibus, & coniecturis poteſt argui rem fuiſſe in feudũ conceſſam, & vti feudalem poſſeſſã, Surd. conſ. 311. & conſ. 135. & conſ. 151. quòd præſumatur feudum exconfeſſione vaſſalli, Surd. conſ. 181. & conſ. 423 nu. 4. Peregrin. conſ. 24. nu 2. Menoch. conſ. 745. num. 11. Regius Conſiliarius Don Garſias Maſtrillus deciſ. 105. 12. & ſeq ſi tamquã feudalis in priuilegio, & ſcriptura exprimatur, Zuccard. conſ. 5. num. 13 ex narratiua Principis, vel anteceſſoris, Zuccard. conſ. 71. nu. 47. Mandell. conſ. 382 nu. 6. ex inueſtiturarũ, & poſſeſſione, Burſat conſ. 129. nu. 96. ex aſſertione, & diſpoſitione, facta per teſtatorẽ, ex libro Cancellariæ, Lancellott Gallia conſ. 99. nu. 73. Cefal. conſ. 238. num. 41. ex recognitione*

in feu-

in feudum, Surd. conſ. 135. n. 21. Flam. Rub. conſ. 20. nu. 106. Mandell. conſ. 382. nu. 46. conſ. 508. nu. 10. conſ. 511. n. 4. & conſ 649. ſed facta per errorem non noceret, Miſinger. conſ. 100. num. 15. par. 1. Blaſ. de Sancto Angelo in cauſa Auguſtæ, ex recognitionibus, & præſtationibus per 30. ann. Mandel. d. conſ 649. ſi longo tẽpore fuerit poſſeſſa vti feudalis, Rimin. conſ. 238. num. 43. Beretta conſ. 9. n. 28. ſi in ea exerceretur iuriſdictio, Raud. conſ. 26. num. 192. lib. 1. ex ſolutione Adoæ, Fab. de Ann. conſ. 127. n. 12. ex orndi-tione cũ aſſenſu, conſ. 129. n. 15. vbi n. 16. venit ad particulare Domini mei, quãdo exigitur gabella, ſiuè pedagium manu propria.

Hieronymus Fimia in eadem cauſa conſuluit, quòd fundacum Ripa fuerat conceſſum in feudum.

2 *Quòd primus acquiſitor, poſſit mutare formam, hoc eſt, quòd ea nõ ligetur, ſed poſſit de feudo ad libitum diſponere; patruum noſtrorum temporibus fuit altè diſputatũ, & valde altercatum, latiſſimè vgit de puncto Ferdinandus Boniornus Siculorum eruditiſſimus, ac doctiſſimus iuriſconſultus in cauſa Caſtrileonis, vbi quindecim fundamentis opinionem negatiuam defendit; contrarium tamen tuetur, quòd primus acquiſitor feudi cum clauſula iuris francorum poſſit facere plures gradus ſubſtitutionis, & excludere fœmmas proximiores, & vocare maſculos remotiores, & licet Ioan. Aloyſ. de Septimo, & Blaſcus Lancea in cauſa Pittinei contrarium tenuerint, attamen in conſilio Coronæ Aragoniæ ſuccumbuere; duabus concluſionibus id fundare intendit, prima nimirũ, quia primus acquiſitor poteſt alienare feudum ſub quacumq; forma, etiã cũ clauſula iuris francorum, accedente domini aſſenſu, quod in Regno noſtro idẽ operatur cap. volentes, de quo textum eſſe à contrario ſenſu ait, in cap. 1. de ſucceſſ. feud. pater. vt tenet gloſ. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feudi, ſequitur Bald. & alibi Angel. in cap. 1. §. & ſi libellum, de alien. feud. pat. & in cap. 1. col. 3. de nat. ſucc feud. & in cap. 1. An agnat. & in conſt. conſtitutionem, & in ea. Titius verſ. quid ſi Titius, ſi de feud. fuer. contro. Bald. & Præpoſit. in cap. Imperialẽ, de probib. feud. alien. per Federic. quam concluſionem neminem habere contradictorem aſſerit, & latius eam diſputaſſe in cauſa Spaccafurni in 3. quæſt. commemorat, idem fateri dicit Blaſcus Lancea in cap. volentes 2. not. ab. & Aloyſius de Septimo, licet patrocinatus fuerit contra fideicõmiſſum. Secunda concluſio Boniorni fuit, quòd diſpoſitio cap. volentes non ſolum loquatur de prima alienatione, in quo articulo Noſtrates omnes in vnam, eademq; ſententiam iuerunt, ſed quòd valeat primus acquiſitor facere plures gradus ſubſtitutionis contra formã feudi, hoc latius probauit Boniornus in cauſa Spaccafurni.*

3 *De hac quæſtione amplius non dubitatur in Regno noſtro, nec vidi de ea diſputari temporibus meis, nec Domini mei, vt ipſe in alijs locis aſſerit, & poteſt primus acquiſitor de feudo ſub quacumq; forma ei conceſſo diſponere libere, & quemadmodum omnes ſuos filios eo priuari, ita inter eos plures ſubſtitutiones ordinare, vnũ tamen fuit diſcuſſum in cauſa Meliæ, & Arinellæ, quæ incepit temporibus Domini mei, & terminata fuit temporibus meis, in qua ego tuebar partes Franciſcæ Ferrerio conuenire, an ſcilicet cõmunis iſta & indubitata concluſio recepta in Regno procederet in eo, qui non rei, & feudi dicebatur acquiſitor, ſed tantum forma, in caſu etenim Meliæ quidam Simon de Caluellis tenens dictum feudum auitum & paternum, ſed de eo nullam habens inueſtituram, & priuilegium, petijt à Rege, vt illud retinere poſſet ſub forma cap. Regis Alfonſi, nu. 456. vbi confirmãtur feuda poſſeſſoribus iuxta forma eorum priuilegiorum, & contractuum & non habentibus priuilegia, & contractus, pro ſe, & eorum hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ita tamen quòd viuant iure francorum, quod ad Regni poſtulationem fuit ab Imperator Carlo Quinto confirmatũ, cap. 246. qua forma ſtante fœmina ſtrictior, & proximior non excludebatur à maſculo remotiori, iuxta opinionem receptam in Regno, de qua inferius non nulla dicemus, Simon tamen reſtrinxit iſtam formã, & plures gradus ſubſtitutionis fecit, & omnes fœminas excluſit ſtantibus maſculis imò proprias filias, relinquẽdo feudum nepotibus ex fratre, fuit dubitatum in iſto caſu non procedere ſupra poſitam receptam eõ concluſionem quòd ſcilicet Simon tanquã primus acquiſitor, potuiſſet reſtringere formam, eo quia ille nõ poterat dici primus acquiſitor feudi eum illud penes eum peruenieſſet ex ſuis anteceſſoribus, imò nec dici poterat acquiſitor formæ, cum Rex Alfonſus non contemplatione dicti Ioannis ſed totius Regni, & per legem generalem conceſſerit formam illam omnibus poſſeſſoribus feudorum, nõ habentibus priuilegia, & contractus, cum igitur*

acquisitor primus non fuisset Simon, dicebatur ligari illa forma, & in præiudicium feminarum, quibus iustè erat quæsitū, non potuisse vocare masculos remotiores, quo nō obstante in illa causa succubui, & tentum fuit, procedere in isto casu receptam in Regno opinionem, primum acquisitorem non ligari forma.

4 *Consuetudo, vel mos succedendi inter descendentes de familia, quod valeat induci, supposuit Andreas in l. Imperialem, §. præterea ducatus, num. 37. quærens ibi quo pacto probetur, quòd viuitur iure francorum, ait primo quòd debet attendi, si illi de domo illa sunt in quasi possessione sic viuendi. quod si licet primogeniti successerint, sed quòd possit hoc induci cōtra formam, & inueniturā primeuam, vel contra naturam feudorū, ex multis probat Liparul. ad adict. Andreæ, in verbo, de domo, vbi ait probari, propterea quod dixerat Andreas, quod una familia possit inducere, quòd succedat primo genitus, Andream sequitur, & refert Cum. in cap. si aliquem, verbo antiquis, nu. 128. Milan decis. 1. nu. 131. Intrigl. de feud. art. 2. nu. 243. & tria requirit vt concurrant num. 257. in hoc articulo Vldaric. Zasius de feudis par. 8. nu. 52. loquens de admittenda famina, quæ aliàs non succederet ex natura feudi, distinguit, aut loquimur de feudo, quod ipsa familia conferre habet, tunc si est paternum, natura feudi per consuetudinem mutari, nisi consentientibus agnatis, non potest: si verò feudum nouum erit, potest, si verò loquimur de feudo, quod ab aliis cōfertur alicui ex familia, & tunc nulla potest introduci cōsuetudo, quæ domino feudi præiudicet, videtur sequi Zasium Thom. de Marin. tit. de feud famil. mat. nu. 29. Curt. Iun. de feud par. 3 nu 10. quærens, an una familia possit introducere, vt famina admittatur in feudo, relatis contrarijs, quæstionem voluit determinare, remittens se ad Bart. in cons. 71. & Aresin. cons. 167. Rosental. de feudis, cap. 7. conclus. 43. num. 17. tenet, vnam familiam posse in feudo præscribere, quòd certo modo succedatur, modo dominus eam tolleret, etiam quòd familia iurisdictionem non habeat, Intriogl. de feudis Cent. 1. quæst. 28. nu. 53. quòd non valeāt nō consentiente domino, Sebrader. de feudis par. 7. cap. 4. nu. 54. sed Bologhett. in l omnes populiff. de iust. & iur. num. 57. & seq. asserit, familiam carentem iurisdictione, non posse introducere modum successionis per viam consuetudinis, & statuti. sed per viā pacti, & conuentionis, Valent. Fusterus de succession. ab intest lib. 4. cap. 23. n. 56. qui cap. 24. nu. 24. quæstionem ex professo proponit nunquid una familia carens iurisdictione valeat introducere consuetudinem in successione, qui relatis opinionibus, tandem ipse arbitratur, priuatas familias, quæ omni carent iurisdictione, nō posse statuere leges & conditiones succedendi, nisi à Principe confirmentur, Herman Vult. de feud. lib. 2. cap. 9. ante nu 49.*

5 *Feudum concessum sub forma, pro te, hæredibus, & successoribus tuis, de suo corpore legitimè descendentibus, nos Siculi dicimus feudum pacti, & prouidentiæ, quod sentijt Andreas in cap. 1. §. præterea ducatus, de prohib feud. alien. per Federic. Gugliel. de Perno cons. 7. Ioan. Aloys. de Sept. & omnes in rep. cap. volentes, idem Septimus in causa Alcami Affitti. in cap. 1. an agnatus, Peris. cons. 65. vol. 3. Soccin. Iun. cons. 42 nu. 8. vol. 3. Milanes decis. 9. lib. 1 nu. 153. Thomas de Marin. in tit. de feud. hæredit nu. 20. tenet tale feudum non esse pacti, & prouidentiæ, sed hæreditarium. Neapolitani hoc idem sentiunt quotiescumque in inuestitura sit dictum de hæredibus, & licet ipsa feudum hæreditarium dicant, etiam ex pacto, & prouidentia, quatenus ex prouidentia, & pacto concedentis, & recipientis ad agnatum, vel ad filium hæredem deferatur, nihilominus putant, quòd in isto feudo agnatus debeat esse hæres vltimi morientis, iustusq; factum noceat successori, neque possit renocare feudum hæreditarium alienatū prout posset feudum ex pacto, & prouidentia alienatum, etiam cum consensu domini post mortem alienantis, declarat hoc Franc. Antonius Villan. in resp. impresse post cap. volentes Cannet. nu. 27. quod tetigimus in Annotatione supra ad quintū consilium.*

6 *Nos verò dicimus pacti, & prouidentiæ, adeo vt in præuiditium agnatorum vocatorum ex inuestitura non possit alienari, neq; factum prædecessoris nocere possit successoribus Vocamus hanc formam missam, hoc est quod quatenus vocantur hæredes sit hæreditarium, quatenus verò de corpore pacti, & prouidentiæ, sed quemadmodū Neapolitani vt annotauit Camill. de Curte in Diuers. feud §. multoties, nu. 54. denominant feudū à potentiori qualitate, quam dicunt esse hæreditariam, nos à contrario, feudum appellamus pacti, & prouidētiæ ab adiunctis quæ faciunt feudum non simpliciter hæreditarium, et si cut illi requirunt, vt capiens feu-*

dum

dum ſit hæres vltimi morientis, nos dicimus ſufficere eſſe primi inueſtiti, ſi procapiente nõ deficit, quin ſit hæres, pari ratione, vt illi, non ſufficere inuentarium ad reiuẽdic. an dum feudum, aiunt, nos affirmamus ſufficere, & nõ procedere textam in l. eũ à matre C. de reiuendic. contendimus. Hæc etſi patruum noſtrorũ temporibus fuiſſent dubia & in diſputationis arenam ſepius deducta, attamen hodie ſilent diſputationes, & pro veritate ipſa habentur, Milaniſ deciſ. 7 nu. 1. & ſeq. lib. 1. & deciſ 7 nu. 38 lib. 2 de iure communi feudorũ poſſunt videri Sur. conſ. 353 nu. 52. conſ. 305 num. 7 conſil. 382. nu. 29. & conſ. 427. nu. 24. Pancir. conſil. 104. nu. 9. Burſat. conſ. 3. nu. 13. & conſ. 31. nu. 21. Peregrin. conſ. 6. num. 15. Bonif. Roger. conſ. 56. nu. 26. Berrecta conſ 82. nu. 13. qui de materia agunt diffuſè. Dominus meus infra conſ. 9. num. 28. ſed de his iuſ culent. in annot. ad conſ. 9.

7 *In iſta tamen forma, quam nos ditimus pacti, & prouidentia, licet feudum non poſſit alienari in præiudicium ſucceſſorum, attamen poteſt relinqui vni ex vocatis, & comprehenſis in inueſtitura, ex doctrina Andreæ in cap. omnes filij, & ibi Afflict. ſi de feud fuer. contr. Gugliel de Perno conſ. 13. & conſ. 4. argumento text in l. vnum ex familia, in princ. §. 2 ff. de leg. 2. quod nos dicimus poſtergare, quæ quidem poſtergatio an licita fuerit reſpectu gradus, & ſexus, fuit diſputatum inter Noſtrates, quòd non concedatur reſpectu gradus, & ſexus, hoc eſt, quod non liceat relinquere feudũ remotiori, & fœminæ, exiſtente maſculo, tuetur Ant. Cannet. in cauſa Pantellariæ.*

Indubitata tamen in Regno eſt cõcluſio,
8 *quòd ætas tantum poteſt poſtergari, vt feudum ſcilicet poſſit dari ſecundogenito, poſtergato primo, quod non liceret, ſi adeſſet clauſula iuriſfrancorum, Ferd. n. Boniornus in cauſa Caliſani, Ioan. Aloyſ de Sept. in cap. volẽtes, dum agit de forma ſupradicta, Bernardus de Medico, dictus Saecuraſa, & deciſum fuit in cauſa feudi Gruttarli, vt teſtantur Iudices in eorum iuſtificationibus, quæ cum votis in cauſis feudalibus ſolent tranſmitti ad ſupremum conſilium Italiæ. Blaſc. Lancea in cauſa Comitatus Caltabilotæ, ſtante huiuſmodi forma videtur ſentire, quòd licita ſit poſtergatio ætatis, & ſexus quod dicitur de clauſula iuriſfrancorum, quod tunc neceſſariè feudũ tranſeat ad primogenitos, & non liceat tunc relinquere feudum ſecundogenito, idem cenſuit dicendum Petrus de Oriolis in cauſa Comitatus Goliſani in clauſula ſubintellecta, prout dicit de Comitatu, qui, habere talem clauſulã iuriſfrancorum, inſertam ex natura feudi, arbitratur Regius Conſiliarius D. Garſias Maſtrillus deciſ. 72. nu. 34.*

Quod habet hic Dominus meus de donatione feudi, facta remotiori in gradu, conſentiente proximiori, ex Bald. in cap. 1. col. penul. verſ. ſequitur, de alien feud. tuetur Boniornus in cauſa Bucceberi, Ramundetta in cauſa Caſalis Petræ; & ſi eſſemus in feudo primogenitorum valeret donatio feudi ſecundogenito conſentiente primo, Iacob. de Belviſ. & Afflict. in cap. 3. §. præterea, quib. mod. feud amitt. Andr. in cap. 5. §. & ſi libellum in principio de alien feud pat. ſed quod poſſit feudum ſub forma miſta relinqui remotiori agnato in præiudicium proximioris, conſuluit Surd. conſil. 63. num. 8. Riminal. conſ. 17. nu. 26 lib. 2. ſed in Regno nõ poſſe fieri, teſtantur Noſtrates, vt ſupra dictũ eſt, de articulo latius Dominus meus in conſ. 8 & conſ. 9. num. 28. vbi nu. 29. ait, ſtante clauſula iuriſfrancorum, quod non poſſit fieri poſtergatio.

EPITOME.

Obtinens formam vigore ca. Regni Regis Alfonſi 456. non dicitur primus acquiſitor, vt in eo procedere poſſit cõcluſio in Regno recepta, quòd ſcilicet forma non ligetur, neque penes eum feudum dici poteſt nouum, & ideo noua forma ſuccedendi in feudo minime dare poteſt in præiudium vocatorum, & ſuccedentium ab inteſtato, ex diſpoſitione cap. ſi aliquem, & ſic maſculos remotiores nõ valet admittere excludendo fœminas aſtrictiones.

SVMMARIVM.

1 *Forma feudi, pro ſe, & hæredibus, cum clauſula iuriſfrancorum non excludit fœminas,*

nas, nisi in eodem gradu esset prærogatiua sexus, contra Cannic.

2 Feudum nouiter nõ dicitur factum per confirmationẽ, quam facit Rex Alfonsus in cap. 456. dando illam nouam formam feudis, quando de alia non apparet, prout, & hæredibus de suo corpore descendentibus, ita quod viuatur iure francorũ, sed remanet antiquum, ad hoc obtinens talem confirmationem iuxta cap. non dicatur primus acquisitor, vt possit de feudo ad libitum disponere, & restringere formam ad masculos tantum, excludendo fœminas, vbi doctissimè respondetur ad contraria, & nu 5. & nu. 6.

3 Doctori, nõ discutienti punctum, sed illum per transennam dicenti, non est credẽdũ.

4 Feudum nouum quòd faciant conuentiones nouæ, & forma nouæ, & noua qualitas, procedit quãdo fumus inclarisi, quod tam vassallus quàm Rex voluerat noua pacta apponere, tunc enim procedit illa ratio, quod videtur Baro in manibus Regis restituere, & inde de nouo inuestiri.

5 Clausula iurisfrancorum, facit citius feudum ad Curiam deuenire.

6 Princeps legem cõdendo potest præiudicare dominium auferendo.

7 Testamentum non præsumitur imò contrarium, successio ab intestato, nec iuuat in hoctemporis antiquitas, quia esset necesse præsumere subsistantiam testamenti.

8 Iusfrancorum habet locum in successione feudi ab intestato.

9 Forma iurisfrancorum tacitè inest in feudorum successione ab intestato, & dato quòd vassallus, primus acquisitor confessione disponere, tamen non facta dispositione statur formæ, tacitè introductæ à lege, & an tãc successor ab intestato in feudo possit ex testamento aliud in contrarium statuere.

10 Formam nouam tradere non potest primus acquisitor, licet ex licentia cap. volentes, possit alienare feudum, & si in prima forma non erant inclusæ fœminæ, non potest ipse eas excludere, quia aliud est posse alienare, aliud autem nouã formam tradere, quia nouam formam tradere, non competit nisi Regi, nu. 11. & 12.

11 Feudo acquisito sub clausula iurisfrancorum, an possit per primum acquisitorem dari noua forma succedendi, excludendo fœminas, vbi facit differẽtiã respectu alie nationis inter primum acquisitorem, & respectu rei, & formę, & respectu rei tantum, n. 12.

12 Formam an possit restringere primus acquisitor non rei, sed ipsius formæ, excludendo fœminas proximiores, & vocando masculos remotiores.

13 In feudo antiquo, ad quod admittuntur fœminę nõ potest alterari forma excludendo illas, & si concedatur posse tergatio, hoc est respectu ætatis, non gradus, & quid si ita fuit obseruatum in familia, an censeatur mutata forma ob talem consuetudinem, in familiam introductam, nu. 14.

15 Dominium debet præcedere fideicõmissarius, agens reuendicatione, & si hoc non probat, quantumcumq; reus dicatur non habere ius, nihilominus potest excipere, quòd dominus nõ est actoris, sed alterius, & in hoc dicitur allegare ius tertij, ipso iure excludens, & de intellectu consil. Gozad. 4. & Rimin. Iun. consi. 476. num. 65. vide nu. 16. & n. 17.

16 In reuẽdicatione potest refricari quæstio dominij, etiã si reus habeat causã abactore.

18 Inuestitura ex testibus receptis parte incitata, non probatur quis esse de descendẽtibus, & filijs.

19 De descendentibus aliquè esse, quomodo probẽtur, an per testes parte incitata, & de auditu.

20 Dotis causa, vt possit bona fideicõmisso subiecta, & feuda alienare, vt sit legitima, debet esse in subsidium, & si omnia bona erant vinculata, tunc quælibet res alienata dicitur in subsidium, & non dicuntur esse alia bona.

21 Dotis non numeratæ exceptio competit, non obstante confessione iurata, imò stante renuntiatione exceptionis, non numeratæ dotis, confessio præsumitur simulata.

22 Confessio quando est verisimilis, & inuatur adminiculis præiudicat etiam tertio.

CONSIL. VII.

IN causa Baroniarum Melię, & Arinellęgo in primis dicebã, quod primus acquisitor vtriusque Baronię fuerat Ioannes ille senior, & Meliã habuit in anno 1338. ex adiudicatione sibi facta à manibus cuiusdam de Maletta pro vt dicitur in priuilegio, seu confirmatione, facta Simoni, in anno 1453. post quem

quem Ioãnem ſucceſſerunt pleriq; vocati in eodem priuilegio, & tandem Simon, qui iurans non habere priuilegium, obtinuit confirmationem iuxta formam capituli Regis Alfonſi 456. pro ſe, & heredibus de corpore, cum clauſula iuris francorum, † ſecundum quam formam clarum
1 eſt non excludi feminas, niſi in caſu, ſi in eodem gradu eſſet prerogatiua ſexus, Bal. conſ. 275. in 2. Tiraq. de primogen. queſt. 10. nu. 25. Pariſ. conſ. 21. vol. 1. Andr. & alij in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hered. & in Regno eſt expeditiſſimum, ſecundum receptã opinionem in cap. ſi aliquem, quicquid dixerit Cãnicius in eodem cap. ſi aliquem, fol. 275. & quicquid etiam ſit hodie de iure nouiſſimo capitulorum Regni, de quo hodie non eſt facienda aliqua diſceptatio.

2 Dicebam † inſuper, quòd quatenus Simon ille vinculauit, teſtringendo ad maſculos, excludendo feminas, non potuit, quia ipſe non poterat dici primus acquiſitor, vt ſic potuiſſet formam teſtringere, quia primus acquiſitor fuit ille Ioannes, & ante Simonem plures alij fuerunt, in tantum, quod verè dicebatur in tali domo feudum antiquum fuiſſe, & quantumcumq; in forma hereditaria, tamen quantum ad poteſtatem alienandi, ſubſequuta confirmatione, cum clauſula iuris francorum, non poterat dici primus acquiſitor, allegaui Anton. Mandellum, Io Aloyſ. de Septimo, & eos allegantem, & ſequentem Cannicium in cap. volentes, fol. 83. & rurſus fol. 116. quibus in locis ad partes arguit, & punctum diſcutit, quicquid dixerit Blaſcus de Sancto Angelo, & Blaſcus Lancea in eodem cap. volentes in 5. quæſtione, nam ille Blaſcus dixit conſulendo, ſic quaſi per tranſennam, non diſcutiendo punctum, & ob id quoque D. Boniornus in Apoſtillis ad capitulum Alfonſi 456. ſimpliciter allegat D. Blaſcum, & ſe remittit ad tradita per eum in cauſa Siculianę, cuius allegationes ego vidi, & nihil tractat de hoc, et
3 Doctor, † qui non diſcutit punctum, non eſt habendus in conſideratione, Abb. in cap. bone, de tranſl. prælat. cum conſ. 101. Soce. Iun. conſ. 1. col. pen. vol. 1. D. Cannicius in cap. volentes, fol. 129. num. 55. et fol. 232. num. 77. pariter non eſt magni faciendum dictum Ioãnis Anſalone in cauſa Naffitię, et eiusdem Cannicij in cauſa Marchionis Militelli, nam illis in cauſis fuerunt alij non minoris autoritatis in Regno, qui contrarium dixerunt, vt contigit in cauſis arduis, in quibus hinc inde ſũt Doctores, et Aduocati præſtantiores Regni, & ipſe met Cannicius contrarium dixit in cauſa Spaccaſurni, vt teſtatur ipſe in d. cap. volentes, & in cauſa Veric, & cauſa Criſtię in eo puncto, an in refutatione attendatur tempus mortis: quinimò in iſto puncto ipſe in cauſa Paſſaniti tenuit contrarium cõſulendo, & nihilominus ſtãdum eſt ſuę opinioni hodie in lecturis, cum verè diſcutiat punctum; & poſſem ego allegare pleroſque DD. tunc magni nominis, qui in cauſa Paſſaniti idem ſubſtinuerunt, allegando pro Barone, quod illa D. Catherina Beatrix non fuerit prima acquiſitrix, quantumcumque eodem modo obtinuiſſet confirmationem ſtante capitulo Regis Alfonſi. quinimo obtinuerat ius luendi à Cutia ob rebellionem illius quondam de
4 Campulo, & allegabantur † illa iura, quòd ex pactis nouis, & forma noua dicebatur feudum nouum, et quod erat prima acquiſitrix, et non ligabatur forma, et tamen fuit abſolutus Baro, et inde in ſecundo iudicio partes ſe concordarunt, nec obſtant communes reſolutiones ex Afflict. deciſ. 112. Pedamon. 23. num. 12. Decian. conſ. 23. num. 35. lib. 1. cum ſimilibus, quòd nouę conuentiones, et noua qualitas faciant feudum nouum dici, quia primo hęc omnia procedunt quãdo ſumus inclatis, quòd tam vaſſallus, quàm Rex voluerant noua pacta apponere, tunc enim procedit illa ratio, quod videtur Baro in manibus Regis reſurare, et inde de nouo inueſtiri, et ideo dicitur feudum nouum, cap. 1. verſ. iſtud. videtur de conſuet. feudi, Aret conſ. 3. et omnes alij ſupra allegati, qui in iſtis terminis loquuntur, at in caſu noſtro, nec ille Simon voluit nouam formam apponere, nec Protex, qui dedit confirmationem iuxta capitulum Regis Alfonſi, ſed potius pro exequutione legis generalis, et capituli eiusdem Regis, qui voluit confirmare ſub illa forma, vel ea ratione, quòd ita præſumuntur formę antiquæ, alia non apparente, quam opinionem latiſſimè tenuit D. Ioann. Aloyſius de Septimo in eodem capitulo, volentes, et plerique alij magni nominis, tam, et ſi alij in contraria fuerint opinione, inter quos etiam Cannicius ibidem, vel quod Rex ita voluerit, volens proſpicere poſteritati Baronum, et ſuo
5 etiam intereſſe † cùm talis clauſula iuris francorum, faciat quòd citius feudum ad

Curiam

Curiam Regis perueniat, latè Freccia de subfeudis. lib. 2. queſt. 1. num. 13. pern. conſ. 7. n. 11. & alibi doct. noſtri ſepiſſimè hoc inore habent, & Boniornus in rep. feud. in ver. clauſula, vbi facit differentiam inter hanc clauſulam pro te, & heredibus de tuo corpore, & conſequenter ceſſant omnes conſiderationes factę ex aduerſo, quia omnes militant, preſuppoſitâ ueriſimili mente Baronis, tacitè reſtantis, & Regis de nouo concedentis, quòd verèno poteſt adaptari in terminis ſupplicationis & decretatę in d. cap. Regni, & ob id ego dicebam, nos eſſe in fortiori caſu, quam conſideret Cannicius, d fol. 63. nam fortius eſt, quod fiat in vim legis generalis, ex qua ius queſitum eſt poſteritati, nec feudum videtur datum, quod tempore patris erat, quę ſunt rationes Andreę in cap. 1. §. ſi libellum, de alien. feud. paterni, vt primus acquiſitor dicaturpoſſe alienare, & ceſſat in termin's Canniclj d. fol 83. nã quicquid ſit in ſimplici renouatione reſpectu particularis feudi, in caſu noſtro in lege generali, in qua non fuit habitus reſpectus vnius particularis, ſed poſteritati, imò nobilitati Regni, & prejudicio Regis, nõ eſt veriſimile, quòd voluerit Rex talia feuda noua facere, eo reſpectu vt Barones potuiſſent in prejudicium, & agnatorum, & ipſius Regis alienare, & hanc rationem etiam conſiderat idem Cannicius d. fol. 116. n. 7. & ideo in terminis capituli Regis Alfonſi 456. fine dubio opinio Cannitij eſt firma, & tenenda, quia contrarij non cõſideraueruntintimis rationem Regis, tunc ita diſponentis. Addo ego, quòd in ſupplicatione Regni nihil dicitur de hac noua forma, imò ſuppreſſatur, & petitur confirmatio Baroniarum feudorum, & gabellarum & quòd non moleſtentur poſſeſſores, etiam ſi priuile ium, & titulum non demoſtrent, at Rex noluit concedere iuxta petita, ſed addidit clauſulam iuris ſrãcorũ, & cõſequenter ceſſat illa ratio fictionis tranſlatiuè feudi, & de nouo inueſtiturę, imò procedit optimè dictum D. Io. Aloyſij in cap. volentes, ver. ſed ſolet dubitari, in ea queſt. an ſi quis emat feudum pro ſe, & heredibus, & Rex cõfirmat addendo clauſulam iuris ſrãcorũ, quod dicatur queſitum in forma ſtricta, quia confirmatio illa habet caudam ſerpentinam, & non eſt iuxta formam petitionis, de qua opinione pleriq; tractant

Et ego dixi nonnulla, non ſunt multi menſes, in quadam conſultatione magnę Baronię, & multò † magis legem condendo, potuit Rex hoc facere, quia potuit cuilibet preiudicare, etiam auferendo dominium, Bart. & doctores in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ. & interminis dixit Cannicius in cap. ſi aliquem, ſol. 253. num. 30.

Sic ergo ceſſant prorſus allegata in cõtrarium quia procedunt in clar is, terminis, quando conſtat quod vterq; & Baro, & Rex de communi voluntate voluerunt nouas qualitates apponere, hoc modo procedit dictum Perni in quatuor notabilibus, in ver. conſentiente, & alibi ſępe Doct. dum tractant, an vaſſallus, qui habet feudum in forma larga, poſſit reſtringere.

Preſuppoſita ergo lege generali, erat neceſſitas Baronius iſto modo feuda habere, & ideo dum Simon comparuit, & iurans nõ habere priuilegium, habere voluit Baronium illo modo, non eſt quòd ipſe voluerit nouam qualitatem apponere, nec Archiepiſcopus Panormitanus ſimiliter, ſed vterque voluit ſe conformare, non volentes aliud agere, cum lege Regni, & hęc conſideratio meo iudicio ponit gladium ad radicem, & ad quam nõ auuertendum D. Blaſcus, nec Boniornus nec Cannicius, nec alij.

Preterea quicquid ſit de contentione iſta, inter Cannicium, & Blaſcum, dico in terminis queſtionis noſtrę, non eſſe verũ, quòd Simon fuit primus acquiſitor reſpectu formę quia ante illam conceſſionẽ, ſeu confirmationem, huic feudo erat inſita clauſula iuris francorum, nam vt dictũ eſt, primus acquiſitor fuit Ioannes, qui acquiſiuit poſt eius teſtamentum factum, & ob id in eo nihil eſt diſpoſitum, verùm ſucceſſit Ioannes; & ſic ex teſtamento, poſt Ioannem ſucceſſerunt plerique alij, vt dictum eſt ſupra, & non dicitur, ſi ex teſtamento, vel ab inteſtato, & cum ſucceſſio ex teſtamento preſupponat factum, quod non preſumitur, niſi probetur † ob id dicẽdum eſt preſumi ſucceſſionem ab inteſtato, quia in dubio preſumitur quem decedere ſine teſtamento, Alex. & alij in l. is poteſt, ff de acquir. hered. omnes in l. ſi emancipati, preſertim Cagnol. nu 65. & Bolognetr. num. 7. C. de collat. et licèt nõ nulli contrarium dixerint; hanc eſſe magis communem, & vſu receptam opinionem, vt tradit Couar. lib. 2. var. teſol. cap. 6. num. 5. & no-

5 & nouiſſimè Franciſcus Mâtica, in tract. de coniectur. vltim. vol. lib. 2. vbi infinitas authoritates, & rationes adhoc congerit, nec iuuat antiquitas temporis, quia eſſet neceſſe, præſumere ſubſtantiam rei, ſcilicet teſtamentum, Alex conſ. 50. lib. 1. DD. omnes in l. ſciendum, ff. de ver. obligat. cum ſimilibus.

8 Præſuppoſita † ergo ſucceſſione ab inteſtato in Baronia, ſucceſſiſſe dicitur per francorum, quia in Regno expeditiſſimum eſt, ab inteſtato habere locum ius francorum, Pernus conſ. 4. D. de Gregorio de conſeſ. feudi 4. part. q. 12. & 13. vbi inter deſcendentes hoc firmat per queſt. Affl. & ibi gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſibus, & dicit D. Cannicius in cap. ſi aliquem, fol. 253.

9 & fol. 271. & idem fol. 290. num. 12. † vult, talem formam tacitè in eſſe feudis, & quòd omnia, priuilegia, & omnem formam ad ſe conferat, & nouiter informet, & dato quòd vaſſallus poſſit diſponere, tamen nõ facta diſpoſitione ſtatur formæ tacitè, & introductæ à lege, & in ſimili ego ſum ſolitus allegare dictum Ioann. Thom. de Marinis lib. 2. de feudis, tit. 31. ver. 3. eius eſt naturę, & dixi in cauſa Spoliꝰ Caſalis Petre, & an deinde vaſſallus, qui ab inteſtato ſucceſſit, poſſit ex teſtamento, & per diſpoſitionem aliud in cõtrarium ſtatuere eſt alia queſtio, & tradit Cannicius d. fol. 290. n. 210. cum ſeq. & ego conſului in cauſa magiſtratus pro D. Principiſſa Petrę precię Viceregina Neapol. hodie non eſt diſputandum de hoc, quia ſufficit demonſtraſſe, quòd imeon, nec reſpectu rei, nec reſpectu formę fuit primus acquiſitor, ſtante, quod ante eum Baronia erat cum clauſula iuris francorum, & ob id particulariter in hac Baronia dici poteſt, quòd confirmatio fuit facta non tamquam nouam qualitatem; & formam tradens, ſed tamquam veterem confirmans, quod etiam fuit intentionis Regis, dum in habentibus priuilegia, & contractus, voluit iuxta illa, & illos confirmare.

Præterea (& iſta eſt alia ratio, & pul-
10 chra diſceptatio) †quamtumcumque potuerit Simon, tamquam primus acquiſitor alienare, tamen non potuit nouam formã tradere excluſiuam fœminarum, quę in prima forma erant comprehenſę, imo ex lege Regni in conſtit. in aliquibus, in cõſtit. vt de ſucceſſoribus, & in cap ſi aliquem, quia aliud eſt poſſe alienare, quæ eſt licentia tradita à cap. volentes, & aliud eſt formam nouam dare, quia nouam formam dare non competit, niſi Regi, Pern. conſ. 6. Loffred. conſ. 7. cum ſimilibus, & iſta eſt alta quæſtio, quam examinauit Cannicius aduerſus Hieronimum Fimia, fol. 9. & 10. cum multis ſeq & rurſus fol. 133. cum ſeq. & licet in feudo hęreditario, ſeu in larga forma ſit illa quæſtio, & in hoc adhuc voluerunt Doct. Fimia Loffredus, & Io. Aloyſius in cauſa Pittinei, & alij allegati à Cannicio, non poſſe vaſſallum excludere fœminas, dando nouam formam, & quod loquatur in tali feudo eſt videre in rationibus Cannici, præſertim nu. 65. & 66. fol. 15. & in tali feudo eſt recepta ſententia in Regno, vt teſtator Cannicius, fol. 12. num. 41. & fol. 20. 1. col. & pro iſta opinione fuit etiam D. Blaſcus in feudo large formę, & ego ſemper tenui, vt in cauſa Baronis Caſtanię, & in cauſa Don Franciſci de Bononia contra eius ſorores, & in hijs terminis examinatur dictum Andreę in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hęred. & licet ipſe met Cannicius in cauſa Spaccafurni tenuerit cum Hieronimo Fimia, ipſe dicit, quòd cecinit palinodiam, quia tunc inſeruiebat cauſę, fol. 133. num. 81. et in feudo etiam hæreditario, et largæ formæ ipſe examinat punctum, fol. 124. cum ſeq. et fol. 133. num. 82. in ſpecie de hoc feudo differit, et licèt nu. 83. idem dicat, ſi forma eſſet ſub clauſula iuris francorum, reprobando Blaſcum, pro ut etiam cõtra Blaſc. dixit, fol. 20. col. 1 in fine, tamen de hoc infra dicetur. In feudo ergo hæreditario clarum eſt, quòd ſit recepta opinio, et ſecundum eam ſolet M. C. iudicare, vt idem Cannicius dicit, fol. 138. col. 1. in fine, et erit queſtio nouiter pendens de ſtatu, et Marchionatu Iarratanę, de qua die ſua dicemus de iſta forma, ergo non hodie agi-
11 tamus, † ſed noſtra queſtio eſt, dato etiam primo acquiſitore, qui tamen quæſuit, ſub clauſula iuris francorum, an poſſit nouam formam traddere, excludendo fœminas, in hoc puncto Cannicius ſicco pede pertranſijt, nam ſimpliciter dũobus locis fol. 20. col. 1. in fine, & fol. 133. nu. 83. faciens mentionem D. Blaſci, illum reprobat, ſolùm conſiderans d. fol. 20. quòd feudum pacti, & prouidentiæ quò ad alienationẽ reſpectu primi acquiſitoris eſt quaſi feudum hęreditarium, allegat Beneuen. in cap. imperialem § præterea ducatus, ſed hæc ratio ſatisfriuola eſt, quia hoc non negauit Blaſcus reſpectu alienationis, et

iam

iam Blascus in cap. volentes, in 4. quæstione hoc præsupponit, vt dictum est supra, dum tractauimus de cap. Regis Alfonsi, imò in hoc idem Cannicius est sibi contrarius, nam vt supra vidimus in fortiori casu, nempe in primo acquisitore formę) voluit nō posse alienare, cōtra Blascum de Sancto Angelo, et Blascum Lancea, quo modo ergo nunc per contrariam rationē confutat Blascum? et si sic dicimus ipsum loqui in primo acquisitore, vero à principio, et in hoc non est casus noster, et verè in acquisitore formę, præsuppositō feudo antiquo hęreditario ipse ponit posse inhac opinione, quia si negat posse alienare, multo magis negabit posse dare nouam formā quia hoc est plus, et fuit opinio Fimiæ, vel saltem idem est, vt ipse aduersus formam cōtenditur in locis allegatis. Quicquid ergo sit de alienatione respectu primi acquisitoris ab initio, vel respectu rei, in quo preualuit in Regno illa opinio, de qua Cānicius fol. 82. et 83. tamen respectu nouę formę dationis, Doctores faciunt differentiam.

Et in hoc est aduertendum, quia respectu alienationis inter Doctes est altercatio, & differentia, quia quò ad primum acquisitorem rei, licèt varij varia dixerint, & Pernus fuit sibi contrarius, vt notat Cannicius d. fol. 83. tamen preualuit opinio contraria, vt dictum est supra, tamen Cannicius facit in hoc differentiā respectu acquisitoris nouæ formæ, & in hoc est illa altercatio, de qua in principio.

Rursus respectu dationis nouæ formæ faciunt differentiam inter alienationem, & hanc dationem nouæ formæ, retentis terminis primi acquisitoris respectu rei & formę simul, quia illimet, qui fuerunt in opinione, quod possit fieri alienatio, inter quos Io. Aloysius Blascus, & alij allegatiā Gannicio vbi supra, voluerunt cōtractum respectu dationis nouæ formæ, & inter illos aliqui tenuerant simpliciter, & indistinctè respectu cuiuscumque formę, inter quos Fimia, Gualterius de Paternone, & alij, relati à Cannicio in locis supra allegatis; alij verò distinguendo formas, vt dicetur infra.

Obmisso ergo capite formæ hæreditariæ explosa opinione Fimiæ, & Gualterij, omisso etiam capite primi acquisitoris rei, & formæ, & sic obmissa opinione Cannicij, obmisso etiam capite alienationis, & sic admissa opinione Blasci, Bononi, et aliorū, qui propriè in alienatione loquuntur, punctus noster, est, † an Simon, qui non fuit primus acquisitor rei, (et in hoc conuenimt omnes,) sed formæ, (et in hoc contendimus,) et pro modo admisso, quòd sit, an potuerit, non dico alienare, sed an potuerit, restringendo formam, excludere fœminas, istud punctum in indiuiduo examinauit D. Blascus in consilio Camaratæ, vbi in principio dicit articulum etiā pulcherrimum, et arguit ad partes, adducendo sex fundamenta pro opinione contraria, deinde per diuersa fundamenta, quæ apud eum videri possunt, tenet contrarium, et viua ratio sua est, quia cūRex à principio certam formam dederit, vocando masculos, et fœminas, non potuit ipse nouam formam tradere ex defectu potestatis, et nouum modum viuendi, quod apud eum latius videri potest, et respondet obiectioni, nempe si potest alienare, ergo, etc. vt per eum, etiā eo consilio facit differētiam in primo acquisitore feudi hæreditarij, de quo, nos non loquimur, in fine dicit hanc opinionem tenuisse tres sollemnes viros, et ætate sua insignes, cum quibus ipse consuluit, D. Io. Aloysius Septimus, D. Lugdouicus Montaltus, et D. Hieronymus de Francisco, idem D. Blascus in causa Pitinei, primus dicit, punctum esse auribus suis nouum, et nunquam in Regno determinatum, licèt antea erat quæstio respectu alienationis, et obiter arguendo ad partes, et magistraliter distinguendo in feudo hæreditario, dicit, non esse dubium, quia forma non repugnat, et ideo potest dari nouus modus viuendi in feudo pacti fine clausulā, idem dicit, quia forma non repugnat inter descendentes respectu posterigationis, etiam graduum, de quo tamen infra dicetur in feudo Arinellę: in feudo verò in forma pacti cum clausula, secus, & multis rationibus concludit, non posse in hac forma excludere Baronē fœminas proximiores, vocando masculos remotiores, et in hoc resident, et pro eodem parte cōsuluit etiam Io. Martinus de Aquino, et Lugdouicus Montaltus, et Hieronymus de Francisco qui inter cętera allegat Bald. conf. 142. in 1. vol. quòd potestas concessa testandi de feudo, debet intelligi secundum naturam illius, et latius per eum, qui dicit hanc opinionem etiam veriſſimā, et fortiſſimis fundamentis cōprobari, respondendo contrarijs, et in ea resident, et sic cum ista opinione

ne in terminis quæſtionis noſtræ habemus quinque Doctores ſollemne. Cum iſta opinione in terminis, de quibus agimus, poſſunt connumerare Cannic. & alios, quos ſequitur in puncto in principio diſcuſſo, vt dixi ſupra à fortiori; nec obſtant Blaſcus & Boniornus in eo puncto contrarij, quia loquuntur de alienatione, & eſt differẽtia, vt dictum eſt. Hanc eamdem opinionem, diſtinguendo inter feudum hereditarium, & feudũ pacti, in proprijs terminis excluſionis ſeminarũ, tenuit inſignis modernus Epiſcopus Nicotrę Leonardus Liparulus in Addict. ad Andream in cap. 1. de eo qui ſibi, & hæred. in §. nam & illud, in verſ. ſed facere pactum, vbi propriè cõſideratillam rationem, quòd nõ poteſt fieri derogatio, nec alteratio formæ, traditæ in prima inueſtitura, & in conſtitutione Regni, in aliquibus, & conſt. vt de ſucceſſionibus.

Reperio etiam D. Petrum de Gregorio in tract. de conceſſ. feud. 3 par. quæſt. 7. latiſſimè diſputare hanc quæſtionem, ſed in terminis, quando concurrit conſenſus Regius vltra capitulum volentes, & arguendo ad partes, concludit, quòd poſſit noua forma addi, & mutari, et non eſt caſus noſter, quia ſtante cõſenſu Regis ceſſat ratio, quòd forma noua à priuato nõ poteſt tradi, licèt quoq; ipſe multos allegat, qui loquitur de alienatione, et non de mutatione formę.

Et ſi diceretur in Regno, quod habemus conſenſum Regis ex capitulo volentes, in hoc ipſemet Gregorius in quæſt. 8. diſputat hunc punctum, et allegat pro et contra, tandem reſidet in opinione, quòd in hac formę mutatione non ſufficiat conſenſus Regis mortui, ex capitulo volentes, nec requiri cõſenſum Regis diſpenſatiuũ; et legibus abſolutum, ſed Regis viuentis ſpecificus et expreſſus, et in hoc reſidet ipſe in d. quæſt. 8. et in quæſt ſequenti, vbi etiam præſuppoſito conſenſu Regis, vult, Baronem poſſe nouam formam dare, loquendo in primo acquiſitore, et ſic in terminis quæſtionis noſtræ habemus etiam D. de Gregorio.

Reſultat igitur concluſio ex omni capite, quòd Simon, ſiue primus acquiſitor fuerit, ſiue non, non potuit, vocando maſculos, excludere ſæminas, quantum attinet ad Baroniam Meliæ.

Quò verò ad Baroniã Arenellæ res eſt clarior, quia illa apparet ex forma originali in anno 1330. eſſe in forma ſtricta, licèt ſine clauſula, pro te, & hæredibus de corpore, ſub qua eadem forma, & priuilegio obtinuit Simon confirmationem in dicto anno 1453. ex qua forma veniunt etiam ſemine, vt clariſſimum eſt in Regno.

Non obſtat, quòd potuit Simon diſponere, poſtergando ſeminas, & admittẽdo maſculos, quia primo, aliud eſt poſtergare & aliud eſt excludere, quia hoc eſt dare nouam formam, quod non poteſt, & procedunt rationes, de quibus ſupra, licèt D. Blaſcus loco prællegato, in hac forma voluerit contrarium, in primo tamẽ acquiſitore, ſed ſiue in hoc benè dicat, ſiue nõ, ſufficit, quòd nos non ſumus in primo acquiſitore, † & ideo in ſeudo antiquo, ad 13
quod admittuntur ſeminę, nõ poteſt alterari forma, excludendo illas, Bald. conſil. 215. in 2. vol. Curt. in tract. feud. in 2. par. in verſ. 7. quæro, & in conſ. 1. col. 4. Dec. conſ. 139. & eſt tex. in cap. 1. §. probet, de leg. Conrad. Pern. conſ. 6. col. 8. in verſ. contrahentes, & eſt bona gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, gloſ. 2.

Poſtergatio autem, licèt concedatur, tamen eſt reſpectu ętatis, nõ autem reſpectu gradus, iu forma, in qua eſt licita poſtergatio, D. Blaſcus in cap. volentes, in 7. limit. & clarius D. Io. Aloyſius in eodem cap. verſ. ſed pulchra eſt dubitatio, nec ſumus in terminis Burſat. conſ. 291. nu. 117. lib. 3. et Siluan. conſ. 15. n. 45. cum ſeq. quia loquuntur in feudo hereditario, in terminis tamen iuris cõmunis, in quibus heredes ſanguinis veniunt, & tantùm extranei videntur prohibiti, in Regno autem ſtantibus conſtitutionibus Regni, ſecus dicẽdum eſt reſpectu ſæminarũ, quę ſi ex forma admittuntur, nõ poſſunt à vaſſallo, maxime qui primus acquiſitor non eſt, excludi, vt ſupra dictum eſt.

Non † obſtat, quòd ita fuit obſeruatum 14
in familia, ex conſ. Cum. 163. & per Petr. de Gregorio, 3. par. quæſt. 10. verſ. limito, de conceſſ. feud. nam hij Doct. loquentes in ſpecie in variatione tanti tẽporis, cuius memoria non extat in contrarium, in caſu noſtro à primo Simone vſq; ad vltimum, quo tempore ſunt factæ alienationes, non eſt tantùm tempus ante priuilegium Simonis, in anno 1453. ipſe erat legitimus poſſeſſor, vixit vſq; ad annum 1485. ſucceſſit, Ioannes, filius, et legitimus poſſeſſor, nec poterat eſſe contentio inter eum, et ſæminas in anno 1509. iſto Ioanne habente filias ſæmipas, fuit lis inter eum, et Antoni-

num ſtratrẽm, eum quo tandem fuit tranſactum abſq; cõſenſu filiarum fœminarum, de quibus in eo actu tantùm ſit mẽtio, iſte Antoninus cepit inueſtiturã eodem anno adhuc viuo Ioanne ſtatre, & in ea dicitur ob accordium, in anno 1513. Franciſcus filius Antonini cepit inueſtituram ob mortẽ Antonini patris, & nihil dicitur de morte Ioannis, & ob id in anno 1514. idem Franciſcus cepit aliam inueſtituram, & ibi dicitur ob mortem Ioannis eius patris, & ſic abiſto anno poteſt dici ceptum, ſeruati excluſio ſeminarum, quibus, adhuc viuente patre, qui tranſegit, nullum ius competebat, ob mortem Franciſci cepit inueſtituram Guglielmus, frater eiusdẽ Franciſci in anno 1517. Guglielmus mortuus fuit, relicta Mariutia filia, de cuius iuribus fuit tranſactum cum Simone, alienãte in anno 1519. alienatio, de qua agitur, fuit facta in anno 1530. ecce igitur quale tempus interceſſerit, & qualis obſeruantia.

15 Non † obſtat, quòd ſit opponere de iure tertij, Gozad. conſ. 4. nu. 17. & 20. Rimin. Iun. conſ. 476. nu. 64. & ſeq. quia in primis iſti Doctores loquuntur contra caſum in terminis, in l. fin. vbi hoc notat Paul. de Caſtro, C. de reiuẽd. nam actor debet probare dominiũ, & in ſpecie in fideicõmiſſario, Crauett. conſ. 61. Natt. conſ. 400. col. fin. Rimin. Iun. conſ. 64. num. 14. vol. 1. & ideo, ſi hoc non probat, quantumcumque reus dicatur non habere ius, nihilominus poteſt excipere, quòd dominium non eſt actoris, ſed alterius, in hoc dicitur allegari ius tertij, ipſo iure excluſiuum, quia, ſi dominium eſt tertij, ſequitur omnino quòd non ſit actoris. ita Caſtrenſ. ibi quicquid, aliqui dicant in cõtrarium, magis communis opinio eſt pro iſta parte, teſtatur laſcan. in debiti, §. ſed ſi nummi, ff. de conditione indeb. & Brunus conſ. 152. iſtud idẽ ſimiliter ex deciſ. tex. in cap. olim, de reſcriptis,

16 Felin. in d. cap. olim, col. pen. † Imò etiã ſi reus habeat cauſam ab actore, quia in reiuẽdicatione poteſt refricari quæſtio dominij, Bart. in l. rem alienam, ff. de pigno. act. Alex. conſ. 43. in 4. & 185. vol. 5. & magis cõmunem ait Fanus de pigno. 3. membro 8. par. nu. 9. & cõſeq. & in omnibus iſtis caſibus ſemper dicitur actori non competere ius, nec dominium, & verè non eſt allegare ius tertij, nec in hoc neceſſaria eſt voluntas ſeminarum, quæ fuerunt admiſſæ, quia ſatis eſt, quòd, cùm ipſæ ex prima forma admittantur, mortuo proximiore, dominium fuit tranſlatum ad illas abſq; alia traditione, & ius diſponentis contrarium fuit extinctũ, & ideo meritò qui ſe fundat in iure illo excluſiuo ſeminarũ, debet ſuccumbere, ita tradit D. Blaſcus in dictis allegationibus, in cauſa Pittinei, verſ. ex hijs reſultat vnum.

Præterea quò ad Gozad. loquitur ipſe in actore, quia ad fundandum ius ſuum allegabat ius tertij, quod (inquit Gozad. num. 19.) non dat ius agendi, & ratio eſt viua, & in proptu in reo, cui licet allegare ius alterius, etiã quod ſibi per hoc nulla actio competat, & ideo friuola eſt ratio Rimin. dicto conſ. 476. num. 65. & verè ipſe equiuocat, nam omnia, quę allegat, procedunt in eo caſu, in quo actor habet ius, licet ſit obnoxium reuocationi, & nullitatis remedijs, puta iure ecclefiæ, vel inre caduca, vel ſimilibus, & tunc, quia ius non excluditur, niſi illis volentibus, ideo non poteſt allegari, & eſt deciſio Bart. in d. l. 2. ff. de excep. rei. iud. ſed in caſu noſtro dicimus, non habere actorem ius, quia non eſt de vocatis, & dominium competit alteri, et conſequenter ſumus in tex. l. fin.

17 C. de rei vend. alioquin † numquam haberet locum illa deciſio, quòd agẽs ex fideicommiſſo debet probare dominium. Crauett. conſ. 61. & 316. cum ſimilibus, quia ſemper poſſet dici, quod reus nõ allegat ius ex eius perſona, vt dicit Rimin. d. num. 65. imò idem Rimin. aldus conſ. 64. num. 3. vol. 1. in ſpecie noſtra excludit actorẽ à petitione fideicommiſſi, eo quia non probauit mortem aliorum vocatorũ, & fundamentum intẽtionis actoris eſt, allegare ſe proximiorem, & hoc probare, probata morte aliorum, idẽ in ſpecie tradit Decianus conſ. 24. num. 128. vbi quòd ſufficit reo negare intentionem, in primo vol. & latius idem Decianus eo conſ. nu. 52. cum ſeq. vſq; ad num. 63.

Conſtat igitur quòd in anno 1509. erãt filiæ fœminæ illius Ioannis, quibus nõ obſtat tranſactio facta, nec cõſtat ſciuerint, aliquo modo, nec renunciauerint facto, vel verbis, nec etiam eſt lapſum tantum tempus, quo præſumãtur mortuę, cui vix interceſſit tempus 65. annorum, cum lis fuerit cepta in anno 1576.

Nec eſt verũ, quòd ceſſio litis, & tranſactio fuerit facta cum filiabus, nec etiam conſtat, quod Guglielmus ſoluit illis filiabus poſt mortem Ioannis virtute tranſactionis,

Dice-

18 Dicebam † ego etiam ius nõ fundari in perſonam actoris, quòd deſcendat ex illo Simone Seniore, qui vinculauit, nam licèt per inueſtituras, & teſtes receptos parte inciteta, dicantur multa, tamen non præiudicãt, vul regul. res inter alios acta, &c. & ſuper libello teſtes dicunt de auditu.

In hoc allegatur Decianus conſ. 24. nu. 85. lib. 1. ſed. loquitur ipſe in inueſtitura, conceſſa parte citata, & contradicente, & in hoc ſe fundat ipſe Ceſalus conſ. 786. & Burſ conſ. 298 ſed loquens in caſu, in quo plura concurrunt.

In caſu noſtro eſt aduertendum, quòd intentio actoris deficit, quia etiam ex teſtamento Simonis Senioris ſunt vocati quinque filij, & à quo deſcendit non benè conſtat.

19 Eſt verum, † quòd per teſtes receptos in inueſtitura Simonis Iunioris dicũt teſtes parte incitata, quòd Simon fuit filius Hieronimi quintogeniti, tamen non conſtat de morte aliorum, et teſtes recepti ſuper libello ſunt de auditu, et quòd nõ probant, latè in ſpecie noſtra Riminald. Iun. conſ. 64. in 1. vol. cùm non concurrant multa, de quibus in 2. cap. de teſtib. et plenè Crauett. de antiq. temp. part. prima in fin.

Nec actus accordij cum tutoribus *D.* Mariuccię præiudicat, quia ſimiliter res inter alios, &c. nec conſtat de tutela illorum, quæ non præſumitur per vulgaria.

Et pars actrix indiget latiſſimo libro præſumptionum, vt fundet intentionem ſuam.

Præterea abſoluendi ſunt cõuenti, quia conſtat de legitima alienatione Baroniarum, nam in primis Simon in anno 1530. poſſidens Baronias, grauatus multis oneribus, in tantum, quòd parum nihil erat de fructibus, erat etiam debitor pro dotis reſtitutione illi de Cangiolosi, & ſimiliter debitor dotis filię ſuę vxoris illius de Oddo, & voluit vti poteſtate, ſibi attributa ex teſtamẽto Ioannis ſenioris, qui diſpoſuit poſſe ſucceſſorem de bonis diſponere pro dote filię, præter quàm de domo, & viridario, quę omnino voluit in familia remanere, et legatur capitulum, licèt aliqualiter ſit corruptum, ſed intentio elicitur aperte ob id in licentia cõceſſa alienandi dicitur, quòd Simon intẽdebat dotare filiam, et pro ſatisfactione dotium intẽdebat vendere Baronias pro certo prętio, comprehenſis oneribus. Quo ſic prę-

ſuppoſito, ceſſant omnes amaritudines in contractum, nam, primo dicebatur, Baronias fuiſſe véditas pro aliis cauſis, quàm ſint expreſsę in licentia, quia imò eędem cauſę ſunt, et in contractu exprimuntur onera, et principalis intentio fuit ſoluere dotes, et ſe eximere à dictis oneribus.

Adfuit licentia Regis, quę non erat neceſſaria, ſtante cap. volentes, et ſtante diſpoſitione Ioannis ſenioris, nec in hoc poteſt dici quòd forma repugnet.

20 Similiter † ceſſat quòd dotis cauſa non ſit legitima, niſi in ſubſidium, per conſtit. fratribus, et alia ſimilia, primo quia eſt verũm, quando primi acquiſitoris non procedit licentia, et authoritas conceſſa.

Rurſus iam inſubſidium, quia quod erat in hereditate erat vinculatum, et non dicuntur eſſe alia boni, Pariſ. conſ. 43. nu. 28. et 29. lib. 3. et eſt communis reſolutio, teſte Socc. Iun. conſ. 28. num. 3. in 2. vol.

Nõ obſtat, quòd dos erat ſoluta, ſtante cõfeſſione, quia apparet de veritate, quòd illa confeſſio, facta cauſa honoris, erat in-

21 fra annum, † et competebat exceptio, nõ numeratę dotis, etiam ſtante confeſſione iurata, Socc. in l. 1. num. 103. ff. ſol. mat. Emmanuel in l. ſi ex cautione, in 4. fallen. num. 6. ff. de non num. pec. et eſt tex. in l. 1. et l. 3. vbi Doct. C. de dot. cau. non numer. Imò ſtante renuntiatione non numeratę dotis, confeſſio prę ſumitur ſimulata, latè Alex. conſ. 142. lib. 5. et eſt magis communis Rub. conſ. 119. et licèt Apoſtil. ad Alex. d. conſ. 142. dicat in Regno Francię non ſeruari, tamen in Regno noſtro maximè tempore illius contractus, nihil de hac obſeruantia, nec talis præſumpta donatio confirmatur iuramento, latè Couarr. lib. 1. cap. 7. num. 5. var. reſol. concurrit etiam veriſimilitudo ex qualitate Simonis, quia pauper, et quia non eſt veriſimile, quòd voluerit dupplicatam dotem ſoluere, nec eſt veriſimile, quòd voluerit col-

22 ludere cum genero, et quando † confeſſio eſt veriſimilis, iuuatur adminiculis, præiudicat etiam tertio, latè Crauett. conſ. 40. Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 7. cum ſimilibus, veriſimilitudo elicitur, quia à communiter accidentibus dos non ſoluitur de contanti ſtatim, maxime ante firmatum illud matrimonium, pro vt videtur factum in caſu iſto.

ANNOT. PETRI FILII.

1 ISta cauſa fuit terminata per M. R. C. in fauorem actorum, & tranſmiſſis votis (vt moris eſt) ad ſupremum conſilium Italiæ, fuit confirmata, deinde in gradu appellationis, introducta in Tribunali Conſiſtorij S. R. C. obtinuerunt actores quò ad feudum Meliæ, conuenti vero fuerunt abſoluti quo ad feudum Arinellæ, moti quidē Iudices, quòd ille Simon non fuerat acquiſitor primus, nec rei, nec forma dicti feudi Arinellæ, cùm penes eum illud fuerit ſub illa forma pro te, & hæredibus tuis, de tuo corpore legitimè deſcendentibus antiquum; & ideo fuit tentum, non potuiſſe Simonem inducere formam, & modum ſuccedendi quibus fœmina, à primeua forma admiſſæ, excluderentur à maſculis remotioribus, & cum deſcēdentes ex fœminis tunc extarent, quibus quæſitum dicebatur ius, & dominiū dicti feudi, iure, ac meritò excludebantur actores, tanquam maſculi remotiores, quibus obſtare dicebatur in illo iudicio exceptio, quò ad te liberas ædes habeo, & carentiæ actionis, qua admiſſa, iudices determinarunt cauſam, vt ſupra dictum eſt, in Annot. ad conſ. 6. n. 3. motiua, & rationes hinc inde congerit, & deciſionem recenſet doctiſſimus Regius conſiliarius Don Garſias Maſtrillus in tract. ſua 56. per totam.

2 Fœmina, etſi de iure communi feudorum non fuerint cognita, cap. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. in fin. quid ſit inueſt. nec habeant ius repreſentandi patrem, cap. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis, & dixerit Iacob. de Ardizon. in ſumm. de ſucceſſ. feud. eſſe contra naturam feudi, fœminas admitti ad ſucceſſionem illius, latè Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 31. vbi regula cum ampl. & limit. in ſeq. concluſ. Ius tamen feudale Longobardum fœminas ita demum à feudorum ſucceſſione excluſit, ſi fuiſſent à patre, vel à fratre dotatæ, quod dicit ius commune in Regno Neapolis, teſtatur Thomas Minadous in rep. conſil. in aliquibus, nu. 58. illud reformauit ius francorum, quod fœminas excluſit dotatas ab eo, cuius ſucceſſione tractatur, vt quemadmodum de iure Longobardorum non attendebatur, niſi quod fœminæ eſſent dotatæ de quibuſcunq; bonis, de iure fœminarum de neceſſitate requiſitum fuit, quod eſſent dotatæ de bonis eius, à cuius ſucceſſione expellebantur. Demum ſuperuenit ius conſtitutionum Regni, quod habiles fecit fœminas ad ſucceſſionem feudi non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſeruata prerogatiua ſexus, hoc idem inducitur ex capit. Regni, ſi aliquem, & capit. conſtitutionem ſed quia ſatis durum videbatur admittere fœminas, ſubſiſtente maſculo, viſum fuit loco portionis feudi fœminis aſſignare dotem vt colligitur ex mente conſt. In aliquibus, ita Petrus de Gregor. de dot. de paragio quæſt. 1.

3 At fuit dubitatum inter noſtrates, an fœminæ admitterentur in caſu tantum, in quo nullus maſculorum ex primo inueſtito ſupereſſet, in quo articulo conſideratæ fuere formulæ variæ conceſſionis feudi, de quibus latè per Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 36. & plur. ſeq. qui in concluſ. 40. loquēs de conceſſione feudi, facta fœminis, & maſculis vel maſculis, vel fœminis, in qua expreſsè ſunt habilitate fœminę, quod idem à conſtitutionibus, & capitulis noſtris diſponitur, arbitratur, fœminas nunquam admittendas, donec ex acquirente ſuperuixerit aliquis maſculus, & in Gloſ. in lit. d. multos congeriſ Doctores, & in concluſ. 41. quod dixerat, limitat, quando ſcilicet ex inueſtitura vocarentur equaliter maſculi, & fœmina, nam tunc etiam extantibus maſculis pateretur locus fœminis ad feudum, multos allegat huius ſententiæ in gloſ. A. vbi tenere contrarium, dixit Forſter. lib. 3. de ſucceſſ. ab int. cap. 9. n. 28. Vulteium, & alios. Sed conceſſo, vel ex pacto, vel ex conſuetudine, quòd fœmina ad feudi ſucceſſionem vocentur, de iure cōmuni feudorum, magna eſt altercatio, nun fœmina proximior excludat maſculum remotiorem, Roſental. vbi ſupra allegat multos pro vna, aliaque ſententia, & Sebraderus de feudis, part. 7. cap. 4. tuetur, non admitti tunc fœminā etiā proximiorem, inter alias tamen limitationes, ponit, quando per ſtatutum, vel conſuetudinem contrarium cautum fuerit; hinc inter noſtrates orta lis, quæ temporibus noſtrorum patruum multos habuit hinc inde patronos, multaq; exitterunt fundamenta, de quibus latè egit Ioan. Ant. Cānet. in cap. ſi aliquem, verſ. ſed trattandum eſſet, fol. 275. hanc ibi formauit quæſtionē, ſi concurrant maſculus, & fœmina, & reperiatur fœmina in proximiori gradu, an præferenda maſculo in remotiori gradu exiſtentiū qui, adductis rationibus, & authoritatibus pro vna, alteraq; parte, tenet, fœminam excludi debere à maſculo, exiſtente in remo-

remotiori gradu, & prætermisso argumento, ducto ab authoritate, (stant pro utraque parte insignes, & præstantissimi viri, tum exteri, tum indigenæ) totæ vis, & pondus quæstionis videtur consistere secundum Cannet. num per constitutiones Regni, & capit. si aliquem, videatur correpta dispositio cap. 1. de eo qui sibi, hæred. suis, masc. & fœm. negat Cannitius, & iuribus vulgaribus, non præsumi correptionem iuris antiqui per subauditos intellectus, nec à contrario sensu, tuetur, in super addit nu. 27. ex determinatione facta per Imperatorem Carolum V. de fratre uterino, & Regem Philippum, de successione nepotis, & patrui; utraque enim cùm successerit ad declarationem, cap. si aliquem, & fauor utrobiq; agnationis fuerit consideratus, dicẽdum esse, ait, cap. aliquem, interpretatum, considerare etiam fauorem agnationis, quę, cùm per masculos, non autem per fœminas conseruari dicatur, fatendum esse, fœminas excludi per quoscunque masculos.

Hæc opinio Cannetij, & si temporibus Domini mei, & in præsentiarum non fuerit, neque sit in Regno admissa, pro ut dicetur inferius in cons. 11. in causa Terræ Biscari, quo loci Dominus meus vberiori calamo pũctum prosequitur, attamen, & liber modo, aliqua annotare, quibus fundamentum Cannetij euerti possit, fortè euenier tempus, in quo iterum in Regno refrigetur in dubium, quod modo indubitatum censetur.

4 Primo suppono, fœminas ad successionẽ feudorum ex lege Regni generaliter esse admissas, hoc fatentur omnes, & est indubitatum auctoritate Andreę in cap. 1. de qui sibi, & hæred. &c. & dicit Liparulas quod Andreas intelligit de constitutionibus, in Aliquibus, & constit. de successionibus; harum constitutionum dispositio correctoria posset dici pro modo, iuris communis feudorum, quatenus ab illo iure fœminę penitus arcebãtur à successione feudi, extinctis enim masculis domino aperiebatur, qui intellectus, opus non est, vt eliciatur per subauditos sensus, nec ab argumento à contrario, cum per sensum rectum, & expressum intellectum oriatur correctio iuris antiqui, vocando fœminas ad feudum, quę ab eo fuerant excluse: secundum illum intellectum, nil infert fundamentum Cannetij, nam ipse defendit, constitutiones tantũ non corrigere cap. primum; de eo qui sibi, &c.

5 Secundo suppono, cap. primum de eo qui sibi, & hæred. non continere, nec loqui de successione inducta ex dispositione iuris communis feudorum, sed de successione, & admissione fœminarũ ex pacto, & tenore inuestiturę, hoc ipsum innuit clarè textus, habet enim, Qui sibi, vel hæredibus suis masculis, vel his deficientibus, fœminis, per beneficium inuestituram feudi accepit, &c. Quod textus loquatur de pacto, clarè dicit Andreas ibi, & Afflict. nu. 11. & Aluarotus n. 4. vers. quaro ab extra, dicit hoc clarius, quòd nempe hæredes, de quibus loquitur in uestitura, in dict. cap. 1. acquisiant feudum propter pactum inuestituræ, non propter specialem successionem feudi, Idem tenere Iacob. de bel. ait in d. cap. 1. petr. Rauen. ibidem: facit, quòd fœminæ nunquam dicantur vocatæ ad feudum, nisi ex pacto, vel nisi feudum esset faminium, Ioann. Rainal. in comprahens. feud. in princ. nu. 20. Herman. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 9. n 40. & seq. Iacob. à Mona in conclus. feud. conclus. 7. cap. 2. n. 38. Rosental. vbi supra.

6 Tertio suppono, cõstitutionem, In aliquibus (quam loqui in feudalibus, nemo est qui dubitet, vt dicit glos. & Doct. ibi) non posse dici correctoriam, cap. 1. de eo qui sibi, &c. si enim hoc affirmaremus, tolleretur facultas domino, & vassallo concedendi, & recipiendi feudum sub conditionibus, & pactis ad libitum eorum concipiendi, quis enim dubitare audet, tenorem, & pactum inuestituræ non esse semper attendendũ: cap. 1. de vassal. decrep. ætat. cap. 1. An agnatus, Bald. consil. 715, vol. 2 Decian. cons. 24. nu. 71. vol. 1. & cum textus ille loquatur, quando per pactũ fuerat prouisum, fœminas tunc admittendas, si nullus masculorum ex primo inuesti to supereſſet, & sic deficientibus omnibus masculis, si diceremus constitutionem, In aliquibus, venire in correctionẽ illius textus, sequeretur, quòd omnes inuestituræ cõtinentes idem, dicerẽtur correctæ per eamdem constitutionem, quo nil absurdius. Propterea sentire cum Affliĉto minime valeo, in d. cap 1. de eo qui sibi, & c. nu 9. vbi posito casu, quod feudatarius, habens duos filios, primogenitum, & secundogenitum, moriatur deinde primogenitus, relicta filia famina, dicit, quod, quemadmodum per tex. in d. cap. 1. de eo qui sibi, &c. debet succedere secundogenitus, sic dicendum secundum constitutiones Regni, cui per illas idem disponatur, quod per pactum, & tenorẽ inuestituræ cum valeat argumentum à pacto ad legem, vnde Afflictus de inde elicit correctionem d. cap.

cap. à conſtitutionibus Regni, quod affirmat in conſtit. in aliquibus, nu. 3. nam vt ſupra tetigi, non idem habent conſtitutiones, quod pactum, de quo in d. cap. 1. ibi enim ſupponitur, per pactum nunquam admittendas eſſe fœminas, niſi deficientibus omnibus maſculis: conſtitutiones verò non ita.

Quod vt ipſum pateat, conſiderandum eſt, conſtitutionem, In aliquibus, fuiſſe conditam à Federico Imperatore ad tollendam conſuetudinem, quam ipſe prauam appellat, in aliquibus Regni partibus introductam, qua inducebatur, quòd in bonis Comitis, Baronis, vel militis, filijs maſculis non relictis, decedentis, filiæ fœminæ nõ ſuccedebant, ſed conſanguinei, quantuncunq; remoti maſculi ſucceſſionem vſurpabant, filias pro ipſorũ arbitrio maritando. Hæc erat conſuetudo prauа, quæ in Regno inualuerat; ſed quaro à me ipſo, quo pacto poterat dici prauа quò ad ſucceſſionem feudorum, ſi idem, quod conſuetudine fuerat receptum, diſponebatur per leges feudales, quarum vigore nunquam ad ſucceſſionem patet fœminis aditus, niſi deficientibus omnibus maſculis, vt ſupra firmatum eſt: hoc dat intelligi, quòd ius feudorum in Regno receptum non fuerat moribus, & ius cõmune in ſucceſſione eorũdem ſeruabatur, in quo vtriuſque ſexus filij ad bona parentum admittebantur, per l. maximum vitium, C. de lib. præt. & l. 12 tab. C. de legit. hæred. cõtra quæ iura cõſuetudo prauа induxerat, quòd filiæ fœminæ non ſuccederent, ſed conſanguinei maſculi remotiores. Conſtitutio ergo, In aliquibus, corrigit, & abrogat conſuetudinem, non ius feudorum, neq; cap. 1. quæ in Regno vſu recepta non erant, ſed reduxit ſucceſſionem fœminarum ad ius commune Romanorum: correctio namq; legis, quæ fieri ſolet vt Camill. Gallin. de verb. ſignificat. lib. 5. cap. 5. nu. 19 habet, per abrogationem, per derogationem, & per ampliationem ſemper ſupponit vigorem legis correctæ, quæ per legem corrigentem, aut in totum deletur, aut in parte, aut aliquid ei adijcitur, ſicut omnis priuatio dicit per prius habitum: dicendo itaq; Federicus conſuetudinem prauam fuiſſe inductam, dat intelligi non fuiſſe vſu receptum, quò ad hoc ſaltem, ius commune feudorũ; alioquin malè diceretur conſuetudo prauа, diſponens illud idem, quod ius feudale ſanciuerat; non venit ergo conſtitutio ad correctionẽ iuris, quod in Regno nil viriũ ſortitũ fuerat. Damnatur (dicit Affli.) conſuetudo illa in d. conſtit. In aliquibus, in principio, quia erat contra naturam, quæ pariter producit maſculos, & fœminas; item quia contra ius commune, quod vult, quòd maſculi, & fœminæ ſuccedant eorum parentibus, & contra ius conſtitutum ab ipſo Imperatore, & ſub nu. 4. recenſet omnia iura; Conſuetudo (ait) erat contra naturam, contra ius vetris teſtamenti, contra ius digeſtorum, contra ius commune Imperatorũ, contra leges Iuſtiniani contra ius Authenticorum, contra ius Regni, quæ omnia videntur cõprehenſa in conſtit. In aliquibus, in illis verbis, ibi, (& iure tam communi, quam noſtro ſpecialiter derogatur) proindeq; tantũ abeſt, vt eõſtitutio, In aliquibus, dicatur correctoria iuris antiqui, vt per omnia eũ illo conformis videatur, idemq; diſponat, ad cuius conditionem deuentũ fuit tantum, vt abrogaretur conſuetudo prauа, quæ contrarium introduxerat illius, quod per iura antiqua ſancitũ fuerat; & dicitur hæc conſtitutio lex generalis Regni, cuius vigore non per diſpenſationem, ſed iure Imperiali fœmina ad ſucceſſionẽ feudorũ habilis reperitur, vt ait Frecciꝰ de ſubfeud. lib. 2. queſt. 49. n. 2. & 3. Conſtitutionem, itaque in aliquibus, non venire ad correctionẽ iuris Romanorum, nec iuris feudorũ, ſatis comprobatum eſſe credimus, non iuris Romanorũ quia illi conformis eſt, non feudorum, quia illud in Regno vſu non fuerat receptum.

7 Quarto ſuppono, in ſtatutis valdum eſſe argumentum a cõtrario ſenſu, quotieſcũq; non diſponitur contra caſum prouiſum à iure cõmuni, ita Euerardus in ſua Topica legali, in loco à contrario ſenſu, nu. 22. In puncto noſtro, vt in præcedẽti ſuppoſito annotauimus, conſtitutio, In aliquibus, non corrigit ius antiquum imò confirmat, neq; ius commune feudorum, quia nõ appellaret prauam conſuetudinem, ſi à iure feudorum habuiſſet originem, ideo dicendum, vſu receptum non fuiſſe tale ius, vt ſi ita, non poſſe dici corrigi à cõſtitutione, vt ſupra tactum eſt. Si igitur diſpoſitio conſtitutionis, In aliquibus, non eſt correctoria iuris, ſequitur, funditus euerti fundamentum Cannetis, de non inducenda correctione iuris antiqui per ſubauditos intellectus: & poſt habitis limitationibus ad regulã, ſuper qua Cannet. ſtruit ſuam molem, de quibus per Euerard. in d. loco nu. 32. & ſeq. ſumam illam, tantũ. Argumentum ſcilicet à contrario ſenſu valdum eſſe, ſi per aliquã coniecturã caſus omiſſus haberi poſſet pro expreſſo: pro cuius applicatione ponderetur totus cõtextus conſtitu-

ſtitutionis, In aliquibus. In principio declarat qualis fuerat praua cõſuetudo, quòd decedentibus Comite, & Barone, non relictis filijs, conſanguinei quantuncunq; remoti, maſculini ſexus ſuccedebant. Hic caſus propoſitus erat de iure communi feudorũ, quòd maſculi ſuccederent, niſi pacto inueſtitura contrarium fuiſſet inductum, vel feudum fuiſſet fœmineum, de quo ſupra: hanc cõſuetudinem voluit tollere Federicus, & propterea ſubiungit. Hac igitur lege noſtra per vniuerſas partes, & ſingulas Regni noſtri valitura ſancimus, patre mortuo, tam filios, quàm filias puberes, aut maiores, minoreſue ad parentum ſucceſſionem abſque ſexus diſcrimine vocari. His verbis habilitat fœminas ad feudum, quas praua illa conſuetudo exeluſerat, admittendo maſculos remotiores. Poſtea, ibi, (ſi autẽ filij maſculi) conſiderat caſum, quando maſculi, & fœmina reperiuntur in eodem gradu, quia habet de fratribus, & ſororibus, dum dicitur. Filij maſculi vna eũ filiabus, fœminis autẽ ſororibus: inter hos deſcendentes eiusdẽ gradus, præfert maſculũ fœminis, modo ſecundum paragium fœmina maritentur. In iſtis verbis poſſet ſumi argumentum àcontrario ſenſu, dicendo, prætulit conſtitutio maſculos fœminis in eodem gradu exiſtentibus, ergo in diſpari, ſecus, & in hoc procederet regula negatiua, ſi eſſemus in correctorijs, prout arbitratur Cannet. ſed admiſſa regula, replicare poſſemus de limitatione, quòd nempe caſu iſte, quando ſcilicet fœmine reperiuntur in gradu proximiori, quòd non excludantur à maſculis remotioribus, ſit comprehenſus à conſtitutione. In aliquibus, condita ad tollendam prauam conſuetudinem, quæ remotiores maſculos conſanguineos admittebat ad excluſionem filiarum Comitis; ſi ita q; voluit conſuetudine derogare, neceſſario dicendum eſt, quòd caſum diſparitatis gradus inter maſculos, & fœminas non omiſerit imò ſuper eo prouiderit, vocãdo fœminas aſtrictiores, excluſis maſculis remotioribus, alioquin nõ abrogaretur conſuetudini, & deficeret in diſpoſito, ſi dicemus, non fuiſſe prouiſum caſum præſuppoſitum: hoc quidem non coniecturæ, quod ſatis eſſet, ſed expreſſis verbis colligitur: & ſic dato quod verſaremur in caſu, in quo procederet regula negatiua, nimirum quòd in correctorijs non valeret argumentum àcõtrario ſenſu, vtique eſſemus ſaltem in limitatione, quæ mediante dicunt Doctores induci correctionem.

8 *Ex iſtis quatuor ſuppoſitis deſtruitur fundamentum Canneti, & remanet firma concluſio in Regno recepta, maſculum remotiorem non excludere in ſucceſſione feudorũ fœminas aſtrictiores ex determinatione conſtitutionum Regni. Quod dixi de conſtit. In aliquibus, idem affirmandum de conſt. vt de ſucceſſionibus, quæ loquitur tantũ in bonis feudalibus, & in ſucceſſione collateraliũ, vt ait Affict. ibi, Cap. Si aliquẽ expreſſius, quod ſupra firmauimus habet.*

Propterea alterũ iſtorum fatendũ eſt, vel quod expreſsè cõſtitutiones veniãt ad correctionem iuris antiqui feudalis, & cap. 1. de eo, ſtante limitatione ad regulam ſupra dicta, vel illud, quod verius eſt, nos non verſari in correctorijs, & ſic pro nobis ſtare alteram regulam, quod poſſit fieri argumentum à contrario ſenſu, quod non negat Cannet. De fundamẽto alio Cãnetij, quod facit ſuper Capitulis Regni Imperatoris Caroli V. & Regis Philippi, agemus in annotatione ad conſ. 10. vbi Dominus meus de intellectu illorum cap. agit, ne hic videatur mantiſſa vincere obſonium.

EPITOME

Secunda inueſtitura feudi mutat primam, quando ex certa ſcientia recipientis, & dantis apponuntur nouę conditiones, & pacta.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura ſequens, licèt cenſeatur facta ſecùndum cõditiones appoſitas in prima, & ab ea non ſit recedendum, niſi ex conuentione fuerit expreſsè actum, tamen in caſu iſto ſtandum eſt ſecundæ, in qua non aderat clauſula iuris francorum, ſi in ſecunda fuerit inſertus tenor primæ inueſtiturę, quia tunc ex certa ſcientia cenſetur receſſum à prima, & tunc ſufficit tacitus conſenſus Regis, & vaſſalli primi acquiſitoris.*

2 *Coniecturæ non ſunt neceſſariæ in claris.*

3 *Feudum nouum non habet agnatos, & in mutatione forma ſuffieit ſolus conſenſus ipſi primi acquiſitoris.*

CON-

CONSIL. VIII.

CONSVLTVS per Baronem Reſutani, vt vellem, conſideratis priuilegijs Caltaſati, vocati la Fauarotta, reſpondere, an ſit ſub forma ſtricta, ſub clauſula iuris francorum, vel pro ſe, & heredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſine clauſula iuris francorum, & viſis, & conſideratis priuilegijs dicti feudi in perſonam Petri Mareſmæ, primi acquiſitoris, reperitur, quòd licet primo loco fuerit facta cõceſſio dicto Petro, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, cum clauſula iuris francorũ, in anno 1392. tamen ex inde in anno 1399. fuit facta cõfirmatio dicti feudi dicto Petro inſtanti, & ſupplicanti, cum inſerto tenore primi priuilegij, ſeu donationis, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſine clauſula iuris francorum, cum clauſula, & ad maiorem indaginem de nouo concedimus, & donamus. Igitur videndum eſt, an per iſſud ſecundum priuilegium, ſeu per nouam inueſtituram intelligatur receſſum à prima, & ſtandum ſit ſecundæ nouę inueſtiturę pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus tantum, ſine clauſula iuris francorum, † & licet de iure ſequens inueſtitura præſumatur facta ſecundum conditiones, appoſitas in prima, per tex. in cap. primo de eo qui finem fecit agnat. Curt. in tratt. de fed. in 2. parte in 7. queſt. circa materiam inueſtiturę verſ. 16. num. 42. & Ruyn. conſ. 187. lib. 1. Bero. conſ. 71. num. 5. & 44. lib. 1. propterea ſecunda inueſtitura, habens aliam formam, non innouat. Natt. conſ. 90. num. 15. vol. 1. Præterea, licet à tenore primæ inueſtituræ non ſit recedendum, niſi ex conuentione fuerit expreſsè actũ, vt ab ea recedatur, alias ſecunda inueſtitura præſumeretur erronia, Purpu. in l. pacta nouiſſima, num. 38. C. de pact. Menoch. conſ. 191. nu. 11. 2. vol. & conſ. 103. n. 57. primo vol. Natt. conſ. 505. n. 17. lib. 3. Roland. conſ. 98. n. 40. vol. 3.

Tamen hijs non obſtantibus veritas eſt in contrarium in terminis noſtris, vt ſtandum ſit ſecundæ inueſtiturę, ſine clauſula iuris francorum, nam cùm in terminis noſtris ſecunda inueſtitura ſit facta, inſerto tenore primę, & in ſecunda non fuerit repetita clauſula iuris francorum, ſequitur, quòd in hijs fuerit proceſſum ex certa ſcientia, ram Petri primi acquiſitoris, quàm Regis, igitur de communi conſenſu ex certa ſcientia videtur receſſum à prima, quia vbi aliquid additur, vel diminuitur primę inueſtiturę ex certa ſcientia, dicitur noua conceſſio, & cenſetur receſſum à prima Io. Crot. conſ. 18. nu. 8. & 15. Brun. conſ. 78. nu. 6. Accedat, quòd quando inueſtiturę ſunt diuerſę, & fuerit proceſſum ex certa ſcientia, tunc attenditur vltima, Pariſius conſ. 104. num. 10. & in hijs terminis ſufficit tacitus conſenſus, Pernus in 4. notabil. col. 12. verſ. conſentiente, Pet. de Gregor. in tratt. de con ceſſ. feud. par. 3. q. 5. & ſic cum in 2. inueſtitura, facta cũ inſerto tenore primę, non fuerit repetita clauſula iuris francorum, ex cõi cõſenſu vaſalli, & Regis, videtur omiſſa, cum de facili potuiſſent illã repetere, & omittendo videtur receſſum, arg. Lvnic. §. fin. C. de caduc. toll. & ſine dubio id dicẽdum in caſu noſtro, cùm non fuerit facta ſimpliciter confirmatio, ſed cum clauſula, de nouo concedimus ad maiorem indaginem.

Non obſtant allegata in contrarium, & primò, quòd ſecũda inueſtitura præſumitur facta ſecũndum formam primę, quia illud eſt verum in dubio, ſed nos ſumus in claris, quia ſecunda eſt facta ex certa ſcientia cum inſerto tenore primę, quo caſu ſtandum eſt ſecundę cùm † in claris non opus ſit coniecturis, l. continuus §. cum ita, ff. de verb. oblig. l. ille aur ille, §. cum verbi, ff. de leg. 3.

Nec obſtat quod per ſecundã nõ videatur à prima receſſum, cũ in ſecunda nõ ſit expreſsè actum, quòd de cõmuni cõſenſu recederetur à prima, nam hoc proceederet quãdo fuiſſet ſecũda facta ſimpliciter ſine inſerto tenore primę, quia tunc nõ intelligitur receſſum à prima, imò ſecunda præſumeretur erronea, niſi taliter expreſsè conuentum inter partes fuerit, ſed in terminis noſtris ſecũda fuit facta cum inſerto tenore aliter quàm prima, & cum præſupponatur ſcientia primę propter expreſſum tenorem primę, per ſecundã videtur receſſum à prima ex certa ſcientia, ex conſenſu, tam vaſalli, quàm Regis, & ſtandum eſt ſecundæ inueſtiturę, iuribus prælegatis, & in terminis noſtris ſufficit conſen

ſus

ſus ex certa ſcientia tacitus, vel expreſſus ipſius Petri, primi acquiſitoris, & Regis,
3 † quia feudum nouum non habet agnatos igitur in mutatione formę ſufficit ſolus cõſenſus ipſius, vt traditur communiter per Doctores in cap. volentes.

Et ſic ex præmiſſis concluditur, quòd feudũ, de quo agitur, ſit ſolum ſub forma, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſine clauſula iuris francorum, & cõſequenter vaſſallus, ad quem deuenerit feudum prædictũ, poterit illud, omniſſo primogenito, donare vni ex filijs maſculis, quem ipſe elegerit, ſecundum communiter Scribentes in cap. volentes, & ſub eadem forma intelligitur peruenisſe ad Philippum de Viparano, cui fuit venditum dictum feudum à dicto Petro, & contractus vẽditionis cum inſerto tenore fuit confirmatus à Rege dicto Philippo pro ſe & hæredibus, de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſine clauſula iuris francorũ, & licèt fuerit facta cõfirmatio per relationem ad priuilegia Petri, tamen, vt ſupra obſtenſum fuit in perſona Petri, feudum prædictũ remanſit ſine clauſula iuris francorum, & tanto magis, & ſine dubio, quia in priuilegio cõfirmationis cõtractus venditionis ſunt verba inſraſcripta, videlicet Venditionem præinſertam ſicut quemadmodum factam & acceptamus, & ratificamus, &c. & poſtea ſubſequuntur illa verba, videlicet. Certioratis prius de forma, & cõtinentia priuilegij, cõceſſi prædicto Petro, videlicet quòd dictus Philippus dictũ feudum habeat, teneat, & poſſideat, ſicut, & quemadmodum ipſi Petro per nos datum extitit, & conceſſum vigore donationis, ſibi factæ, &c. & poſtea ſubſequuntur inſra ſcripta verba, videlicet. Sicut, & quẽadmodũ ipſe Petrus ante dictã venditionẽ faceret, & poterat ſe tueri aduerſus quaſcumque perſonas tum virtute prędallegati priuilegij, donationis, & cuiuſcunq; alterius priuilegij, gratiæ, & ſingularis fauoris Regiæ poteſtatis, quæ reperiri contigerit indulta Petro prædicto in cuius locum, & in omnibus, & ſingulis, hic non inſertis, eumdem Philippum ponimus, & ſubrogamus ea tenus, & quatenus fauorem ipſius Philippi, & hætedum ſuorum reſpiciant, & concernunt, acceptantes, & de certa ſcientia cõfirmantes in perſona ipſius Philippi, et eius hæredum, ampliantes ralirer, quod nullum ſit verbũ, neq; clauſula, quæ poſſit in læſionem ipſius Philippi, et ſuorũ hæredũ aliquatenus retorqueri, ſed omnia penitus redundent, et intelligantur ad fauorem ipſius Philippi, et ſuorum hæredũ, et ſic, ſtantibus prædictis verbis, et clauſulis in dicto priuilegio confirmationis contractus venditionis contentis, clarum eſt, et non eſt dubitandum, quòd in perſona Philippi ſit feudum prædictum pro ſe, et hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſine clauſula iuris francorum, et poſſit omiſſo primogenito, cui voluerit ex alijs maſculis donare, et ita mihi ex præmiſſis videtur, et arbitror iuris eſſe, ſaluo ſemper, etc.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *PRimus acquiſitor feudi poteſt mutare formam, accedente tamen aſſenſu Regis, Andr. de Iſern. in conſtit. conſtitutionẽ diuæ memoriæ, in 1. col. in prine. quemadmodum poſſet in totum alienare, cùm forma non ligetur, & feudum nouum non habeat agnatos. Io Vinc. de Ann. in d conſtit. conſtitutionem, nu. 119. Pern. conſ. 6. & licèt in Regno differentia ſit inter alienationem, & mutationem formæ, cum in alienatione, receptа ſit concluſio, quòd primo acquiſitori liceat accedente aſſenſu domini, præſtito per cap. volentes, & quò ad mutationẽ formæ ſecus dicendum, tenuerit Dominus meus. ſupra conſ. 7. nu. 10 attamen in caſu illo ſupponitur conſenſus expreſſus Regis, adhibitus in confirmatione, & voluntas vaſſalli, primi acquiſitoris, quibus concurrentibus, ſit mutatio formæ quãdo datur alia ſub nouis pactis, & conditionibus, & videtur tacitè feudum à vaſſallo Regi refutari, & deinde iterum à Rege vaſſallo concedi ſub alia forma, Bald. in cap. 1. verſ. tertio iſtud videtur, de alienat feud. quem refert, & ſequitur Aretin. conſ. 30. Aſflict. deciſ. 112. num. 5. & ex Noſtratibus Petr. de Gregor de conceſſ. feud. par. 3. quæſt. 7. Ioan. Aloyſ de Sept. in cauſa Pittinei, Cannet in cap. volentes, §. ſed quid ſi fuerit adiecta, fol. 82. Cumia in cap. ſi aliquem, in ver. antiquis, nu. 260. Milanenſ. deciſ. 8. n. 23. lib. 1. Boniorn. in cauſa Comitatus Goliſani, Gualter de Patern. in cauſa Selafani, Simon Vinicit. in cauſa Ramburgini, Anton. Camp. in cauſa Roccellæ, & Protbonotarius Agliata in cauſa Aſari.*

2 *Sed de poteſtate diſputare facilius eſt, ſuppoſito feudo nouo, & primo acquiſitore, in quo cùm nulli inferatur præiudicium, ſolius*

Regis, & vassalli sufficit consensus, de voluntate hic contingit dubitari, qui articulus maiorem habuit difficultatē, nam in secunda inuestitura expressè non fuerat actum, quòd à prima recederetur, tantum fuerat insertus tenor primæ, quæ adnexam habeat clausulam iuris francorum, & in secunda confirmabatur feudum, non repetita clausula iuris francorum, & tunc ex certa sententia vtriusque, dicitur mutata forma, Socc. Iun. consil. 76. num. 33. & consil. 71. lib. 1. num. 124. & seq. eo magis in casu isto affirmandum, quia ad secundam inuestituram deuentum fuerat ad fauorem vassalli, & clausula iuris francorum, non vassalli, sed Regis fauore dicitur apposita, quia per eam citius feudum domino aperitur, Pern. consil. 7. numer. 11. Petrus de Gregor. de concess. feud. par. 3. quæst. 5. vers. primo casu, Dominus meus in fine consil. 9.

3 *Mutata forma feudi penes vnum, si deinde contingat alienari, censetur sub eadem forma transitum fecisse in emptorem, Pern. consil 6. nu. 24. & consil. 13. & 15. Boniorn. in causa Milirindini, in 1. quæst. eo magis dicendum, si fiat confirmatio ad fauorem emptorit, Pern. consil. 7. & in cap. volentes.*

4 *Feudum, concessum pro se, & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, esse formæ mistæ, in Annotat. ad consil. 6. diximus idem sentierunt Clar. in §. feudum quæst. 9. vers. quandoque, & tertio, Menoch. consil. 104. num. 15. & consil. 158. num. 5. Osasc decis. 161. num. 1. Berrett. consil. 78. Panciarol. consil. 104. num. 9. Surd. consil. 5. nu. 26.*

5 *In Annotat. consil n 6. n. 8. tetigimus, in Regno licitam esse postergationē gratis in feudo formæ Mistæ, ibi dicti possumus addere Menoch. consil. 6 nu. 5. & consil. 504. n. 7. & consil. 401. nu. 16. Bursat. consil. 295. nu. 77. ex Nostratibus Pern. consil. 13. nu 7. & consil. 4. Anton. de Patern. in causa Palagoniæ, vbi habet quæstionem istā amplius in Regno non disputari, Petr. & Paul. Grimaldi in causa Gasbæ, & Paul. Castr. consil. 170. in 1. vol & Hieronymus Caprona in eadē causa, Blasc. Lane in cap. volentes, vers. limita septimo, & ibidem Ludou. Montal. & Iacob. Chirco, Petr. de Gregor. de concess. feud par. 6. quæst. 15. nu. 6 & quæst. 10. nu. 20. & fuisse decisum in feudo Gasbæ, testatur Gualter. de Patern. in cap. volentes, pro secundogenito.*

EPITOME

De substitutione compendiosa. Deque iure accrescendi quò ad feudalia ex priuilegio militis in testando.

Donatio facta de feudo pluribus filijs censetur facta gradatim.

Quando dicatur feudum nouum.

Subintratio, & repræsentatio filię non datur, ex dispositione cap. si aliquem, & de intellectu ad cap. nouissima Regis Imperatoris Caroli 118. & 204. an scilicet dicantur correctioria cap. si aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio compendiosa fit per illa verba, quandocunque morissi senza figli, quæ continēt plura tempora, & tunc vocatus non dicitur venire ex pupillari, quæ post pubertatem expirat, sed ex vulgari, quæ in compendiosa continetur, quod etiam procedit caduceato testamento in personā instituti, & dicitur tali casu directa substitutio, quando verba sunt communia nu. 2.*

2 *Substitutio vulgaris continetur in compendiosa, quando verba sunt communia, & non est differentia, si fiat incerta re, vel in tota hæreditate, pro vt fit institutio in pupillari, & fidei commissaria substitutione.*

3 *Substitutio facta in certa re, ne videatur testator in parte decedere testatus, in parte verò intestatus, dicitur facta in tota hæreditate iure accrescendi, quæ dispositio, sicut habet locum in prima institutione, & in primo gradu substitutionis, sic in secundo.*

4 *Feudatarius dicitur miles, & an famina feudataria possit iure militari testari.*

5 *Miles, nisi appareat voluisse in parte decedere intestatus, non præsumitur, sed illa particularis institutio trahitur ad vniuer-*

uniuersum patrimonium, & quando habeat locum ius accrescendi in testamento militis.

6 *Substituti si fuerint duo in una re, dicuntur in solidum substituti, & vocati.*

7 *Vxor non potest relinquere secundo viro ultra tertiam, & stante ista iuris prohibitione est prohibitum ius accrescendi in personam secundi viri.*

8 *Tex. in l. quoties C. de bared. instit. procedit quando ambo haredes sunt capaces.*

9 *Feudi donatio, facta pluribus filijs nascituris, quia feuda sunt indiuisibilia, intelligitur facta donatio gradatim, seu ordine successiuo, vt semper ad vnum tantum censeatur facta dispositio.*

10 *Possessio, vt continetur, vigore cap. Regni, an procedat in haerede substituto vulgariter, & dict. cap. procedit in feudo, siue in forma larga, siue stricta sit, nu. 13. respondetur ad cap. 118. & 204. Carol. num. 12.*

11 *Testamenti vitium quando non est visibile non impedit remedium l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

12 *Testamenta si sunt duo, vnum in feudalibus alterum in allodialibus, cum in feudalibus cesset ratio praeteritionis, non debet subuerti ex praeteritione testamenti in feudalibus.*

13 *Possessio continuatur, stante cap. Reg. Ferd. 41. etiam in feudo formae strictae, reprobata opinione Petri de Greg. quaest. 18. de ind. cauf. feudi.*

14 *Forma non tenetur stare primus acquisitor secundum indubitatam opinionem in Regno in quibuscunque feudis.*

15 *Dispositio testatoris quando debeat ad immediatam, vel ad principalem dispositionem referri.*

16 *Relatio debet ad omnia fieri, si subest in omnibus eadem ratio.*

17 *Feudum sub qua litate haereditaria non potest haberi ab aliquo iure haredis.*

18 *Dispositioni vltimae standum est, quando apparet de voluntate testatoris.*

19 *Feudum nouum dicitur Rex facere, de nouo concedendo, & dando nouam formam, etiam elargando, licet confirmet aliam formam sub clausula iuris francorum, quia confirmans addendo, dicitur de nouo dare.*

20 *Confirmans addendo dicitur de nouo dare.*

21 *Clausula iuris francorum restringit, & limitat, vt citius feudum veniat ad fiscum.*

22 *Formã feudi potest mutare Rex, stante consensu primi acquisitoris.*

23 *Iudex potest autoritatem praestare confirmando donationem à se factam.*

24 *Viceprex potest praestare assensum in alienatione feudi.*

25 *Subreptitia gratia censetur, si expressa non sunt omnia.*

26 *Agnatis, & successoribus in feudo paterno & antiquo non potest inferri praeiuditiũ.*

27 *Donans potest conditiones, & vincula apponere in re donata, si donatarium haeredem instituat, & consentiat, & non potest contrauenire.*

28 *Feudum sub forma, pro haeredibus de tuo corpore, est in forma missa, & secundum opinionem in Regno indubitatã, est sub forma stricta, licèt cum qualitate haereditaria, tamen, licèt non possit extra descendentes disponi, potest tamen in quẽ voluerit ex descendentibus disponi à feudatario.*

29 *In feudo cum clausula iuris francorum licet non possit fieri postergatio, & debeat primogenitus succedere, attamen secus est in primo acquisitore in Regno.*

30 *In feudoram successione abintestato qualiacunque, sint attenditur ius francorum ex dispositione capitul. volentes.*

31 *Capilli prerogatiua non attenditur in terminis iuris communis feudorum, sed ex consti. Reg. introducta est, quae non habet locũ, nisi in existentibus in eodem gradu.*

32 *Per subintrationem patris si pretendit filia succedere, necesse est, quòd intret cum qualitate, & sexu, & quòd tunc sub intratio non fiat cum qualitate masculinitatis, dixit hic Author.*

33 *Subintratio non admittitur stante cap. si aliquem, quod vocat proximiorem defuncto.*

34 *Cap. 204. Regis Carol. quod praefert neptem amitae, procedit tantum in feudo paterno, & non materno.*

35 *Statutum, excludens aliquem propter patruum, nõ excludit propter matertera m.*

36 *Statutum, excludens faminas à successione paterna, non censetur excludere eam à successione materna.*

37 *Exceptio notoria proprietatis admittitur in iuditio possessorio.*

38 *Remedium recuperandae competit haredi, inquem fuit translata possessio ciuilis, & naturalis defuncti vigore statuti.*

39 *Possessio non dicitur quaesita, nisi expulsis colonis, & in hoc locutio indefinita non reuelat.*

CONSIL. IX.



IN causa feudorum Castellucij, & aliorum, vertente inter D. Cæsarem de Marchisio ex vna, & Marchionissam Militelli ex alia, primo est videndum, an simus in causa testati, Catherina enim Speciali victima domina, & possedit rix istorum feudorum in suo testamento heredem vniuersalem instituit D. Vincentium Barresi, nepotem ex filio masculo, in omnibus bonis feudalibus in testamento nominatis, inde eumdem heredem vniuersalem fecit in feudo Castellucij, & Graneri, & iure grani, & in hijs feudis, & iure grani videtur se restringere, vt sint filiorum, nepotum, & pronepotum Don Vincentij, & in primis bonis feudalibus nullum fecit fideicommissum, sed libera relinquit cum oneribus expressatis: in feudo autem Granerij, & Castellucij, subdit, quod mortuo quandoque Don Vincentio sine filijs masculis, in tali casu, in eis dem feudis Castellucij, & Granerij succedat Donna Antonina filia, Baronissa Scalettæ, eiusq; filij, &c. & in iure grani succedat donna Helisabetta Barresi, in cæteris bonis allodialibus heredes vniuersales fecit easdem filias, Donnam Antoninam, & Donnam Helisabettam. 2

Don Vincentius hæres vniuersalis in feudalibus præmortuus est testatrici, ad eo quod, quò ad eum, testamentum fuit caduceum. Est itaque primo videndum, an Donna Antonina sit vocata in hunc casum, & iure directo: secundo, posito, quòd sit, an sit vniuersaliter vocata in cæteris feudis, vel iure particulari in re certa, pro vt ex aduerso prætenditur.

Quò ad primum, dicimus quòd sic, quia est vocata per illa verba, quandocunque moriffi senza figli, &c. † ista est substitutio compendiosa, continens diuersa tempora, ad traddita in l. centurio ff. de vulg. & pupill. non dicimus autem ex hoc venire ex pupillari, quę post puberratem expirat, & remanet fideicommissaria, vt dicebat in hoc D. de Grimaldis, sed dicimus venire ex vulgari, quę continetur in dicta compendiosa, l. præcibus, vbi Doct. C. de impub. & alijs substit. omnes in d. l. Centurio, & est magis communis, quicquid aliqui dixerint, teste Oddo Sforza in trat. de substit. in Rub. de compendiosa, parte 5. quæst. prima, & hoc etiam procedit, caducato testamento in personam instituti, ob eius mortem in vita testatoris, Oldrad. cons. 20. Bart. cons. 37. & 38. & hanc esse indubitatam opinionem, & non habere contradictorem, testatur idem Sforza vbi supra, par. 6. quæst. 1. articulo primo, & est tex. formalis in l. vnica, §. in primo, & §. pro secundo C. de cad. toll. † & dicitur tali casu directa institutio, quia vulgaris directa est, si verba sunt communia vt, succedat, &c. vt traditur in d. l. centurio, Sforza par. 4. in verb. succedat, fol. 64. & quòd contineatur vulgaria, etiã per verba communia, idem Sforza eadem par. 5. articulo 3. fol. 150. & in hoc non fit differentia, an sit in re certa, vel in tota hereditate, quia hęc distinctio fit in pupillari, vel fideicommissaria, vt per eumdem, par. 5. fol. 150. & fol. 116. & ratio est, quia vulgaris præsupponit semper hereditatem non aditam, & ideo in ea habet locum necessarió ius accrescendi, vt infra dicetur, in pupillari autem est secus, quia illa, adita hereditate procedit, & ob id cessat ratio inductiua iuris accrescendi, vt per Doct. in præallegatis locis.

Quo † ad secundum, dicimus vulgarem substitutionem in omnib* feudalibus ex dispositione legis procedere, quia aut volumus dicere testatricem voluisse distinguere duo sua patrimonia, feudale scilicet, & allodiale, pro vt facile videtur, & inquolibet voluit facere dispositionem vniuersalem, vt in testamento apparet, & tunc cùm in feudalibus datus sit hęres substitutus in certa re, ne in eo patrimonio videatur intestata in parte decedere, & in parte testata, dicitur iure accrescendi in tota hæreditate feudali facta substitutio, ad notata in l. 1. §. ex fundo ff. de hęred. inst. quæ dispositio, sicuti habet locum in prima institutione, & primo gradu, itaquoque, & in secundo nempè in vulgari substitutione, pro vt est casus noster, cum militet eadem ratio, ita in vulgari substitutione, et similibus tradit Angelus, et post eum Imola in d. §. si ex fundo nu. 84. col. 5. ver. Item subdit hic Angelus. 3

Et siue † consideremus hanc D. testatricem esse militem, quia feudataria, ex traditis per Afflict. in prælud. feud. Pern. cons. 14. num. 7. et de Gregor. de iud. cau. feud. quæst. 18. in fine, quod tamẽ an sit verum, alibi 4

alibi in cauſa Muxhartæ, & in cauſa feudorũ Sancti Philippi habuimus, & videndus eſt Bolognettus conſ. 7. nu. 105. cum ſeq. ſiuè non habemus intentum; & ideo conſiderandum eſt, quòd ipſa duo patrimonia habebat, feudalia ſcilicet, & allodialia, & voluit ipſa diſtinguere, iuxta tex. cum materia in l. ſi certarum ff. de teſtam. mil. in feudalibus fecit vnum hęredẽ vniuerſalem, in allodialibus alios, adhuc in feudalibus in certis feudis per vulgarem vocauit hanc dominam, & loquendo in
5 militæ, quicquid † dixerit gloſ. in d. §. ſi fundo, per tex. in l. 5. ff. de mil. teſtam. communis opinio gloſarum, & Doctorum eſt, quòd in dubio, niſi appareat de mente ipſius militis, nõ dicitur in reſiduo decedere inteſtatus, ſed illa particularis inſtitutio, & ſubſtitutio trahitur ad vniuerſum patrimonium, militare tamen, ſeu feudale, ita Imol. vbi ſupra, col. 1. nu. 74. & latius col. 5. num. 85. de qua licet ipſe dubitet, & in puncto iuris dicat, col. 6. nu. 87. quòd contraria opinio ſit verior, tamẽ col. 8. num. 89. dicit, non eſſe in practica recedendum ab opinione communi, cùm qua etiam tenet, teſtãdo de cõmuni, Cornens in l. prima col. pen. & fin. C. de teſt. milit. & ſequitur improbando Dec. Cagnol. in l. ius noſtrum nu. 9. de reg. iuris quinimo adhuc tenendo opinione Salyc. in l. 1. C. de teſtam. mil. quam refert Imol. ibi col. 7. & 8. habemus intentum, quia vult Salyc. quòd ſi miles in teſtando adhibuit ſollemnitates iuris communis, & tunc procedit opinio gloſæ, & communis, ſin autem, ſecus, & in caſu noſtro iam patet teſtatricem teſtatam fuiſſe in ſcriptis, cùm omnibus ſollemnitatibus iuris communis, imò idem Imol. vol. 7. nu. 88. vult, quòd ſi miles diuidit patrimonia, & facit particulares inſtitutiones, tunc quò ad vnum patrimonium ſine dubio procedit diſpoſitio d. §. ex fundo, & facit ratio conſiderata à Corneo in l. prima num. 4. & 5. C. de teſt. milit. nam in militari in diuerſ. patrimonijs ceſſat ratio iuris acreſcendi, ſecus in vno patrimonio, quia ibi cadit coniunctio, & ideo, niſi expreſſe prohibeatur, procedit ius accreſcendi; cõcluditur ergo, quòd Baronitſa Scalettæ, tanquam vocata in re certa per vulgatem in diſtributione patrimonij militaris, & feudalis, vocetur in totum tale patrimonium, & dicatur vniuerſaliter inſtituta, ſeu directò ſubſtituta, vt tradit clarè Imol. dict. col. 5. num. 85.

Aduertatur tamẽ, quia in tali ſubſtitutione etiã vocata eſt Donna Heliſaberta Faraone in iure graui, quod ſi eſſet feudũ,
6 eſſemus † in caſu, quo duo fuerunt ſubſtituti, & ſic in caſu l. quoties C. de hæred. inſt. vt in ſolidum cenſeantur vocati, vt determinat idem Imol. poſt Salyc. d. col. 5. num. 85. in princip. vel ſi ius graui eſt paganicum, & tunc videtur miſta eſſe patrimonia, & confuſa, ex traditis per eumdem Imol. num. 86. & conſequenter ad idem tenderet, quod Baroniſſa Scalettæ non cenſeatur vocata: verum in hoc pro reſolutione difficultatis, & excluſione dictæ Donnæ Heliſabettę, dicimus, quòd cùm ratione, & diſpoſitione particulari in Regno, feuda ſint indiuiſibilia, & non poſſint ad plures deuenire, quod, quò ad feudalia in totum ſuccedat Donna Antonina, tanquam maior, & primogenita, & ſic dignior, & iſta videtur intentio teſtatricis, iuncta iuris noſtri Regni diſpoſitione, & poſſet poni exemplum, quando teſtator plures filios inſtituereet hæredes vniuerſales in ſeudalib', quia quò ad corpus feudi advnum deueniret, licèt quò ad eſtimationem, ſecus, & hoc, in caſu, quò poſſet diſponere, & ſi eſſemus in feudis pacti, &c. talis inſtitutio regularetur ex modo, quo poſſet, ſeruata iuris Regni diſpoſitione. Accedat in ſimili, quod dicunt Doct. noſtri in ſucceſſione ab inteſtato, etiam feudi hæreditarij, quia habet locum tunc diſpoſitio iuris francorum, ne feudum diuidatur, ſicut ergo ſucceſſio vnius ſalis ab inteſtato reſtringitur ad vnum tantum, ob feudi indiuiduitatem, ita reſtringetur ex teſtamento vniuerſalis illa diſpoſitio iuris,
7 ex d §. ſi ex fundo, facit † etiã in ſimili diſpoſitio tex. in l. 1. C. de ſecund. nupt. vbi vxor non poteſt relinquere ſecundo viro vltra tertiam, & ſic in hoc caſu, frante iuris Prohibitione in perſonam ſecũdi viri, eſt prohibitum ius accreſcendi, Dec. Cagnol. & alij in d. l. ius noſtrum, Iaſ. in l. ſi is, qui ff. de vulg. & pupill. ſic ergo in caſu noſtro.

8 Nec † obſtat l. quoties C. de hæred. inſtit. quia illa procedit, vbi ambo hæredes eſſent capace, et ex hoc tollitur motiuum de Grimaldis, quòd teſtamẽtum eſſet nullum, nam eſſet contra tex. in cap. volentes, quia ſi plures ſunt hæredes, ergo feudum non remaneret integrum.

Nam reſpõſio eſt clariſſima, cùm, regulata illa ſubſtitutione ad Donnam Antoninam

nissa nepotis, obtinens primum locum tē-
11 pore mortis, † quia cùm tale vitium non sit visibile, nec ex testamento apparear, non impedit remedium l. fin. C. de dict. Diui Adr. toll. quod concurrit cum remedio statuti nostri, vt dicunt nostrates ibidem, Guglielmus de Benedict. vbi supra num. 70. Plot. vbi supra, & tradit D. de Campixano in allegationibus Sancti Marci ver. adquod respondetur, nam quòd illa D. Marchionissa sit filia Don Caroli filij præmortui, non constat, nec ex testamēto, nec aliter in processu pro vt legitimè constare debet, & quæ ex aduerso adducuntur sunt scripturæ, & acta inter alias partes, quæ in hoc iudicio non faciunt fidem, nec præiudicant hæredi scriptæ in testamento.

12 Præterea, † si tenemus opinionem, quòd hìc sunt duo testamēta, vnum in feudalibus, & aliud in allodialibus, cùm in feudalibus cesset ratio prætentionis, non debent subuerti ex præteritione, arg. eorum quæ notant Doct. in l. 2. vbi Corneus & Decius C. de testam. milit. & quòd sint duo testamenta, tradit Corneus in l. 1. in principio C. eod.

13 His igitur † sic stantibus, & præsupposito quòd simus in causa testati, inferuntur multa ad tollendas omnes difficultates, quia, siue feuda sint in forma stricta, siue in forma larga, possessio debet continuari in hęredem, stante nostro capitulo Regni, et licèt Gregorius quæst. 18. de iudicijs causar. feudal. ponderando, et arguendo de dominio ad possessionem, voluerit contrarium, nihilominus eius opinio in Regno est reprobata, et ipse met tenuit contrarium de concess. feudi par. 4. quæst. 11. in fine, et secundum hanc opinionem fuit alias iudicatum in causa Frigintini; refert Boniornus super cap. Regis Ferdinandi 43. idem testatur, & refert tenere omnes patres Regni, Ramondettus in allegationibus Sancti Marci in principio, dicens Petrum de Gregorio abertasse toto cœlo, ita quoque Alciat. cons. 272. in causa Golisani, & ita pro claro habitum est in causa Muxhartę, & in causa Maiarrę, de quibus Bolognett. cons. 7. nu. 59. et cons. 5. num. 20. et 36. et latè dixi in causa feudorum Sancti Philippi vbi ita decisum; et ita etiam testatur D. de Campixano in causa Sācti Marci in principio, vbi ita dicit esse receptū in M. C. et obtinuisse in feudo Iampileri, in successione ab intestato, quod est fortius.

Non obstat Capitulum Regni Imperatoris Caroli 118. primo quia loquitur in successione ab intestato, et nulla existente dispositione vltimi, nam præsuppositio, quòd capitulum Regis Ferdinandi loquatur etiam in feudo stricte formę, et sic præsuppositа in capacitate hęredis, clarū est, quòd capitulum Caroli corrigeret tale capitulum si loqueretur in hęrede ex testamento; et ideo intelligēdum est, vt loquitur, nec ex hoc redditur frustratorium, quia satis est, quòd declaret, et decidat illam altam quęstionem de nepote, et patruo. Rursus decidit, non obstante quòd patruus habuerit inuestituram, et realem possessionem in vita patris, et secundū istos terminos regulantur rationes scriptę in capitulo, et hoc dicēdum est, ne sequatur correctio aliorum capitulorū. Ex quibus patet respōsio ad traddita in l. 2. ff. de leg. 1. quia vbi non militaret correctio alterius statuti, procederet argumentum de prohibitione inter vinos ad vltimam voluntatem, et ita loquuntur Doctores in Auten. præterea, C. vnde vir, et vxor; in casu autem nostro vitanda est legum correctio, quatenus est possibile, per vulgares decisiones.

Præterea capitula Regni loquuntur in successione aui, et vbi est lis inter filium secundogenitum, et nepotem ex primo, nos sumus in successione auiæ, vt dicemus latius infra, et inter filiam secundogenitā, et nepotem, et licèt per capitulum 204. idem statuatur in filiabus fœminis, tamen nihil dicitur de continuanda possessione, sed tantùm disponitur circa successionem, per verbum, videlicet, et sic re strictiuè, in cęteris statur capitulo Regis Ferdinandi.

Rursus, et dato, quòd hoc nō procederet, loquitur, retentis eisdem terminis, scilicet in successione aui, nos sumus in successione auię, in qua est diuersa ratio, et per consequens iuris dispositio, vt latissimè in hac eadem causa consuluit Bolognetti cons. 8. et 9. et decemus latè in secundo capite principali, dum disputamus causam in successione ab intestato.

Præterea cōsiderandum est, quòd difficultas esset, quando præsupponeremus, feuda, de quibus agitur, esse pacti, et prouidentię, in illis etiam loquuntur capitula Regni, vel indistinctè, nō data dispositione testamenti. Videndum est primo ergo de formis feudorum, de quibus agitur.

Secundo videndum est quid etiam dicendum

cendum sit data successione ab intestato, & præsuppositaforma feudorum stricta.

Quò adprimum incipiendo à feudis Castellucij, & Granerij, præsupponitur in facto, quòd illorum primus acquisitor fuerit Nicolaus speciali titulo emptionis ab illo Salimbenio de Marchisio, & similiter quò ad feudum Cepollæ Sancti Marici, & Celsi item ius grani.

Nicolaus primus acquisitor fecit donationem Castellucij, & Granerij filio Petro, & ex inde fuit supplicatũ Regi, vt elargaretur forma, & potuit id fieri, etiamsi Nicolao solo, † quia primus acquisitor, se- 14
cundum indubitatam opinionem, nõ ligatur forma, traduntomnes in capitulo volentes: fuit ergo forma ampliata pro se, & hæredibus quibuscunque, & qualitercunq; & istud de primo acquisitore etiam procedit in alijs feudis, de quibus supra, quia quantumcumq; ipse acquisierit cum clausula iuris francorum, tamen, vt dixi, potuit disponere.

Disposuit ergo Nicolaus instituẽdo Petrum filium, & faciendo diuersas substitutiones, vt in tesl amẽto videre est, demum fecit capitulum his verbis, quòd casu, quo filij, & nepotes, descendentes legitimè per lineã masculinam decederẽt, taliter, quòd nullus masculus existeret, & bona hæreditaria peruenirent ad filias, & eorũ liberos, quòd tales debeant accipere nomen, & arma sub pena quòd in casu contrauentionis hæreditas deueniat ad propinquiores cum simili onere, & subdit, quo casu possent succedere filij dictarũ filiarũ suarum, nõ seruata ætatis prærogatiua, imò secundi, tertij, & alij possint succedere, prout eorum parentes disposuerint.

Euenit casus, qnòd, ob defectũ omnium masculorum ex directa linea Nicolai, & filiorum successit D. Catherina vltima Baronissa, & successatrix, & disposuit eo modo, quo apparet per eius testamentũ, ergo eius dispositio attendenda est.

Verũ † difficultas est, vt ex aduerso pre- 15
tenditur, quòd illa verba referantur ad immediata, nempe ad casum, quo ob contrauentionẽ bona deuenerint ad propinquiorem, qui casus non successit, sed hic inrelectus est absurdus ex plurib', primo, quia testator præsupponit dispositionẽ parentum, quæ dispositio non videtur posse adaptari post contrauentionem, quia tunc præsupponeretur, quòd essent mortui, non enim potest venire casus, quò deberent capere nomen, & arma, nisi in casu delatæ hæreditatis, & sic mortuis parẽtibus, quomodo potest attendi dispositio?

Sed ad tollendas difficultates stingitur argumentum, quia in casu cõtrauentionis, vult, quòd succedat propinquior, & istud verbum ponitur ad differentiam filiarum, & filiorum earum, si ergo iste casus enenerit, quomodo potest dici, quòd possit oriri casus, quod filij dictarum filiarum suarum succedant, ipsi enim essent excluſi, dato casu successionis propinquioris, & sic est necesse, qnod ista dispositio referatur ad principalem dispositionem, tanto magis, quia dicit, quòd filij dictarum filiarum, & sic demonstratiuè ad casum supra positum Bart. in l. talis scriptura §. fin. vers. quæro ergo, ff de leg. 1. Decius cons. 277. col. 1. & 377. col. 3. in princ. vers. nec obstat.

Præterea dispositio debet referri ad principale, & nõ ad penam, nam pœna est, contrauentio, Paris cons. 19. nu. 23. 56. & seq. lib. 2. est tex. in l. nam qui liquide, §. fin. & ibi Bart. in fine, ff. de optio. legat. Alex. in l. si idem, §. fin. ff de iurisd. om. iud. Ias. in l. talis scriptura col. fin. vers. 7. intellige.

Præteria in principio priocipalis dispositionis dicitur, in casu, quod absit, inde subditur, qno casu, & sic, verba ista debent esse repetitiua illius casus in principio, & principaliter considerari.

Rursus † relatio debet fieri ad omnia, si 16
subest eadem ratio cap. 2. requiris, vbi oẽs de appell. & in d. l. talis scriptura, ratio autem fuit, non contrauentio, quia illa facit priuationem, sed quòd attendatur dispositio parentum, fuit, quia in eo casu voluit confidere de filiabus fœminis, post quam non aderat linea masculina, quia vndequaque non erant de agnatione; sine ergo successerit casus proprinquioris, siue nõ, eadẽ est ratio, quia omnes, et in omni casu agimus de descendentibus ex fœminis, et forte fuit ratio, vt filij filiarũ essent sub obsequio matruum, et quilibet studere esse ei charus.

Nõ obstat quod in capitulo prædicto dicatur, quòd hæreditas perueniat, &c. quia testator intellexit de omnibus bonis aliodialibus, & feudalibus, vt apparet ex pluribus capitulis antecedẽtibus eiusdem testamenti; tanto magis quia præcisè in feudis voluit seruare prærogatiuam ætatis, & sexus.

Præterea † feuda ista omnino sunt sub 17
qualitate hereditaria, sic citra ius hæredis

capi

capi non poſſunt, Pernus conſ. 7. D. Ioan. Aloyſius in cap. volentes, col. 10 verſ. non obſtat ſecundum argumentum, Socc. Iun. conſ. 114. lib. 2. Pariſ. conſ. 23. nu. 167. vol. 1. Affli&. in cap 1. An agnatus, & quicquid ſit in aliis, in primo acquiſitore eſt clarum quia ipſe poteſt diſponere, & quò ad eum feuda ſunt abſolutè hæreditaria, & alienabilia.

Non obſtat quod ſi iſto modo fieret relatio, ſequeretur correctio, & repugnantia, quia in deſcendentibus ex filiabus fœminis iam teſtator mãdauerat quod ſeruaretur ordo datus.

Sed aduertendum eſt, quòd reſpectu filiarum ſeminarum teſtatoris in primo gradu, in caſu defectus maſculorum, intelligitur diſpoſitio præcedens, & iſte non eſt caſus noſter, incapitulo autẽ de quo agimus, loquitur de filiabus fœminis filiorũ maſculorum, nepotum, & pronepotum, nam in defectu omnium maſculorum, dicit teſtator, quo caſu bona deuenirent ad filias, & earum liberos, & tunc, cùm agatur de fœminis filiabus, non proprijs teſtatoris, voluit, quòd tales filiæ, & deſcendentes capiant nomen, & arma, & ſeruetur alia diſpoſitio, de qua ſupra, & ſic nulla eſt controuerſia, nec repugnantia; & dum dicit teſtator in illis verbis, quo caſu poſſint ſuccedere filij dictarum filiarum ſuarum, illud verbum, ſuarum, non refertur ad teſtatorem, ſed ſuarum, ſcilicet filias illorũ filiorum, nepotum, & pronepotum, & iſta interpretatio facienda eſt ad tollendas repugnantias.

Rurſus in capitulo principali diſpoſitionis expreſsè teſtator voluit, quòd illa conditio, quòd maſculus præferatur fœminis nõ tranſeat virtz deſcẽdentes ex filijs maſculis, faciendo certas differentias, vt in capitulo, & re vera in maſculis teſtatoris, & linea maſculina eiusdem filiarum ſuarũ, videtur quòd teſtator voluerit diſponere illo modo, vbi verò omnes filij maſculi deficerent, tam maſculorum, quàm fœminarum teſtatoris, & bona peruenirẽt ad filias illorum, tunc non videtur, teſtatorem curaſſe de tot, & tantis, ſed, vt dictum eſt voluit conſidere de illis filiabus, & vnica ratione, ſiue interim eſſet contrauentio, ſiue non, vt dictum eſt ſupra.

Et quicquid ſit non eſt abſonum, quòd in hoc vltimo capitulo voluit teſtator ſe corrigere, cùm appareat vnum capitulum
18 venire ad derogationem alterius, † & cùm appareat clara intẽtio teſtatoris, ſtandum eſt vltimæ diſpoſitioni, ad notata in l. nam ad ea, ff. de condit. & demo. & in l. pacta nouiſſima, C. de pactis.

Præſuppoſito igitur quòd Nicolaus, primus acquiſitor voluerit eo modo diſponere, vt dictum eſt.

Videndum eſt quoque an potuerit. Et quò ad feuda hereditaria eſt indubitatum in Regno.

Quò ad feuda Caſtellucij, & Granerij, ve dictũ eſt ſupra ex vltima ampliatione, erãt in forma larga, cum poteſtate faciendi ad libitum, nec iſtud eſt dubitãdum in primo acquiſitore, Pernus conſ. 7. quem mordet D. Io. Aloyſius in cap. volentes, in primo effectu in examine clauſulæ iuris francorũ.

19 Et cùm † Rex de nouo conceſſerit dando nouam formam, dicitur facere feudum nouum, Andr. & Affli&. in cap. 1. de vaſſ. decr. etat. nu. 21. & quòd voluit Rex, apparet clarè, tanto magis, quia aliter non eſſet ampliatio, et licèt in ea cõfirmet primam venditionem, inqua eſt clauſula iuris francorum, ramen confirmat addendo. et
20 mutando, imo † quia confirmat addendo de nouo dicitur dare, ſaſet alij in l. ius autem ciuile, ff. de iuſt. et iure. Patet etiam ex rationibus, de quibus in prohem. nec poſſunt adaptari, niſi in caſu omni modo am-
21 pliationis, nam † clauſula iuris francorum reſtringit, et limitat, vt citius veniat ad fiſcum, Pernus conſ. 7. nu. 11. Greg. de conceſſ. feudi 3. par. principali quæſt. 5. verſ. 1.
22 caſu, † ſtante ergo cõſenſu Nicolai, primi acquiſitoris, nõ eſt dubium, quòd Rex potuit mutare formam, Pern. in 4. notab. col. 12. verſ. quinimo, Greg. vbi ſupra 5. quæſt. 3. par. verſ. 2. caſu, Bongior. in alleg. ſuper forma Comitatus Goliſani, prope mediũ, et hic nõ eſt neceſſe intrare ad ampliationem factam, et ſi fuit ſubreptitia, nec ne, quia, etiam ea nõ obſtante, potuit primus acquiſitor diſponere, etiam ſi feudum ſit cum clauſula iuris francorum.

Ita omnes incapitulo volẽtes, vbi Cancnicus et eſt, vt dictũ fuit ſupra, in Regno indubitata opinio.

Difficultas tamen conſiſtit, quia Nicolaus primus acquiſitor poſt venditionem, et confirmationem, donauerat Petro filio propter nuptias, et ſic non videtur quòd potuit nec ampliando, nec aliter derogare, et diſponere, et in ſuo teſtamẽto etiam
23 nõ potuit quicquã facere, † quia perfectæ donationi nihil potuit addi, nec diminui,

eiusq; donatio fuit cõfirmata authoritate sua, tanquam Vicegregis, quod potuit, atg. notati. in l. si consul. ff. de adoptio.

24 Et quod † Vicerex possit prestare assensum, Capic. decis. 136. nu. 10. & seq. nec in ampliatione, concessa per Regem Alfonsum, aliqua est facienda difficultas, cũ nihil

25 fuerit expressum de hoc, † & sic censetur subreptitia gratia, adtradita in cap. super literis, de rescript. & fortius voluit. Afflict. in constit. vt de successionibus col. fin. & Loffred. cõs. 47. col. 1. maximè quia in priuilegio adest clausula, iuribus alterius, &c.

26 Non obstat † quòd Petrus donatarius acceptauerat hoc priuilegiũ gratia amplationis cõcessæ patri, quia potest dici, quòd non potuerat præiudicare successoribus, & agnatis, cum in sui personã hoc feudũ dicatur paternum, & antiquum, Pernus in 4. notab de Gregor. de concess. feudi 5. q. 4. par. principalis, quòd autem sit feudum antiquum, patet ex traditis per Iser. in cap. 1. de vassall. decrep. ætatis, semel enim fecit transitum ad Saluum, cap. 1. de eo qui finem agnat. sec. cap. 1. §. et si libellus, & ibi Iser. de alien. feudi par.

Tanto magis quia Nicolaus disposuit de bonis suis, & non videtur disposuisse de feudis, quę donauerat filio. Hęc sunt quę ex aduerso deducta sunt, & possent considerari contra D. Antoniham.

Sed meo iudicio facilis resolutionis sũt, quia, præsupposito quòd Nicolaus erat primus acquisitor, & potuerit disponere, sequitur, quòd potuit in quemcumque, & quomodocumque alienare; alienatio ergo in filium fuit in forma larga, dando ei potestatem alienandi, &c. in personam ergò Petri feudum erat alienabile, et sine agnatis, et ipse Petrus esc primus acquisitor, ergo ipse exinde potuit cõsentire, acceptando ampliationem, vt contraria procedant in feudo antiquo, de quo successor nõ possit disponere, sed in feudo successit ex dispositione primæ formæ strictę.

Præterea donatio fuit facta, reseruato consensu Regio, et sic conditionaliter, et licet ipse vti Vicerex præstiterit assensum, tamen nõ est dicẽdum, qnòd ex hoc non fit conditionalis

Ex hoc etiã infertur, qnòd ipse potuit, et voluit de feudo disponere in testamento cum consensu Petri, qui nunquã reclamauit, † et donans potest apponere in re

27 donata vincula, & cõditiones, si illum donatarium hæredem instituat, et hęres cõsentiat, et nõ potest contrauenire, ita Corneus cons. 87. nu. 11. & 12. lib. 2. Curt. Iun. cons. 54. nu. 12. Menoch. cons. 196. nu. 13. vol. 2. quę tanto magis clara apparent, cùm in ampliatione facta in personam Petri, idem Petrus dicit succedere ex forma priuilegij, & nulla fit mentio de donatione, sibi facta, imò in inuestitura, seu priuilegio dicit, se succedere vti filium, & heredem Nicolai.

Et quatenus non valeret dispositio Nicolai, tante donatione, sibi facta in larga forma, in eo iure hęreditario successit vltima Donna Catherina; nec obstat quod in eo successit Io. Mattheus, qui certam fecit dispositionem, nam Io. Mattheus, instituto Petro filio, vinculauit in masculis, & expressè excluſit fœminas; ex Petro nemo fuit filius, et ideo successit Nicolaus, alter filius Io. Matthei, in quo casu etiam censetur excluſisse fœminas illis verbis, prout ęse dictum de filijs Petri.

Sed quicquid sit, hæc dispositio fuit facta, succedente masculo ex Nicolao, & Petro, et quia ex Nicolao successit Catherina Spetiali, filia fœmina, ille casus est omissus, et in hoc nõ censetur facta aliqua dispositio, et sic remansit feudũ in sua forma, et dato qnòd Ioan. Mattheus fecerit alias dispositones, vocãdo Constantinam Campiso, filiam testatoris, tamen ipsa est vocata in defectu filiorum indistinctè Nicolai, et Petri, et quicquid sit, cum cliens mea, et Marchionilla ex eadem Donna Catherina veniat, non potest allegari ius tertij.

Sequitur ergo ex præmissis, qnocunque voluet se pars, hoc feudum Castellucij in personam D. Catherinę erat in forma larga, et de eo ipsa potuit disponere.

28 Quo verò † ad feudũ Graneriorũ illud est inb clausula, pro hęredibus de suo corpore, et sic in forma mista, et admissa opinione communi, et indubitata in Regno, quòd sit forma stricta, licet cum qualitate hæreditaria, tamen, licet non possit extra descendentes disponere, potuit tamẽ postergare, et disponere in quem voluit D. Catherina de suis descendentibus, Pernus cons. 4. et cõl. 13. Omnes in cap. volentes, de Gregor. de concess. feud. 2. par. in 10. q. & in 10. q. 5. par. licet Doct. exteri disputent, præsuppositis terminis feudalibus de iure communi, secundum quos vassallus non potest disponere, et forma, pro hæredibus, restringitur ad hæredes sanguinis,

quod

quod in Regno noſtro non eſt, ſtante cap. volentes, & ſic D. Catherina, vel vti domine feudi, vel ſtante poteſtate conceſſa in teſtamento Nicolai, potuit facere diſpoſitionem, quam fecit.

29 Quò verò ad † feuda Sancti Marci, la Cipolla, & alia, quæ ſunt cũ clauſula iuris francorum, dato quòd non poſſit fieri poſtergatio, Gregor. in 2. part. principali q. 8. Frece. de ſubfeudis q. 1. tamen cum Nicolaus fuerit primus acquiſitor, potuit etiam in hijs feudis diſponere, vt dictũ eſt ſupra, & dato quod Donna Catherina nõ diſponat tanquam prima acquiſitrix, tamen eligit, & diſponit ex poteſtate ſibi eõceſſa à Nicolao primo acquiſitore, per tex. in l. vnum ex familia, §. 1. & ibi Batt. & Doct. ff. de leg. 2.

Quò ad feudum montis Dimitis, & feudum Didini, illud apparet conceſſum per Regem Martinum Corrado Lancea pro eo, & hæredibus, de ſuo corpore, Corradus fecit donationem Petro filio pro ſe, & hæredibus de corpore, &c. & in defectu maſculorum, quòd veniat ad fœminas Petrus inſtituit Cęſaream filiam, & ſub certis alijs diſpoſitionibus, & ſic huc vſq; eſt forma miſta ſine clauſula iuris franeorum.

Et aduerſo præſentatur quędam prouiſio eõfirmatoria in perſonam Vaſſalli viri Cæſareæ per Gubernatorẽ eammeræ, ſed cum in ea dicatur, iuſta formã ptiuilegij, & confrat de primo priuilegio, ſecundum illud eſt dicẽdum eſſe feudum, quia, apparente veraforma, ſtandum eſt illi, & indubitata eſt opinio, & eõſequenter ſuccedit quod Cathetina potuit poſtergare, & diſponere.

Feudum Caſſibilis fuit conceſſum Iacobo de Arizo in anno 1399. in quo fit mẽtio de alio, pro eo, & hæredibus de corpore.

Et ſic eſſet in forma, miſta & potuit fieri poſtergatio, vt ſupra.

Ex hijs ergo ſequitur abſolutum ſecundum capur principale de formis feudorũ, & quòd Domina Catherina poterat diſponere de hijs feudis, rãquam in forma larga, vel tali, quæ non repugnet diſpoſitioni factæ.

Quantum attinet ad alind eaput principale, nempe ad cauſam inteſtati illius cõdam Dominę Carherinæ, concurrit Donna Antonina, Baroniſſa Scalettæ, filia ſua, obtinens tempore mortis primum gradũ, &, nullo ſuperexiſtente maſculo, concurrit etiam Donna Catherina Marchioniſſa Militelli neptis ex filio primogenito, iam defuncto tempore mortis auiæ; eſt ergo preferenda Donna Antonina, quia filia; & ſic proximor defunctę ex diſpoſitione capituli, ſi aliquem, & quia maior natu; prærogatiua ſexus non adeſt, nec capilli, quo fit, vt ſine dubio ipſa veniat præferenda.

30 Nec in hoc † attendenda eſt forma feudorũ, quia ab inteſtato, qualiacumq; ſint, attenditur iuſtancorum, ex diſpoſitione tex. & ibi Doct. in cap. ſi aliquem.

Difficultas ergo poteſt ſtare in duobus, primo, an Marchioniſſa poſſit excludere Donnam Antoniam per ſubintrarionẽ, in locum patris præmortui, qui ſi viuens eſſet, excluderet Donnam Antoniam; ſecũdo, an ex perſona proprtia circũſcriptis capitulis nouiſſimis.

De ſecundo eſt parua difficultas, quia conſiderando iſtas Dominas de per ſe, ex omnibus prerogatiuis iſta Domina Antonina præfertur in ſexus prerogatiua nulla faciẽda eſt conſideratio, nec in prærogatiua capilli, quia† illa non habet locum in exiſtẽtibus in diuerſo gradu; de iure enim communi non conſideratur hęc prerogatiua, Andreas in cap. 1. de nat. ſucc. feudi num. 12. et ob id attendenda eſt diſpoſitio conſtitutionum Regni, ſecùndum quas ſorores, exiſtentes in capillo preferuntur maritatis, et ob id eùm ſint correctorię iuris communis, debent intelligi de veris ſororibus, et exiſtentibus in eodem gradu, et in Regno eſt indubitata opinio, Io. de Anſalano in cauſa feudi Formicæ, vbi refert, ſe vidiſſe multas allegationes Parruum in Regno, idem Pernus conſ. 12. et 13. et de hoc habetur lariſſimè in conſ. Bolognete. 8. num. 12. et conſil. 9. num. 59. cum ſeq. et quia ex aduerſo ſuper hac prerogatiua nõ fit difficultas, ad alia procedamus. Altera eſt prerogatiua gradus, ſecũdum, quam, nulli dubium, quòd preferrur Donna Antonina, quia in primo gradu, Domina Marchioniſſa in ſecundo, in linea aſcendenti l. iuris conſultus §. 1. et 2. de gradibus, et inſt. eod. §. 1. et 2. Quarta eſt prerogatiua gratis, et ſimiliter quia Donna Antonina maior natu.

32 Difficultas ergo conſiſtit in primo, † an preferenda ſit per ſubintrationem, et in hoc non ſolum oportet partem aduerſam fundare, ſe intrare in locum patris, ſed etiam, neceſſe eſt, quòd intret cum qualitate, et ſexu, et in hoc verior, et crebtior opinio eſt pro nobis, et fuit opinio Bart.

in l. prima §. quod si filius, ff. de coniug. cum emancip. lib. & in l. 1. §. si sit nepos, ff. de coll. dotis. Doct. communiter in l. venia C. de in ius vocand. Blasc. in cap. si aliquem in 1. par. 3. quæst. principali, Fimia in allegat. Misitindini, & Bolognett. d. conſ. 8. n. 9. & conſ. 9. num. 47. cum ſeq. imò nu. 49. refert quam plures loquentes in nepote, & amita, vt non excludatur amita: in nepte vero, & amita pene oēs concordare, dicit ipſe, & illam opinionē approbaſſe cōſuetudinē inueteratā in Regno, & rurſus, quòd data adhuc inbintratione, non fiat in qualitate maſculinitatis, nec in ſexu, idem Bolognett conſ. 9. nu. 57. quibus addo quam plures citatos à Tiraq. in tract. de primogen. quæſt. 4. nu. 53. Afflict. poſt Petrum de Monte ſorte in cap. 1. nu. 20. de nat. ſucc. feudi, vbi dicit, quòd Neapoli recuſant ſumere patrocinium pro neptè, quia in capite ſuo nunquam potuit habere locum hæc opinio, quem, & alios quam plures, & pulcherrimis rationibus firmans hanc opinionem, refert, & ſequitur Regens de Ramoudettis in allegationibus Sancti Marci, ver. & ſi adhuc ceſſarent præmiſſa.

33 Et maximè, † quicquid ſit de iure communi feudorum, ſtante diſpoſitione capituli, Si aliquem, quod vocat proximiorē defuncto, res eſt ſine difficultate, quòd nō admittatur ſubintratio, Andreas in cap. 1. de grad. ſucc. in feud. cum infinitis alijs, quæ congerit Ramōdettus, ver. & ſic ſpeciabiles domini, vbi multiplicitè in ver præterea, vult, quod ſive agamus de ſucceſſione avi, ſive patrui, ſive aliter, non datur ſubintratio, cùm ex forma d. capituli ſuccedat non proximior ſimpliciter, ſed qui reperitur proximior tempore mortis, allegat Parl. conſ. 37. nu. 4. & 64. cum ſequen. vol. 2. & ex noſtratibus allegat Saccuraſam ſuper cap. Volentes, Perno conſ. 11. 10. Aloyſ. in apoſtill. ad capitulum Si aliquem, præſorore contra nepotem, & dicit eſſe communem opinionem in Regno D. Gregor. in tract. conceſſ. feudi 4. part. quæſt. 10. verſ. eamdem illationem intelligo, & quam plures alios, dicentes, ita in M. C. fuiſſe iudicatum. Rurſus refert, ita fuiſſe iudicatum temporibus ſuis in cauſa feudi Caieni, contra Fidericum Campixanum pro Rugerio Ruffino.

Et in eadem opinione ego allego eumdem Capixanum in eisdem allegationibus primis, prope finem, vbi concludit, in Regno non dari ſubintrationem, ſtante diſpoſitione capituli, Si aliquē, & dato quòd daretur, tamen non cum qualitate maſculinitatis, & in ſecundis allegationibus in principio.

34 Prædictis † non obſtat diſpoſitio Capituli nouiſſimi, dum deciditur, neptem præferri amitæ, quia debet intelligi in terminis, in quibus loquitur, nempe vbi ſumus in feudo paterno, & vbi agitur de ſuæ ceſſione aui, ſecus in caſu noſtro cùm agamus de ſucceſſione auiæ, & de feudo materno, & iſta quæſtio in ſpecie examinatur per Bolognett. d. conſ. 9. nu. 9. cum ſeq. multis rationibus & à nu. 76. vſque ad finem ottendit, hæc capitula eſſe correctoria iuris communis, & debere reſtringi ad terminos, de quibus exprimitur in capitulo, & quòd caſus noſter, veluti omiſſus, remaneat in diſpoſitione iuris communis; allegat etiam quam plures authoritates.

Sed magis ad rem eſt pulchra deciſio Corneī in l. illam C. de collat. col. 1. & 2. vbi poſt Bald ibi, & in l. Quicumque C. de ſetu fugit. vult, ceſſare ſtatutum, vbi ceſſant verba, nec trahenda eſt deciſio ad ſimiles caſus, 35 † & obid excludens aliquem propter patruum, non cenſetur excluſio facta propter materteram, & dicit, habuiſſe in facto proprio, & conſ. 82. lib. 4. refert Capr. Soec. Aret. & alios Peruſinos ſe ſub ſcripſiſſe, & fuiſſe iudicatum in cauſa ardua, idem Bald. in l. diuturna, ff. de leg. vbi propriè vult, conſuetudinem ſcriptam loquentem de prælatione primogeniti in bonis patris, non habere locum in bonis matris, quia talis prælatio eſt contra ius commune, & licet ſubdat, niſi fortè in ſucceſſione feudi, quia eſt præterius commune, tamen loquitur Bald. in caſu, quo ſuccеſſio feudi non ſit cognita, nec proniſa de iure feudi, quod non eſt in caſu noſtro, cùm ſit proniſum de iure Regni, & ſic præſuppoſita correctione, non eſt dubitandum; idem Corneus conſ. 190. vol. 2. † vbi ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione patris, non cenſetur excludere à ſucceſſione matris, quos & alios refert Bolognett. d. conſ. 9 nu. 90. & ſeqnen. 36

Nec in caſu noſtro poteſt conſiderari ratio identitatis, quādoquidem ſi eſſemus in nepote, & amita, forte poſſet conſiderari ratio conſeruandæ agnationis, ſed nos ſumus in amita, & nepte, nec poteſt conſiderari ratio in abſtracto, quia ſumus in

feudo

feudo fœmineo, & materno, & non in paterno.

Per quam rationem apertè dicimus capitulum Caroli 118. loquti in succeſſione aui, & in feudo paterno, & ſimiliter capitulum 204. quia ita verba ſonant, & in caſu, quo ceſſat ratio conſeruandæ agnationis, non poteſt allegari ratio aliqua, niſi, quòd ita viſum fuit imperatori ſtatuere in eo caſu; & ideo verba clara non ſunt trahenda in conſequentiam, præſertim ad correctionem.

Ex quibus, & alijs latiſſimè Bolognetus concludit in fauorem Donnæ Catherinæ quod conſilium edidit in vita Donnę Catherinæ; & ideo conſuluit ipſe, vt poſſit in teſtamento relinquere, vel inter vinos, vt ipſe in fine.

Iſtis ergo, ſi in meritis, ſiue ſimus in caſu teſtati, siue inteſtati)præſuppoſitis, intrandum nō eſt ad merita poſſeſſorij, cùm apparet clariſſimè de meritis, & hinc inde ex voluntate vtriuſq; ingreſſum eſt ad merita, Brunus conſ. 19. in feudalibus.

37 Et in hoc † iudicio admittitur exceptio notoria proprietatis, Menochius in tract. adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 672. nec ſufficit proteſtatio in contrarium, A retin. in §. nihil commune col. 7. Felyn. in cap. Inter monaſterium, num. 23. de re iud. Cravet. conſ. 248. num. 4. & conſ. 299. & dixt. aliàs latè in cauſa Veriæ.

38 Præterea † ſi iſta Baroniſſa Scalettæ eſt hæres, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ergo in eam eſt traſlata poſſeſſio ciuilis, & naturalis corpore colonorum, & coloni teſtatoris ſunt coloni hæredis, nec aliquid datur medium, & ideo competit remedium recuperandæ, omnes Doct. ſuper capit. Regis Ferdinandi 43. nec ex hoc, quòd datur remedium ſpolij, ceſſat interdictum adipiſcendæ, & retinendæ, quia imo omnia concurrunt, vt teſtatur Ramundettus in d. conſ. Sancti Marci, & diximus in cauſa feudorum Sancti Philipp. & in cauſa Veriæ.

Et Plotus, & alij in contrarium, loquuntur in terminis ſtatuti, non continuantis poſſeſſionem, & ideo volunt procedere, niſi interim ab alio apprehendatur poſſeſſio, nec ad rem facit, quòd poſſeſſio facti nō annullatur à capitulo Regni, quia iſtud eſt vanum, & contra omnes communes concluſiones Regni, & eſt merum ſomniū nec i hoc caſu Baroniſſa ſuſpicata eſt poſſe repelli, nec debuit, quia ſtatim atque ſciuit mortem Donnæ Catherinæ, miſit pro capienda poſſeſſione, & procurationes per eam factæ fuerunt, tam iure ab inteſtato quam etiam ex teſtamento, & omni meliori modo, vt ex ſcripturis apparet.

Nec opus habuit expellere colonos, quia non animo acquirendi de nouo, ſed continuandi ſaltem ratione ciuilis ingreſſa eſt.

Accedente ergo ſequeſtro abiuit, & idcirco in ea poſſeſſione, in qua tunc erat, hodie manutenenda.

Et cum ſit iuſtior poſſeſſio poſſeſſione aduerſa, cum violenta, & clandeſtina, & de recenti ſit, procedunt deciſiones claræ, & vulgares Ploti, Achill. Perſonalis, Mazoli, Socc. Iun. & aliorum, &c.

Tanto magis, quia ſi benè conſideren-
39 tur omnes actus poſſeſſionū ex aduerſo, † ex illis nulla apparet quæſita poſſeſſio, nō data expulſione Colōnorum omnium, vt neceſſe eſt, ex tradditis communiter in l. peregrè §. quibus, ff. de acquir. poſſ. & Bero. in vulgata ſua deciſ. conſ. 47. & licèt in aliquibus actibus fiat mentio, quòd fuerunt inuenti coloni ad recognoſcendum, tamen non ex hoc apparent expulſi; imò apparet de toto cōtrario, & quo ad actus, in quibus fit mentio de expulſione, apparet non fuiſſe omnes expulſos, nec loquutio indefinita in hoc reuelat, ex tradditis per Bero dict. cōſ. 47. Apparet igitur, quòd circumſcripta poſſeſſione corporali, iſta Antonina præferenda eſt, & ea etiam conſiderata, ad huc ius fouet ex præmiſſis.

Ex quibus omnibus indubitanter arbitror concludendam eſſe in fauorem iſtius Donnæ Catherinæ, ſeu ſuorū hæredum, vt ipſi admittantur, & præferantur in ſucceſſione feudorum, ſublato ſequeſtro, eiſq; tradatur poſſeſſio.

ANNOT. PETRI FILII.

Quod dicit dominus meus ſub n. 17 feuda ſcilicet ſub forma hæreditaria citrà tus. & nomen hæredis capi non poſſe ex caſionem præbet, vt compendiario repetamus, quæ dicātur feuda hæreditaria, quæque pacti, & prouidentiæ, nam, etſi ab omnibus tam in lecturis, conſilijs, & tractatibus, hoc ipſum fuerit latiſſimè diſcuſſum & indagatum, attamen quo attinet ad applicationem, in Regno noſtro, ſtantibus peculiaribus diſpoſitionibus, & capitulis, tum

tum de ſucceſſione, tum de alienatione feudorum loquentibus, operam, & oleum nos perdidiſſe, haud cenſendum erit, ſi quæ dicta fuere lõgo verborum apparatu à doctiſſimis viris, breui hic comprehendemus eloquio.

3 *Ad eognitionem, itaque, terminorum, neceſſariam profecto, vt appoſitè ſcire valeamus deciſiones, & auctoritates applicare, primò dicendum erit, feudum pacti, & prouidentiæ ſtare poſſe tanquam genus feudorum, & tanquam ſpeciem, quemadmodum adoptionem duplicitèr ſumi dicimus, vt genus, quod comprehendit vtramque adoptionis ſpeciem, arrogationem ſcilicet, & adoptionem. & vt ſpeciem, dum is adoptatur, qui in aliena poteſtate reperitur, differentem ab arrogatione, quæ fit, quando quis ſui iuris in alienam tranſit manum, Inſt. de adopt. §. adoptio. Feudum, itaque, pacti, & prouidentiæ genus dici poteſt, quia eum omne feudum dicatur prouenire ex pacto contrahentis, prouidentia q; concedentis, vt att Thom. de Marin tit. de feud. pact. & prouid. n. 13. comprehendit propterea tum feudum hæreditarium, quod Neapolitani dicunt pacti, & prouidentiæ hæreditarium, & feudum pacti, & prouidentiæ non hæ-*

2 *reditarium, † ita Camer. in cap. 1. an agnatus, &c. in prima quæſt. ex auctoritate Andreæ in cap. 1. col. 2. de alien feud. pat. in cap. 1. qui ſucceſſ teneant quandoquidem affirmant ipſi, nil probiberi quin qualitas hæreditaria concurrat eum qualitate ſanguinis, ſuper quo innixa eſt prouidentia legis, ita Camillus de Curte in diuer. feud. §. multoties par. 1. fol. 44. Fungitur vice ſpeciei feudum pacti, quando in eius inueſtitura nulla fit mentio de hæredibus, diſtinctum ab hæreditario, cuiuſmodi eſt, quando tenor illius inueſtituræ de hæredibus habet, quod Neapolitani hæreditarium, vel eum qualitate hæreditaria appellant.*

3 *Verba iſta ex pacto, & prouidentia, vocant magiſtralia, quaſi à magiſtris, & interpretibus adinuenta, quæ variam habuerunt intelligentiam, de qua per Thom. de Marin. vbi ſupra n. 17. aliqui namq; verbum illud, prouidentiæ, ad concedentem dominum referunt, verbum pacti, ad recipientem, & vaſſallum, quaſi quod feudum ex prouidentia domini, qui primo inueſtito & ſilys prouidere voluerit, & ex pacto recipientis, qui ſibi, itidemq; & filijs proſpicere curauit, & feudum aequirere, prouenire dignoſcatur, ita Camer. in cap. Imperialem §. præterea ducatus lit. n. fol. 94. Franciſcus de Ponte deciſ. 11. 26. & ſeq.*

4 *Noſter Pernus in conſ. 7. relatus à Thoma de Marin. vbi ſupra n. 24. arbitratur, vt vbicunq; ex prouidentia principis datur certa, & determinata forma conceſſionibus feudorum, illa forma tamquam lex feudi ſeruari debeat, qua prouidentia pacti dicitur, vnde feudum ex pacto, & prouidentia nuncupetur. Alios intellectui, quos refert Thomas de Marin. omittimus eos etenim hic referre, aut examinare haud expedit.*

5 *Hinc Frãc. de Ponte lect. 1. prælud. feud. n. 121. hanc differẽtiam feudorum tradidit, vt aliud feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium, aliud ex pacto, & prouidentia nõ hæreditariũ appellari valeat, eũ omnia feuda (vt ipſe, appoſitè arbitratur) ex pacto, & prouidentia reſpectu concedentis & receipientis dici poſſint, quadã hæreditaria tamen, quædam non hæreditaria, id ipſum ex noſtratibus Baptiſta Platamonius in cauſa Furnari dixerat, vt refert Cannet. in cap. volentes, §. conſequenter, n. 23. fol. 46. Quando vero, & quibus verbis feudum ex pacto non hæreditariũ concipiatur. poſuit Thom. de Marin. vbi ſupra n. 25.*

6 *Secundum itaq; Neapolitanos feudum ex pacto, & prouidentia illud dixeris, in cuius inueſtitura nulla fiat mentio de hæredibus, vt docet Franc. de Ponte in lect. 19. n. 12. hæreditarii vero, quando in conceſſione de hæredibus habeatur, idem de Ponte in prælud. lect. 1. n. 113. & Camill. de Curte d. §. multoties n. 48. quod, & verum aiunt ipſi, etiam ſi in formula verba, de tuo corpore legitimè deſcendentibus, vel clauſula iuris francorum addatur, idem de Curte, n. 52. quod tetigimus ſupra in alijs annot. quibus addi poteſt Mandell. conſ. 755. n. 11. & de Ponte lect. 20. n. 3. & ſeq. Hæc de feudo hæreditario ſentiunt Neapolitani.*

7 *Nos ſicuti (quælibet prouincia abundat in ſuo ſenſu) licèt feudum, conceſſum prote, & hæredibus, dicamus hæreditarium, ex auctoritate Andreæ in cap. 1. § hoc quoque, de ſucceſſ feudi, & in cap. 1. an agnat', et alio rum, quos recenſet Schrader. de feud. par. 2. cap. 3. n. 19. & ſeq. Mandell. conſ. 755. n. 10. baneq; ſententiam omnes in Regno tenere teſtatur Cannet. in cap. volentes, §. conſe-*

8 *quenter fol. 45. n. 11. † attamen quia feudũ hæreditarium in duplici ſtare poſſe differentia, vt vnum dicatur omnino hæreditariũ alterum non omnino, ſed mixtum, tradit poſt alios Franc. de Ponte dicta deciſ. 11.*

nu. 12.

9 n.32. & ſeq. nos † propterea cum de feudo hæreditario verba facimus, de feudo omnino hæreditario, & tranſitorio ad omnes, etiã extraneos hæredes intelligimus & pro vt ſi dictum in inueſtitura fuiſſet, pro te, et quibuſcũq; hæredibus quod abſolute ad quoſcunque vadit, Franc. de Ponte lect. 11.n. 170. appellat propriè hæreditarium Dec. ian. conſ. 117. n. 25. lib. 3. Mandel. conſ. 405. n. 1. 1. id fieri apud nos ſtante diſpoſitione cap. volẽtes, dicendum eſt, cuius vigore, vel eſt

10 affirmandum, ſignificationem † verbi, hæredis, fuiſſe extenſam ad omnes, & quoſcunque hæredes, quæ de iure feudorum tantum ad hæredes ſanguinis videbatur reſtricta, vt ait Gregorius de conceſſ feudi par. 4. queſt. 15. vel, vt placet Cannet. in d. §. conſequenter, remanente in ſuo ſtricto ſignificatu, verbo, ideo feudum dici tranſire in extraneos, vigore cap volentes, cum ex illius diſpoſitio-

11 ne † domini conſenſus preſtetur, quo accedente in alienatione feudi hæreditarij, quod ſucceſſor nõ poteſt habere ſine qualitate hæreditaria, is facto defuncti propterea non valeat contrauenire; imo nec facto inuentario feudum reuocare, inuentarij enim con-

12 fectionẽ † non iuuare hæredem in feudo hæreditario, eſſe in Regno receptum teſtatur Cannet. quod & aſſerit Franc. de Ponte conſ. 10. n. 43. & conſ. 33. n. 6. Pern. conſ. 2. n. 5. Bertrand. conſ. 303. vol. 6. de quo Neapolitanorum. & aliorum recenſet opiniones Roſental de feudor. ap. 9. concluſ. 72. Sedunꝺ ſit, vel alterum verius altero, oſtendere ſufficit in Regno, feudum illud, hæreditarium omnino, & abſolutè haberi, quod pro te, &

13 hæredibus reperiatur conceſſum, † quod illud in forma larga, & ad omnes etiam extraneos hæredes vniuerſales, vel particulares, iuxta terminos iuris Romanorum, tranſitorium, ait Gregor. de conceſſ. feudi par. 6 queſt. 2. n. 10. & eum Franciſcus de Pon-

14 te † ad tres ſpecies reducat feuda, in deciſ. 11. n. 41. aliqua enim dicat omnino hæreditaria, qua tranſeant ad quoſcunque hæredes: alia ex pacto, & prouidentia non hæreditaria: aliqua hæreditaria, palam ſit, Siculos à Neapolitants in hoc diſſentire, vt illi, feudũ hæreditarium omnino affirment, cõceſſum pro te, & hæredibus, de quo habet text. in cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. iſti verò, idem hæreditarium non omnino, ſed cumqualitate ſanguinis appellent vt aditus nemini præſtetur ad illud, niſi hæ-

15 redi deſanguine primi inueſtiti, † Franc de Ponte conſ. 52. n. 15. & ſeq. Mandel. conſ. 405. n. 4. quod nos in feudo forma mixtę expoſtulamus, quale feudum, in cuius conceſſione, verbo, hæredibus, additur aliquod adiunctum, quod latum illud verbum, hæredibus, reſtringat ad hæredes ſanguinis, reputamus.

16 Aduertendum eſt, tamen, diſtinctionem Franciſci de Ponte, quod poſſe dici de feudo proprio, eũ hæreditarium tranſitorium ad omnes hæredes, habens clauſulã degenerantem à propria natura feudi, feudum propriè non valeat, appellari Mandell. conſ. 541. n. 12. Dominus meus in conſ. 30. n. 12.

17 Hãc eamdem diſtinctionem alij Doctores de feudo hæreditario abſolutè, & non abſolutè prędicti ſtunt, vt primũ tranſire ad omnes alterum verò tãtum ad deſcendentes primi inueſtiti profiteantur, de quibus per Franc. Bece. conſ. 88. nu. 8. & ſeq. Diſcenſus, itaq; inter Neapolitanos, & Siculos, ex diſpoſitione cap. volentes, prouenire ſatis compertum eſt.

18 Cęterum Neapolitani, vt ſupra annotatimus in conſil. 6. ſemper feudum hæreditarium, quotieſcunq; in inueſtitura reperiatur verbum, hæredibus, dicunt, nec in alteram tranſire ſpeciem, ſi verbo, hæredibus, addantur verba illa, de tuo corpore deſcendentibus, vel clauſula iurit fracorum affirmant, nos verò Siculi, ſi reperatur aliquod adiunctum, quo reſtringi ſignificatio illius verbi, hæredibus, videatur, non hæreditarium, & mixti appellamus, Petr. de Gregor. par. 6. queſt. 10. n. 19. & ſeq. de conceſſ feud. & queſt. 11. n. 4. plures cumulat Bonif. Roger. conſ. 2. vol. 2. nu. 17. & ſeq.

19 Illud idem Frãc. de Ponte deciſ. 11. n. 36. & Camer. ex pacto, & prouidentia hæredi tarium, & mixtum appellat, cum in eo non poſſit ſuccedere quilibet hęres, ſed tantum is, qui ſanguinem à primo acquiſitore recognoſcat, in quo, etſi conuenimus in eo, tamen, quod aiunt ipſi, neceſſarium nimirum eſſe, quòd ſimul ſit ſucceſſor de ſanguine, & hæres vltimi morentis, ex Frecc. de ſubfeud. lib 3. for. 3. in fine, non idem ſentimus, vt inferius dicemus.

20 Iuſuper Franc. de Ponte vnum, & idem feudum, quod nos vocamus mixtum, eũ feudo hæreditario ex pacto tradit; Neapolitani etenim prevalere qualitatem hæreditariam qualitati ſanguinis faciunt, oppoſitum tamen nos affirmamus, hinc quemadmodum Camill. de Curte in d. §. multotes, n. 55. fol. 49. dicit, feudum hæreditarium, etiam ſi verbo, hæredibus, addantur illa

verba

verbis, de tuo corpore, & c. ea ratione, quia quando duo concurrunt qualitates in vno subiecto, debeat denominari illud à potentiori, potentiorem dijudicans qualitatem hæreditariam, ita Petrus noster de Gregorio par. 6. quæst. 11. n. 6. & seq. eodem vtens

21 *argumento. Iquaritur, ff. stat. homin.* † *vt Camillus, potentiorem qualitatem sanguinis qualitate hæreditaria, putans, feudum ex pacto, dicit, consentit Blasc. Lanc. in cap. volentes, & Ioan. Aloys. de Sept. seruari in M. R. C. testatur, etsi nonnulli nostratum fuerint, qui feudum, vt Neapolitani, hereditarium dixerint, quos recenset Intriogl. cent. 1. de feud. quæst. 49. per to-*

22 *tam, præsertim n. 106.* † *sed quòd nõ sit feudum huiusmodi hereditarium omnino, com probauit Surd. cons. 427. n. 20. & seq. Bolognett. in l in quartam ff. ad leg. falcid. n. 315. nam negari non potest, illa verba, de tuo corpore, & c. ad hæredes certos, & descendentes à primo inuestito, non restringere successionem, Intrigliol. vbi supra n. 38. & seq. Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in prælud. n 271. Bonif Roger. cons. 2. n. 17. vol. 2.*

23 *Rursus inferunt Neapolitani, Iuppolito feudo hereditario, quod nos mixtum, & ex pacto appellamus, cum qualitate sanguinis concurrere debere qualitatem hereditariã, ab vltimo moriente acquisitam, vt tradidit Franc de Ponte decis. 11. n. 38. Camill. de Curt. vbi supra n. 74. & de cõmuni testatur Burlatt. cons 2. n. 43. & seq. cum in feudo hereditario regulare sit hoc, Frecc. de sub feud. lib. 3. diff. 10. Thom. de Marin. de feud. hæred. n. 34. Fern. in 2. notab. n. 2. Cum. in cap. si aliquem, vers. defuncto n. 3. & alij relati ab Intrigliol. vbi supra nu. 177. licet alios sub. n. 178. contrarium tenentes referat, quòd nempe sufficiat, quòd sit hæres immediatè, vel mediatè primi inuestiti, hæc tamen controuersia in Regno silet, quia cùi nos intelligamus de feudo omnino hereditario vel absolutè, & de transitorio ad quo secunque hæredes, quod tale concessum prote & hæredibus, affirmamus, patet proinde ca pientè hæredẽ vltimi morientis esse debere iudicamus enim de eo, vt de quolibet allodio per tex. in cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. Clar. in §. feudũ, quæst. 31. n 8. Bonif. Roger cons. 2. vol. 2. n 5. & seq. Ioseph Cum. in cap. si aliquem, verbo defunctõ n. 4. Frãn. de Ponte decis. 11. n. 110. si verò loqueremur de feudo formæ mixtæ, quale dicimus illud, quod concessum reperitur pro te, & hæredibus de tuo corpore, tunc, quia recepimus in Regno, feudum tale esse pacti, sufficere esse hæredem primi inuestiti mediante persona suorum antecessorum, pro certo habemus, de quo Rosental. de feud. cap. 2. concl. 33. n. 45. & cap. 7. conclus. 20 n. 8. plures allegat Intrigliol. cent. 1. quæst. 49. n. 179. quod iuxta theoricam doctorum in ca. 1. an agnatus, intelligimus.*

25 *Nam, etsi fateamur, in feudo formę mixtę vtramque qualitatem sanguinis scilicet & hæreditatis desiderari, secundum opinionem Iacob. de Beluis in cap. 1. de eo qui fibi & hæred. quam communem dixit Ruin. cõs. 16. n. 6. vol. 1. Ias. cons. 57. n. 1. vol. 1. Clar. in §. feudum in fine n. 4. Pãciarol. cons. 104. n. 9. nihilominus huic opinioni satisfactum iri putamus, si qui admicti ad feudum velit is hæres sit primi inuestiti, si per eum non*

26 *steterit,* † *quin sit hæres vltimi morientis, multos allegat Bonif. Roger. cons. nu. 46. & seq. vol. 2. cum si delata fuisset hæreditas vtig; hæres esse cogeretur, Burlatt. cons. 3. n. 13. & seq. & licet Surd in cons. 427. n. 20. equiparet feudum hæreditarium, & mixto, vt vtrumque imputari debeat in legitimam, veniat in petitione hæreditatis, & in restitutione fideicommissi, cum (vt ait ipse) indistinctè loquantur de vtroque Doctores (quod an verum sit videatur) attamen ipse duobus casibus procedere suã opinionem, in*

27 *quit, primo* † *quando filius esset hæres primi inuestiti, et iam quòd non hæres esset vltimi morientis, habere tamen posset feudum mixtum, allegat, Isern. in cap. 1. §. hoc quoque de succes. feudi Cæsal. cons. 301. n. 140. & alios, quos ipse met Surd. in cons. 63. nu. 21. citauerat, secundo quando filius non posset esse hæres, tunc enim consequetur feudũ ac si esset hæres vltimi morientis Afflict in cap. 1. an agnatus &c. & idem Surd. d. cons. 63. n. 24. sufficere et enim quod sit hæres primi, vel vltimi, Surd. cons. 382. n. Peregr. cons. 7. n. 6. & seq. vol. 1.*

28 *Petrus noster de Gregorio de conces. feud par. 4. quæst. 14. referens dictum Andreæ in cap. 1. an agnatus, scilicet filium nõ posse habere feudũ quamuis pacti nisi vt hæredẽ patris (communis enim intellectus illius cap. est loqui de feudo pacti, nam alioquin super uacanea foret differentia inter agnatum, & filium) ait, intelligere hoc Andream, siue tenor inuestiturę pro te, & liberis, siue pro te, & hæredibus concipiatur. Subinde facit Gregorius duas conclusiones, ex quibus non nullos iusta terminos cap. 1. an agnatus, infert casus, at quia eius dicta aliquã præ*

seferre

ſeferre videntur obſcuritatem, ac etiã contrarietatẽ eum ijs, quæ dixit in quæſt. proximè ſequenti 15. ideo operepretium duximus, nonnulla animaduerſione digna hic annotare.

29 *Andreas, relatus à Petro de Gregorio, hęc habet primo ſupponens, capitulum primum an agnatus, de feudo paterno, & antiquo, loqui ait, quòd ſi feudatarius, non relicto filio decedat, vel relicto, qui nolit eſſe hæres, multis tamen creditoribus ob noxius, agnatus tamin repudiare hęreditatem, & habere feudum, immune quidem à creditoribus hæreditarijs, valeat ea ratione, quia feudũ tunc non à defuncto, ſed à pacto, & prouidentia concedentis habet, ſecus in hæreditario, nam illud nemo alius niſi hæret, conſequitur, ſecundum Pyleum, & Bulg. dicit feudum concęſſum proſe, & hæredibus hæreditarium, pacti verò, pro te, & liberis.*

30 *Hæc Andreas, ex cuius dictis videre eſt differentiam conſtitui inter has duas formulas, pro te, & liberis, & pro te, & hæredibus, quod clarius elicitur ſub n. 3. vbi relata opinione modernorum, qui differentiam inter verbum liberis, & verbum hæredibus conſtituerant, in ea reſidere videtur.*

31 *Poſt modum Andreas in ſecundo dicto, in quo ſupponitur feudatarium decedere relicto filio, retentis eisdem terminis, ait, filium, repudiata hæreditate patris, acceptare feudum minimè poſſe, quod agnato permiſſum fuerat, ideoq; teneri creditoribus hæreditarijs affirmat, confiteiendo tamen inuentarium, ex quo feudum non eſt hæreditarium, tum onus euitare poſſe, tum habere feudum præcipuum, manifeſtè idem ſentire patet ſub n. 5. inter filium itaque, conficientem inuentarium, & agnatum, quò ad ſalutionem creditorum, nulla videtur*

32 *conſtituta differentia, † licèt Andr. arbitretur, filium aſtringi debere ad ſatisfactionem funerum, impenſarum, & legatorum pro anima, dummodo tamen fructus illius anni, quo moritur feudatarius ante calendas martij, non exeedant, ſequitur Iacob. Pilaia in cauſa Caſtanię num. 3.*

33 *Animaduerto primo ab Andrea eõſtitui differentiã inter formulas ſupradictas, quarũ terminos Gregorius confundere videtur eius dicta propterea erant intelligenda, vt æquiparatio, quã ex Andrea de iſtis duabus formis elicit, in eo tãtũ proceedat, vt omnino filius debeat eſſe hæres patris, proindeq; illationes, quas ſubinde facit Gregorius intelligi haud valent niſi de forma ſcudi ex pacto, in quibus terminis loquitur cap. 1. an agna-*

34 *tus, † nam de omnino hæreditario non loquidictum cap. eùm Andrea aſſerunt omnes, neque caſus à Gregorio conſiderati habere locum poſſunt de feudo recepto proſe, & hæredibus, vt de ſe patet.*

35 *Cæterum, & aliud aduertatur in Petro de Gregor. ſub num. 14. ibi enim ſecundam facit concluſionem, quod ſi facta fuerit concęſſio Titio, & hæredibus ſuis ſimpliciter, vel Titio, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ita quod viuant iure francorum (combinat has duas formulas, quarum prima eſt hęreditaria, altera ex pacto, vel mixta) tunc ait, neceſſariò maſculus, vel primogenitus in feudo vt hæres vltimi morientis ſuccedere tenebitur.*

Hæc qualitas, requiſita à Gregorio, hæreditatis, ſcilicet vltimi morientis, ſi referatur ad formulam mixtam, ipſe non benè diceret, ſi verò ad hæreditariam optimè, per ea, quę ſupra diximus. Hæc firmata concluſione, eum aliaquam poſuit ſub n. 11. quod ſcilicet filius citra ius, & nomen hęredis ad feudum concęſſum proſe, & liberis, ita, quod viuant iure francorum aſpirare poterat, plures infert caſus, quos ſi defluere ab vtraque concluſione dixeris: appoſitè nõ

36 *eſſent recenſiti, † quandoquidem, in forma ſuppoſita in prima concluſione, nullo modo filius eſſe hæres vltimi morientis artatur, imò repudiare poſſet filius hęreditatem patris, & habere feudum Bald. Aluarr. & Præpoſ. in cap. 1. An agnatus, Sebrader. de feud. p. 7. cap. 5. nu. 74. Gregor. Lopez par. 4. tit. 26. Leg. 6. gloſ. 4. ſi tantum à ſecunda emanare cenſueris, vtique non ad formam hæreditariam referri poſſunt, quippe quòd ſemper in ea abſq; vlla diſtinctione caſuum qui vult capere feudum hęres vltimi eſſe debeat vt ſupra dictũ eſt, addi poteſt Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 6. ſolum propterea hi caſus opportunè de feudo pacti, & prouidentia habente annexam qualitatem hæreditariam prædicantur, in quibus terminis loquitur cap. 1. an agnatus, &c. atque diſtinctiones, de quibus per Gregorium de inſtitutione vniuerſali in re certa de filio in poteſtate, & emancipato, & de confectione inuentarij, quę profectò in feudo omnino hæreditario applicari nõ valent in feudo pacti mixto locum habere poſſunt: ſi aliud namq; dicere mus pugnaret eum ſe met ipſo Gregorius, nam in quæſt. 15. ſeq. de interpretatione verbi, hæredis, agens, ait de iure*

37 *Romanorum cõprehẽdere † illud omnes etiã*

extraneos, de iure feudorum masculum filium: secundum constitutiones Regni masculos, & fœminas, seruata prerogatiua sexus, & gradus: ex forma cap. si aliquem, collateralis, vsque ad trinepotem: per cap. volentes, omnes heredes, etiam extraneos, subinde infert, facta concessione, pro te, & hæredibus feudum dicit in forma larga, atq; ad illud neminem admittit, qui non sit hæres, qui tenebitur approbare factum defuncti, per textum in l. cum à matre C. de reiuendicat. atque Propterea si Gregorium, ea quæ habet in quæst. 14. habere locum in feudo, concesso pro se, & hæredibus affirmaremus, vtique sibi ipsi cõtradiceretur, cum in quæst. 15. dicat feudum in larga forma, & transitoriũ ad omnes etiam extraneos, quod in quæst. 14. in forma mixta, & ex pacto dixerat.

Intelligimus ergo Gregorium vel loqui, dum aquiparare videtur formulas illas, pro te, & hæredibus, & pro te, & hæredibus de tuo corpore, secundum iura feudorum, & secundum Regni constitutiones, & non iuxta formam cap. volentes, quòd latissimum fecit vocabulum, hæredis: vel quod casus ab eo enumerati ad formam dictiantem, pro te, & hæredibus de tuo corpore, &c. referantur. Obsequi debemus tãto viro de legali scientia optimè merito, vt semper auctoritatem, & doctrinam illius reuereamur.

Insuper, & erit cauendum in hac materia cap. 1. an agnatus, dictaq; ibi per doct. in feudo hæreditario secundum intelligẽtiam, receptam in Regno non procedere; tale enim feudum, inquimus, non habere agnatos, & degenerari à propria natura feudi, proinde que nullam constitui posse differentia inter filium & agnatum: cum semper, & omni casu, qui illud capere vult, hæres vltimi debeat esse, autumamus locum sortiri creditnus in feudo hæreditario, quod no. appellamus mixtum ex pacto, & prouidentia: hinc Neapolitanorum decisiones, & auctoritates, quamuis doctissimæ, terminis nostris nõ semper applicare valent, de quibus elegãter agit Camill. de Curt in d. §. multoties a nu. 60. vsque ad finem, & in §. seq. Ii etenim, de feudo pacti, & prouidentiæ non hereditario iura loquentia, habere locum in feudo hæreditario affirmant, nisi qualitas hæreditaria repugnare videatur, quod, scilicet per regulam l. cum à matre, C. de reiuendic. hæres approbare factũ defuncti cogeretur, quia successor, vt hæres, subire omnia onera cuiusque Regio indicta aretaretur. Hinc Franciscus de Ponte in supradicta decis. 1. dum de illa quæstione habet, num scilicet prælatio, in feudo alienato cõpetens agnato ex dispositione cap. Titius si de feud. fuer. contr procedat in feudo hæreditario; à iuribus loquẽtibus in feudo pacti, & prouidentiæ non hereditario, ad feudum hereditarium arguit, & sub nu. 74. dum rationi à contrario adductæ de dicta lege cũ à matre, C. de reiuendic. satisfacere conatur, hãc regulã operari fatetur agnatũ minime feudũ alienatũ reuocare iure præiationis posse, id tamẽ secuta morte alienantis procedere affirmat, quo tempore euenire casum, dicit, in quo feudum vt consequatur necesse est agnato, qualitatem hæreditariã defuncti alienatis assumere, sed quia sua hypotesis de reuocatione feudi alienati in vita alienantis habet, ideo non obstare illi hanc regulam contendit. Et dum sub n. 109. cõtrarias eustare autoritates Cann. scilicet, & Intrigl. nititur, illos loqui de feudo hæreditario omnino, non autem de mixto ex pacto, & prouidentia intelligit, ex quibus patet quantum in huiusmodi materia dister Siculorum intellectus, à Neapolitanorum intelligentia, quod supra in Annot. ad 6. consil. tetigimus: hinc ili, suppositio, quod feudum cõcessum pro se, & hæredibus de tuo corpore, & c. dicatur feudum hæreditarium multa circa solutionem onerum præscriptorum feudo à defuncto inferunt, multa de inuentario, & de assensu Regio ad præiudicia agnatorum præitando; namq; data validitate alienationis, seu hypotecæ, quã Regius assensus operari dicitur, & successorẽ ad feudũ citra nomen, & ius hæredis adhirare non posse, in eo procedere regulã l. cum à matre, C. de reiuend. inquiunt, de quo Francisc. de Ponte cons. 53. n. 13. & seq. & de succ. feudi, lect. 20. nu. 13. etiã si addatur clausula iuris francorũ; nos verò, quia sub tali forma feudum mixtũ appellamus, quò attinet ad qualitatem hæreditariam, terminos cap. 1. an agnatus, loquentis de feudo pacti, & prouidentiæ, hereditario applicamus, quò verò attinet ad præiudicia agnatorũ, in eo nihil operari assensum Regis cõtendimus, ne dum illum, quem habemus in Regno ex cap. volentes quod tantum procedere forma nõ repugnante, docemur, verum etiam nec expressum, & particularem, de quo videri potest Cacher. cons. 32. nu. 25. Vtrosque optimè non sentire nemo inficias ire poterit, tum quia vna opinio ibi recepta, hic non approbatur tum etiã, quia peculiares dispositiones habemus de feudi hereditary, & pacti diuisione.

40

41

42

43

De

De quaſt agit luculiter Roſent. de feud. cap. 2. cõcluſ. 33. vbi nu. 43. cõſiderat vnũ inconueniens opinionis Neapolitanorũ. Et de intellectu cap. primi an agnat. agit cap. 7. concluſ. 20. & concluſ. 21. vbi multa cõtra Neapolitanorũ opinionem: ſed ipſe feudum conceſſum, pro ſe, & hæredibus, intelligit prout de iure communi feudorum interpretatur, quod ſcilicet, non comprehendat talis inueſtitura hæredes extraneos.

EPITOME

Cap. Regni Imperatoris Caroli V. loquens in ſucceſſione aui, non procedit in ſucceſſione auiæ.

Acquiſitor primus non tenetur ſtare formæ, etiam cum clauſula iuris francorum.

Barones in teſtando non habent militum priuilegia, niſi in expeditione belli fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Cap. Reg. Carol. 118. an procedat in ſucceſſione auiæ, loquens in ſucceſſione aui, vbi declaratur conſ. Gabr. 14. & de ratione, qua motus fuit ibi Rex, ita ſtatuere.*

2 *Statutum præferens, patruum matri in ſucceſſione filij, extenditur ad ſucceſſionem filiæ, cum ſit ſemper vnica ratio, ſcilicet conſeruandæ agnationis.*

3 *Extenſionem non fieri de perſona ad perſonam, procedit quando extenſio fieret ratione ſolà ſtatuti.*

4 *Odium irrationabile eſt quando nulla ratio vniuerſalis poteſt conſiderari, ſed tantum particularis.*

5 *Statutum, excludens à ſucceſſione aui, non excludit à ſucceſſione auiæ.*

6 *Mater, excluſa à ſucceſſione filij, non cenſetur excluſa à ſucceſſione filiæ.*

7 *Agnationis conſeruandæ ratio in ſtatuto reſtringitur ad perſonas certas, & nominatas ſecundum aliquos.*

8 *Acquiſitor primus nõ tenetur, ſtare formæ, etiam cũ clauſula iuris francorũ, ſecũdũ receptam in Regno opinionem, & formã poteſt mutare, & plures gradus ſubſtitutionis facere, contra Loffred. conſ. 7. quod in Regno non eſt receptum, n 9.*

10 *Formæ prima ſtandum eſt, non apparente alio priuilegio.*

11 *Ius accreſcendi datur ex inſtitutione vniuerſali, facta in allodialibus, licèt fuerit dictum, exceptis feudis, ſi inſtitutio particularis in feudis fuerit effecta caduca ob mortem inſtituti ante teſtatorem.*

12 *Feuda aquiparantur militijs, & caſtrenſibus, & non veniunt in confuſione bonorum.*

13 *Feuda, licèt in Regno ſint ad inſtar allodialium, tamen ab inteſtato non habent commertium, cùm ſint diſtincta, & ſeparata ſucceſſiones, ex teſtamento tamen eſt ſecus.*

14 *Barones, licet dicantur milites, tamen non poſſunt habere priuilegium inteſtãdo, niſi ſint in expeditione belli, quemadmodum veri milites habent; & ideo, ſi teſtantur ſollemniter, non habent tale priuilegium.*

15 *Ius accreſcendi non poteſt probiberi per. militem, ſi non iure militari teſtatus eſt*

16 *In feudi ſucceſſione, ſi ſunt plures vocati, cenſetur vocati ordine ſucceſſiuo, quia feudum non poteſt niſi ad vnum tantum deuenire, nec illud poſſunt habere pro indiuiſo, contra Pernum, conſ. 1.*

CONSIL. X.

1 PROSEQVENDO ordinẽ dubiorum propoſitorum, an t capitula 118. et 204. loquentia in ſucceſſione aui, procedant etiam in ſucceſſione auię. Primo conſiderandum eſt quæ nam ratio potuerit conſiderari, vt mouerentur ſtatuentes in præferendo neptem amitæ, nam de maſculo ad fęminam ſemper expreſſa eſt ratio, ſcilicet conſeruandę agnationis, vt indictis capitulis cõtinetur, et in alio, loquente in linea tranſuerſali, Regis Philippi 18.

Et quidem alia ratio non poteſt conſiderari in caſu noſtro, niſi ratio repreſentationis, voluit enim ſtatutum conſiderare, quod neptis repreſentat perſonam patris, et ob talem repreſentationem, vult prędferendam eſſe amitę, et licèt

in ſtatutaria interpretatione, & extenſione infinita dici poſſent, tamen ſequendo theorica, traditas à Gabriele, conſ. 14. conſiderandum eſt, nos nõ eſſe in ratione conſeruãdæ agnationis, ob quã (dicit ipſe) admittitur odium reſpectu alicuius perſonæ, quia tale odium bona ratione fulcitur, vt ipſe tradit, n. 10. cum ſeq. & nu. 14. & ob id ipſe in ſecundo articulo principali concludit, † ſtatutum, præferens patruũ matri in ſucceſſione filij, extendendum eſſe ad ſucceſſionem filiæ; nam cùm vnica ſit ratio conſeruandæ agnationis, ob id illa ratio comprehendit caſum, & procedit regula, quòd maſculinum concipiat ſemininum, & meo iudicio caſus noſter eſt diuerſus à caſu Gabrielis, quia aliud eſt, rationem eſſe vnicam reſpectu conſeruandę agnationis in genere, quàm eſſe, rationem fauoris particularis vnius perſonæ; ſatis enim eſt, vt tali perſonæ faueatur in caſu expreſſo, & diſpoſito, nec ratio vrget, quòd etiam in non expreſſis voluerit faueri, idq; in caſu noſtro etiam apparet, quia ſi ratio repreſentationis fuiſſet in cauſa extenſionis, nõ fuiſſet opus alia ordinatione in linea trãſuerſali; ſemper enim procedit ratio repræſentationis, & tamen in cap. 18. Regis Philippi fuit opus noua ordinatione. Nec dicatur, ibi fuiſſe opus, quia in linea tranſuerſali de iure non ſemper fit repreſentatio. quia replicatur, nec minus in caſu noſtro de iure fit repreſẽtatio ad excluſionem amitæ, vt dictum fuit in primis allegationibus, & dicetur etiam inferius.

Et ideo Gabriel dicto conſ. 14. vltra rationem conſeruandæ agnationis, in caſu ſuo conſiderat alias rationes, vt per eum, vt patet num. 23. & ſeq.

Accedat, quòd licet ratio repreſentationis ſit fauor reſpectu neptis, tamen eſt odium reſpectu amitæ, idque autem non poteſt dici eſſe bona ratione, pro vt eſſet, ſi eſſemus in caſu conſeruandę agnationis, quæ reſpicit publicam vtilitatem, vt ipſe met Gabriel conſiderat num. 13. nam in caſu noſtro fauor repreſẽtationis nec reſpicit publicam vtilitatem, nec poteſt dici bona, ſed tantum voluntaria, & quia in hoc caſu placuit Regi ſedare illam altã quæſtionem de prælatione neptis, & amitæ, expreſſit autem in certo caſu, in alijs reliquit diſpoſitioni iuris communis, nec poteſt dici, quòd militat eadem ratio, quia ſi conſideramus rationem fauoris, vt extendatur, debemus etiam conſiderare rationem odij, vt excludatur præſens caſus, quòd ſecus eſſet in caſu, quo conſeruatur agnatio, quia ſiue conſideramus fauorem, ſiue odium, ſemper militat eadem ratio, reſpiciens publicam vtilitatem, vltra fauorem particularẽ perſonæ; & ideo in toto conſilio Gabriel. non innititur in fauore particulari, ſed generali, vt ipſe dicit num. 17. num. 24.

Et ideo ipſemet num. 35. reſpondendo
3 rationi in contrarium, quæ habet, † quòd extenſio nõ fit de perſona ad perſonam, dicit hoc verum eſſe, quando extenſio fieret ratione ſola ſtatuti, nec adeſſet alia potens ratio, & ſic in hijs caſibus vult ipſe manifeſtè, non fieri extenſionem, ita in caſu noſtro, imò fortius, quia non ſolum non vrget ratio ſtatuti, ſed nec alia potẽs ratio, vt dictum eſt, & in idem tenduat quę latè ponit Simon de Prætis conſ. 163. per totum, quia in eodem caſu conſuluit.
4 Et de mente Doctorum eſt, quòd † materia odioſa, & odium irrationabile ſit, quãdo nulla ratio poteſt conſiderari vniuerſalis, ſed particularis tãtum, vt colligitur ex multis exemplis, traditis ab altero Gabriele in titulo de verb ſignif. concluſ. 6. num. 59. cum ſeq. & præſertim magis ad terminos noſtros facit quod tradit nu. 65.
5 † & quòd ſtatutũ, excludens à ſucceſſione aui, non excludat à ſucceſſione auiæ, quę eſt caſus noſter; amita enim, quæ excluditur à nepte in ſucceſſione aui, non debet excludi à ſucceſſione auiæ, allegat Pariſ conſ. 49. vol. 3. Grat. conſ. 26. vol. 1. n. 27. & Socc. Iun. vol. 1. nu. 45. cum ſeq. præſertim nu. 49. idem voluit Alex. conſ. 45. nu. 7. vol. 7. & ibi Apoſtill. refert plures cõcordantes, & cum alijs, de quibus per Bolognett. conſ. 10. qui loquitur in terminis horum capitulorum, & dictum eſt in primis allegationibus.

Et quod odium ſit irrationabile in caſu noſtro, patet, quia nõ poteſt negari, quòd hæreditas, & feudum matris magis debeatur filiæ, quàm nepti, & magis pertinet ſucceſſione matris filia, quàm neptis, & ita conſiderat in ſimili Socc. Iun. d. conſ.
6 23. num. 42. vol. 1. inferens ex hoc, † matrem excluſam à ſucceſſione filij non excludi à ſucceſſione filij, & loquitur Socc. infortiori caſu, ideſt vbi vrget ratio conſeruãdę agnationis, non obſtante, quòd ratio eadem procederet, ſi maiora bona agnationi deuenirent, vt ipſe tradit nu. 53. ver. & licet ad honorem.

Rur-

Rurſus conſideratur deciſ. Petri de Anchar. in cap. 1. 14 quæſt. de conſtitut. quòd ſi fœmina remotior excluderet proximiorem, nunquam maſculinum conciperet fœmininum, ſequitur Socc. Iun. vbi ſupra nu. 55. & vltra cum addo Alex. conſ. 45. nu. 8. in 7. volita in caſu noſtro, quia neptis remotior excluderet amitam in ſucceſſione matris proximioris.

Et quicquid ſit in caſu, quo vrget ratio conſeruandæ agnationis, de quo eſt contentio inter doct. vt per eumdem Socc. num 57. & ſeq. noſumus extra hos terminos, qua conſideratione ſic ſtante, poſſunt euitari infinitæ controuerſiæ Doctorum, de quibus etiam per Gabriel. Rub. de ſtatutis, concluſ. 7. per totam, nam Doctores omnes, qui in contrarium poſſunt allegari, procedunt vbi ratio conſeruandæ agnationis, vel altera vniuerſalis, poteſt conſiderari, quantumcumque etiam in hoc caſu nõ deſinit contrarij Doctore,
7 † volẽtes talem rationem eſſe reſtringendam ad caſus nominatos, & perſonas expreſſas tantum, Bald. in l. ſed, & ſi miles, in principio, ff. de excuſ. tuto. Alex. cõſ. 97. col. fin. in 2. vol. & conſ. 207. col. fin. num. 30. in 6. vol. Dec. conſ. 261. cum alijs de quibus per Pariſ. conſ. 49. quaſi per totum, & præſertim num. 72. cum ſeq. in 3. vol. & cum in ſpecie noſtra habeamus Doctores in individuo cõſulentes, & decidentes, nempè Bolognett. d. conſ. 10. qui conſuluit ante caſus euentum, & potius deciſiuè quàm vt cauſæ vel clienti deſeruiret, meritò non eſt abeius opinione diſcendendum, præſertim cum in terminis, de quibus agimus, nihil ſit, quòd in contrarium vergeat, vt patet ex premiſſis.

Non obſtat quòd dicebatur rationem incapitulis fuiſſe, vt diminuerentur lites, quę eſt vniuerſalis, nam hęc ratio non poteſt dici finalis, ſed impulſiua, & reſpectu perſonarum, nominatarum in caſibus expreſſis, vt patet ex deciſionibus, ſupra allegatis, quę militant reſpectu fortioris, & magis vniuerſalis rationis. Et demum non obſtat, quòd nos ſimus in ſtatutis declaratorijs, et non correctorijs, nam (ſalua pace hoc dicentis) veritas eſt in contrarium; in Regno, etenim ex diſpoſitione capituli ſi aliquem, ſine dubio filia matri ſuccederet in feudo, cum ſit proximior, & quãtumcumque nepotis intraret in locũ patris in gradu, nõ tamẽ intraret in ſexum, vt latè diximus in primis allegationibus, & tradit etiã Bolognettus d. conſ. 10. et ideo de iure, circumſcriptis capitulis Regni, ſine dubio admittenda eſſet amita: quare nus ergo per illa diſponetur cõtrarium, corrigeretur hæc clara iuris, et capituli, ſi aliquem, diſpoſitio, meritò dicitur in eis contineri odium, et innatio nabile, et nos ſumus in materia odioſa, & conſequenter talis diſpoſitio attendenda eſt, & reſtringenda ad caſus nominatos, vt in ſortioribus caſibus determinant Pariſius, & Alij ſuperius allegati, & hæc quò ad primum dubium.

Secundum principale dubium eſt circa formas feudorum, & quò ad feuda Caſtellucij, & Graneri, licèt illa fuerint à Nicolao primò acquiſitore acquiſita cũ clauſula iuris francorum, † nihilominus ipſe
8 potuit diſponere, ſecũndum receptiſſimã opinionem in Regno, de qua noſtrates dicunt amplius non admiſti diſputationes, vt refert D. de Gregorio de conceſſ. feũdi, 3. p. q. 7. & D. de Cannicio in capitulo volentes, fol. 79. cum ſeq. & ſiuè loquamur in feudo emptitio pecunia acquiſitio, de quo particulariter facit limitationem D. de Gregorio vbi ſupra, ſiue gratis conceſſo, ſiue ob benemerita, & ſeruitia, ſemper procedit illa vniformis ratio, quòd intuitu patris fuerit facta conceſſio, & ideo clauſulæ, quę reſpiciunt fauorem filiorum, imò ipſiuſmet Regis, concedentis, non ligant ipſum primum acquirentem, vt aduertunt Gregorius, & Cannicius locis ſupra allegatis.

Quibus ita præſuppoſitis ſeqũtur, quòd Nicolaus Petro filio potuerat feuda donare pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, vt expreſſe in donatione dicitur; adeò vt mirãdum ſit, hoc fuiſſe negatum, cùm appertiſsimè legatur in donatione, ſit enim mentio de hæredibus, & ſucceſſoribus, ibi, (& propterea eamdem donationem, vt prędicitur, præſenti, & ſtipulanti) ſubduntur verba quędam circa qualitatem feudorum, donatorum, & inde ſubſequuntur hęc verba (pro ſe, & hęredibus, ſuis, & ſucceſſoribus in perpetuum) quę verba non poſſunt referri, niſi ad illa (præſenti, & recipienti.)

Rurſus, & clarius paulo infra ſunt hęc verba (ita vt amodo idem magnificus Petrus donatarius vigore præſentis donationis per ſe, & hęredes, & ſucceſſores ſuos.)

Nec ſaporem habet, quòd in donatione ſit cautum, quòd Petrus non poſsit vẽ

dere,

dete, nec alienate, sed semper feuda remaneant pro dotium solutione, quando quidem hæc verba non inducant aliquod fideicommissum, sed apposita fuerunt fauore illius matrimonij, vtq; feuda semper starent pro securitate dotis.

Patet quoq; donationem fuisse factam Petro, & hæredibus ex pacto subsequenti, quòd D. Nicolaus possit date excambium, & ibi dicitur (Petro suo filio, aut suis hæredibus, & successoribus.

Quibus ita præsuppositis, sequitur, Petrum fuisse effectum dominum feudorum; cum libertate disponendi; & ideo ampliatio, ad instantiam ipsius facta, valet, & tenet, cùm verùm non sit, in sui personam fuisse effectum feudum paternum; quia id verum fuisset, si in eũ fuisset facta simplex dispositio, vel ex prima forma ab intestato successisset, sicuti enim ipse, stante donatione supra facta, potuisset in extraneo de feudo disponere, vt patet ad sensum, ita & potuit feudorum ampliationem petere, quæ potius ad cautelam.

Potuit quoque Petrus talem ampliationẽ petere, non obstante donatione facta, quia Petrus præsumitur, quòd cõsenserit, non enim agebatur de eius præiudicio, quia tãto magis feuda ad eum deuenissent libera, & potuisset ipse disponere. Rursus, & idem Petrus feuda accepit vti filius, & hæres patri, accipiando vinculum, factũ à Patre in testamento, & potuit ex hoc dici valere dispositionem patris, per multa, quæ dixi in primis allegationibus, quæ aliter hæc breuitatis causa non sunt repetenda.

9 Quantum † verò attinet ad feuda sancti Marci, & Cepollę, similiter clara est resolutio, de eis enim fuit Nicolaus primus acquisitor, & potuit mutare formam, de eis faciendo plures gradus substitutionum, & disponendo ad libitum, vt tradit D. Bonior. in causa Spaccafurni, & quicquid dixerit Loffredus cons. 7. in Regno expeditissimum est, quòd autem voluerit Nicolaus mutare formam, & quòd voluerit casu, quo feuda peruenitẽt ad femininas, quod possint disponere, patet ex verbis testamenti, quæ in eo, de quo agitur, non possunt adaptari ad propioquiorem, quem vocat in casu contrauentionis, per patentesim, vt ex lectura verborum limpidissimè appareat; circa quod etiã ego multa deduxi in præmissis allegationibus.

Quo ad feuda Montis climatis, & Didioi, forma est mixta, prose, & hæredibus de suo corpore, in qua forma licita est postergatio; vt diximus in primis allegationibus, & ideo standum est dispositioni in testamento D. Catherinæ.

Nec obstat cõfirmatio facta cum clausula iuris francorum, quia illa expressè fuit
10 facta sub prætextu † quod non erat priuilegium, quo appatente, sine dubio standum est primæ formę, Castren. cons. 142. lib. 2. latè Decios cons. 185. & 193. Cur. Iun. cons. 108. cum similibus.

Postremò, quo ad feudum Cassibilis, apparet, fuisse formam datam illi de Ariccio pro eo, et hæredibus de suo corpore, et sic in forma mixta, vt dictum est supra, eo anno 1399. quo tempore feudum fuit deuolutum ad Regem ob rebellionem Guglielmi Ramundi de Monte Cateno, vt in priuilegio dicitur, et ideo procedunt in hoc feudo quæ dicta sunt de postergatione.

Tertium principale dubium est circa testamentum Donnæ Catherinę: circa quod perstringendo punctum, et difficultatem, et non repetendo ea, quæ in primis allegationibus dicta sunt, dicimus ius facere
11 fcendi dati ex institutione vniuersali, facta in allodialibus in personam D. Donnę Antoninæ, in qua licèt fuerit dictum, exceptis feudis, nihilominus hæc verba non impediunt ius accrescendi, cùm hęres Institutus in illis mortuus fuerit ante testatricem, & sic institutio fuerit facta caduca, & in hoc allegaui ego in specie Batt. in l. quoties, §. si duo, ff. de hæred. Instit. & quòd in rẽtio testatricis ea fuerit, apparet expressè, quia fit mentio de institutione facta Don Vincentio nepoti de feudis, & ob id, putans, quòd eius institutio non caducaretur, voluit facere institutionem, excepris feudis; procedunt igitur ea, quæ vniuersaliter diximus in hoc iure accrescendi: difficultatem tamen facit illa consideratio, quòd hìc simus in milite, & in duabus hæreditatibus, & de vna ad aliã non detur ius accrescendi, ad quod allegabatur Pernus in primis notabilibus, qui ta-
12 men nu 39. tantum † dicit; feuda æquiparari militijs, & castrensibus, & nõ veniant in cõsusione bonorum, & ideo ex capitulo, Volentes, inquit Pernus, non conceditur, vt feuda veniant in communione, sicuti cęteta burgensatica, quia illud esset in odium Baronum, & sic capitulum Volentes, retorqueretur contra eos, & in

hoc

hoc ſubdit illa verba, & hoc iure vtitur in M.C.nempe, vt feuda non confundantur, quomodo autem hæc deciſio Perni faciat ad propoſitum, videãt omnes, Idem Pern. num.59. tantum dicit, feudum equiparari militijs, & quòd feudum militia dicitur, poſt Andr. quem allegat in §. Perſonam, in titulo per quos fiat inueſt. Idem nu.71. querit an feudatarij dicantur milites, & remittit ſe ad dicẽda in §.firmiter, de prohib. feudi alien. per Fed.& demum n.119. reperit illud idem, quod feuda equiparentur militiæ, quæ omnia dicta Perni non concludunt, feuda dici diuerſam hæreditatem, & in Regno diſtinctè Barones dici milites quò ad effectum teſtandi, & quò ad priuilegia.

Ita quoq; intellig ẽdus eſt Pariſ.de Puteo de reinteg.feud.fol.168.num. 3. Nam tantum dicit feuda eſſe de Patrimonio Regis, ſicuti militiæ, & ideo appellatur Seruitium militare.

Cannicius in cap.volẽtes, fol.131.n.73, loquitur expreſsè in ſucceſſione ab inte-
13 ſtato, quandoquidem inquit † licèt feuda in Regno ſint ad inſtar allodialiũ, tamen ab inteſtato nõ habent cõmercium, cùm ſint diſtincta, & ſeparatæ ſucceſſiones, & meritò quia cùm feuda ſint indiuiſibilia, & nõ poſſint deuenire, niſi ad vnũ & ſic attendatur clauſula iuris francorum, meritò dicitur diuerſa, & diſtincta ſucceſſio, ſentit ergo Cannicius, quòd ex teſtamento fit ſecus; & ideo, quicquid dixerit Petrus de Gregorio in quæſt. 18. in fine, de iudic. cauſar. feudal. communis opinio in Regno eſt, vt in cauſa teſtati vnica ſit ſucceſſio, & vnica hæreditas, & quòd ad poſſeſſionem tranſeat ius in hæredẽ, vocatũ ex teſtamento ex cap. Regis Ferdinandi 43. & ſi verum eſſet, quòd eſſet diſtincta ſucceſſio feudorum, & ſeparata, procederet argumentum Petri de Gregorio, & ſequacium, volentium, capitulum 43. continuare poſſeſſionem; ſicuti continuatur dominiũ, quod in Regno noſtro non eſt receptum, vt diximus latè in primis allegationibus, & ideo Petrus de Gregorio ſub iſto falſo fundamẽto infert, quòd Baro in Regno poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte nõ, preſupponendo, quòd de feudo non poſſit diſponere, nec eius diſpoſitio ſeruanda ſit, pro vt quoque procedit dictum Afflict. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, n.58. ibi enim aperte, vult, non valere diſpoſitionem vaſſalli, pro vt re vera in terminis iuris communis feudorum eſt clarum, & ideò attendenda eſt diſpoſitio vaſſalli in rebus, de quibus poteſt diſponere ex teſtamento: in feudis tamen habebit locum ſucceſſio ab inteſtato, & ita quoque procedũt alij Doctores, qui idem vellent, nam vel loquuntur in terminis iuris communis feudorum, vel in Regno, ſecũdum illam opinionem, quòd vaſſallus non poſſit diſponere deſeudo forma repugnante, præſuppoſito tamen capitulo Volentes, & communi intelligentia, quòd poſſit diſponere, & quòd feuda tranſeant cum vniuerſitate, & quò ad poſſeſſionem fiat continuatio, apparet, magis communem intelligentiam eſſe, quòd vnica ſit ſucceſſio, & confuſa, & ob id meritò non debet prohiberi ius accreſcendi.

Eodem modo reſpondetur ad dictum Baldi in Autẽt. ceſſante verſ. & nota, C. de legit. hæred. loquitur enim ipſe in terminis iuris communis feudorum, & quicquid ſit, dictum ipſius reprobat Decius ibi in apoſtillis, ad eum, dicens, contrarium cõ-
14 tra Bald. conſuluiſſe. Et † demum quantumcumque Barones ſint milites, ſiue eis equiparentur, tamen non poſſunt habere plus priuilegij, quàm veri milites, vt patet ad ſenſum: illi autem tunc in te ſtando habent priuilegium, quando degunt in expeditione belli, & quando volunt iure militari vti, Doct. in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. & ideo, ſi teſtantur ſolemniter, nõ habent tale priuilegium, Doct. in l. 1. C. de teſtam. milit. & idem, quando non ſunt in caſtris, nec verum eſt, quòd Barones hodie dicuntur ſemper milites, & habent priuilegium, quia debent eſſe ſemper parati, nam in militibus iuris communis idem dicendum erat, imò falſum eſt, quòd Barones ſemper debent eſſe parati, cum non teneantur ſeruire, niſi per tres menſes, & ſubſiſtente cauſa neceſſaria, vt habetur in conſtit. hoſticæ exceptionem, & eſt clariſſimum in Regno.

Et ideo meritò, & per pulchras rationes in individuo D. Bolognettus cõſ.7. n.105. & ſeq. conſuluit, Barones in Regno non habere priuilegium, de quo agitur, niſi caſu, quo ſint in expeditione ſeruitij militaris, nec verum eſt, quod aliàs ita fuerit deciſum in cauſa Muxharræ, quia in eo caſu pluſa erant capita, & plures rationes, vt patet ex proceſſu, & ego ibi fui Aduocatus in vltimo iudicio, & poterunt videri deciſa. Et quod dicebatur in cauſa Baronis

nis Raduſæ, quòd hæres vniuerſalis poteſt habere allodialia, & vltra Poteſt habere vitam militiam in feudalibus, vel dotem de paragio particularem habet rationem, quia quò ad feudalia in forma ſtricta prohibita eſt ſucceſſio, ſtante excluſione de forma cõſtitutionis, In aliquibus, & ſic ſecundo genito excluſo competit vita militia, & ſororidos de paragio, & hæc meo iuditio ſeparatiſſima ſunt à materia, de qua in præſentiarum diſputamus.

Tota ergo difficultas in eo verſatur, annos ſimus in caſu, quo potuiſſet illa D. Catherina decedere pro parte teſtata, & pro parte non, ſiue ergo equiparetur militi, ſiue verè ſit miles, tamen cùm noluerit vti iure militari, quia teſtata fuit ſollemniter, & in ſcriptis, non poſſumus nos dicere, eſſe in caſu ſpeciali, quia etiam miles verè non habuiſſet hoc priuilegium, quod datur, quando miles vtitur iure ſuo militari,

15 † Rurſus cum eſſet domi, & nulla erat ne neceſſitas belli; teſtata ergo fuit ùti pagana, & conſequenter non potuit nec valuit prohibere ius accreſcẽdi, vt tradit D. Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 74. preſertim in fine, vbi concludit, nõ eſſe recedendum à magis cõmuni opinione, quę vult non poſſe teſtatorẽ prohibere ius accreſcẽdi, vel altrem, quòd ab hac opinione non ſit recedendum, niſi euidenter conſtet de voluntate, quòd etiam in caſu noſtro non eſt dicendum, & ideo etiam non eſt intrandum ad ea, quæ ipſemet dicit quæſt. 16. ibi enim loquitur in milite; & ideo in fine dicit, eas queſtiones parum vidiſſe practicari, quia verſantur coram Auditoribus exercituũ, & ſic apertè vult, eas procedere, quando milites teſtantur in expeditionibus belli, quo caſu ppocedit priuilegium militum, vt decedant pro parte teſtati, & pro parte non, ſicuti etiam conſiderat Bolognettus in l. centurio, nu. 7. ff. de vulg. & pupill. & in d. conſ. 7. num. 105. cum ſequen.

Ex quibus meo iuditio non eſt intrandum ad aliam difficultatem de verbo, ſuccedat, & an ſit appoſitum in re certa, de quo per Iaſ. conſ. 72, vol. 3. & Ceſal. conſ. 231. nam licèt & in hoc multa poſſent dici, tamen, cùm ex inſtitutione vniuerſali in allodialibus omnis difficultas ceſſet, meritò breuitatis cauſa cętera ſunt ommittenda.

Poſtremum dubium eſt circa prętenſionem D. Heliſabetę, in quo (meo iudicio) res eſt paucis abſoluenda, ſine dubio enim ipſa non poteſt in feudis ſuccedere, quia fœmina eſt ſecundo genita re-

16 ſpectu Donnæ Antoninæ, † et ſi ipſa fuiſſet vocata expreſsè in ſucceſſione feudorum ſimul cum Donna Antonina, cum in Regno feuda non poſſint ad plures deuenire, non potuiſſet intelligi vocata, niſi ordine ſucceſſiuo, ex cauſa neceſſitatis, pea, quę communiter notantur in l. gallos §. quidam rectè ff. de lib. et poſthum. et ideo in indiuiduo ego in voce allegaui D. Bolognett. conſ. 6. nu. 47. qui ita intelligit eſſe dicendum in donatione feudi, facta filijs naſcituris, quia omnibus ſimul, et coniunctum non poteſt dici facta donatio per ſupra dictam rationem; et ideo ſicuti expreſſa diſpoſitio Donnę Catherinæ debuiſſet recipere hanc interpretationem, ita et tacita, et iure accreſcendi, vt etiam dicimus in ſucceſſione ab inteſtato eadem ratione indiuiduitatis feudorum, ob quod apparet, nõ benè loquutum fuiſſe Pern. conſ. 1. dum vult, in feudis dari communionem pro indiuiſo, quia ſi hoc verum eſſet ab inteſtato, non daretur ſucceſſio iure ſrancorum, quia non ex alio dicunt noſtrates hoc fieri, niſi ratione indiuiduitatis feudorum, quę ſi non obtatet, falſa eſſet opinio, cùm ab inteſtato in feudis hęreditarijs ſuccederent omnes, in eodẽ gradu exiſtentes, et ſemper militaret illa reſponſio, quòd pro indiuiſo, et reſpectu cõmoditatum, et fructuum fieret communio, et tamen in Regno hoc non admittitur, ſed ab inteſtato, etiam in feudis hęreditarijs procedit clauſula iuris frãcorum, et in feudo ſolùm ſuccedit primogenitus, & maſculus; & ideo ipſe Pernus nu 8. non videtur firmare ſe, ſed dicit, ita pro nunc mihi videtur, ſi dabitur tempus, abundantius videbo, & ex tenore cõſilij apparet, ipſum impeditum diuerſis negotijs, non benè omnia conſideraſſe.

Apparet igitur firmiſſimam eſſe concluſionem in Regno, non dari communionẽ, nec diuiſionem, & ideo ad vnum tantùm deuenire debere feudum, & licet ad illa feuda ſint vocatę ambę filię teſtatricis, tamen ex iuris municipalis neceſſitate intelligenda eſt vocatio ordine ſucceſſiuo, ſicuti ſi daretur locus ſucceſſioni ab inteſtato, vt dictum eſt, & latius etiam diximus in primis allegationibus,

AN-

ANNOT. PETRI FILII.

IN conſ. precedenti conſuluit D. meus in eadem facti ſpecie, in qua ſcripſerat Bologuett. conſ. 9. ac eum ſo cenſuit, amitam in ſucceſſione matris excludere neptem ex filio maſculo premortuo; in hoc cõſilio firmata concluſioni cap. Regni nouiſſima minimè obſtare, proſequitur oſtendere. Quod vt clarius innoteſcere valeat, haud erit inexcundum hac annotare. In hac materia ſubingreſſionis filij in locum patris, tum de iure communi, tum feudorum nihil non dubij, nihilq; certi inueniri poteſt.

1 *In ſucceſſione † tamen legali ab inteſtato, ſubingreſſio filij, in locum patris expreſſis cauetur iuribus. §. cũ filius, & §. item vetuſtas, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. 1. verſ. ſic tamen, & §. reliquum, cum ſeq. Auth. de hæred. ab inteſt. venient not. in l. ſi defunctus. C. de legit. hæred. & l. vt inteſtato. C. de ſuis, & legit. † & licet di iure Cod. in deſcendentibus tãtum procederet, in trãſuerſalibus etenim frater proximior præferebatur § ſi plures. inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. & l. 2. C. de ſucceſſ. edict. l. conſanguinitatis iura. C. de legit. hæred. attamen de iur. authent. nepotem admicti cum patruo cautum reperitur, vt habetur in d. §. reliquum, eſtque cõis à nemine non recepta ſententia Bal. in l. eum ita §. in fideicommiſſo, vbi cæteri omnes ff. de legat. 2. Burſat. conſ. 71. & Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 2. Hæc etſi clara videãtur, in ſucceſſione tamen hominis, & in fideicommiſſo, quid in materia repreſentationis dicendum ſit, haud rectè ſcitur.*

3 *Gloſ. in d. l. eum ita §. in fideicõmiſſo ff. de leg 2. affirmatiuã tenuit ſententiam, quam Doctores 28. ſequi tradidit Menoch. conſ. 124. n. 81. & conſ. 357. & præſumpt 95. lib. 4. quibus addi poſſent Sim. de præt. de interpret. vlt. volunt. dub 4. fol. 3. nu. 21. Craſſ. de ſucceſſ. § fideicommiſſum quæſt. 11. n. 2. Peregrin. de fideic. art. 21. n. 5. Honded. conſ. 70 n. 20. Achill. Pedroec. conſ. 20. n. 33. Tiraq. de primog. quæſt. 40. Decian. conſ. 19. n 6. lib. 1. Surd. conſ. 325. nu. 2. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 8.*

Bald. in l. eum ita §. in fideicommiſſo, contrariam opinionem eſt profeſſus, quem Doctores 25. habuiſſe renuntiat, idem Menoch. d. conſ. 124. alios recenſet Honded. conſ. 70. n. 19. his accedunt Cacheran. conſ. 72. n. 19. Valaſ. de iure emphit. queſt. 50. n. 23 Petr. Peralta in d. §. in fideicõmiſſo n. 19.

4 *Cæterum † in hac diſputatione erit annotandum, multos abſolutè filij in locum patris ſubingreſſionem, non abnegaſſe, vt puta quando relictum familia ſit, ſed potius ſtantibus fideicommiſſi formulis, gradus repreſentationem non admiſiſſe. Menoch. conſ. 200. ſubingreſſionem excludebat, eo quia in caſu ſuo, ſalua gradus prerogatiua, dictum fuerat, licet Surd. conſ. 325. n. 5. non eſſe recedendum ab opinione Gloſ. retentis iſtis terminis cenſuerit. Ruin. cõſ. 181. n. 5 vol 2. in facti ſui ſpecie, nepos ab inteſtato ſuccedere non valuerat, & in conſ. 30. vol. 3. ſtante ſtatuto, ab opinione gloſ. recedit. Pariſ. conſ. 64. 34. conſuluit in caſu, in quo filij ſuperſtites vocabantur, at eodem retento themate contrarium putauit Menoch. conſ. 1005. Port. conſ. 54. n. 25. teſtatorem vocaſſe proximiorem conſiderauit. Cacheran. conſ. 72. in tranſuerſalium ſucceſſione vlterioris gradus loquitur.*

In ſuper quæſtionem agitarunt Doctores 5 *† ſtante ſtatuto faminarum excluſiuo ex quorum dictis, has colligere determinationes licebit: vt quando ſcilicet, auus relictis filijs maſculis moriatur, vnuſq. deinde adita hæreditate, relicta famina decedat, illa* 6 *patruos excludat, ea ſiquidem ratione, † quia adita hæreditate per filium, non amplius de aui, ſed de patris ſucceſſione agi videatur. Ita Roman. & Alex in l. 1. §. veteris: ff de acq. poſſ. Bal. in l ſi viua matre, C. de bon. mat. Quando verò filius, non adita hæreditate, moriatur, neptem ex filio non excludere patruum affirmarunt Salyc. in l. 1. in fin. C. de adult. Roman. in l. ventre ff. de aequi. hæred. Capic deciſ. 21. qui à Sacro Cõſ. in fauorem amitæ fuiſſe determinatum refert, auctoritate præcipuè Bart. in l. liberorum ff. de verb ſignif. mouentur, aſ-* 7 *mantis † neptem ideo patruum non excludere, quia in ea qualitas à ſtatuto requiſita, minimè reperiatur. Alij tamen, auctoritatem Bart. euadere putantes, nimirum loqui quando filia iure proprio non autem tranſmiſſo excludere vellet, contrarium ſen-* 8 *tierunt, † amitam, & patruum à nepte excludi, ita Cinus in d. l. 1. C. de adult. & ſecundum hanc ſententiam iudicaſſe Conſ. Neap. teſtatur Vinc. de Frãcb. in deciſ. 32. Thom. de Minad in repet. conſt. In aliquib. verſ. 3. noto nu. 123. inter alia mouentur argumento illo, filiam in gradum patris cum omnibus iuribus, & qualitatibus ſuccede-*

re, quo fit vt etiam sextum patris assumere
assirment.

9 Casus † verò, quando scilicet premoriatur filius, relicta filia patri, dubius, & in
volutus est panes Doctores. Alij nanque
neptem à patruis non excludi dixerunt, vt
Bald in l. 2. C. de in ius vocand. & Petr. de
Anchar. in cap. Canonum statuta, vers. his
igitur, de constit. duabus quidem moti ra-
tionibus, quarum altera ab odio statuti, al-
teram à regula subrogati, sumpsere. Alij
contrariam sententiam verioremque arbitra
10 ti sunt † quod nempe neptis excludatur à
patruo, quam tenuere Fulgos. Alex. Iaf. &
Dec. in d. l. 2. C. de in. ius voc. & Dec. conf.
345. quibus per sualum id extitit à textu
in l. si viua matre. C. de bon. mat. atque hoc
dilemmate vsi fuere, aut scilicet, ex perso-
na propria venire ad successionem inten-
dit, & tunc excluditur, quia in remotiori
gradu: aut ex persona patris, & tunc quia
sexus qualitas, si fuerat in patre in ea repe-
riri nō valet, à successione expelletur, additi
his, conseruanda agnationis rationem sta-
tuit extensionem, de casu ad casum operari.

11 In Maioratus † successione filij in locum
patris dari subintrationem multis fundamē-
tis tuetur Molin. de primogen. hispan lib. 3.
cap. 6. quod maxime, ex leg. par. 2. tit. 15.
par. 2. deducit, quam, & plures in Regni suc-
cessione dicat, attamen ad omnes maioratus
extendendam esse putat. Contrarium tamen
professus est à Costa in quest. quam habuit,
de success. inter patr. & nept. quem sequitur
Valasc. de iur. emph. quest. 50. ante nu. 12.
In successione Regni pro nepote tenuit Ro-
scntal. de feudis cap. 7. conclus. 26. & ibi in
glos. O. & P. multas hinc inde auctoritates
cumulauit.

12 In feudorum † successione dari represen-
tationem multa iura docere aduertit doctissi-
mus (vir profectò summæ solideq; doctrinæ)
Franciscus de ponte lect. 12. nu. 11. de suc-
cess. feud. at vulgatam habent distinctionē
Doctores, de feudis diuiduis, & indiuiduis;
de iure francorum, deq; iure longobardorū:

13 † in feudo nanque, quod ad primogenitum
trāsire oportest, neptem excludere amitam,
& patruum censere Petr. de Bellapert. in
l. cum pater §. quindecim. ff. de leg. 2. Bald.
in l. in multis ff. de stat. homin. Loffred cōs.
14. & cons. 19. Andreas in cap. 1. de eo qui
sib. & hared Capic. decis. 21. Ioann. Thom.
Minad. in const. In aliquibus, in tertio no-
tab. n. 119. Vincent. de Ann. in rep. cap. 1. de
Vassall. decrep. etat. nu. 100. & Sing. 356.
vtrobiq. enim testatur fuisse decisum in cau
sa statui Magdalopi. Rosental. de feudis
cap 7. conclus. 41. n. 18. videtur impossibi-
le neptem ex filio primogenito excludere se-
cundogenitum, afflict. in cap. 1. de wal. suc-
cess. feudi, licèt verior arbitretur opinionē
Petri de Monte fuerte, cuius consilium inserit
ipse in suis Commentarijs: attamen non
audet recedere ab opinione Neapolitani
qui neptem excludere patruum arbitratur
Andreas tamen in cap. 1. de nat. succeff. feu-
di, & in const. Comitibus, filium primoge-
niti in vita patris mortui, excludi à secun-
dogenito censuit. de cuius dicti veritate agit.
Franc. de Ponte vbi supra n. 35. quam dicit
quæstionem vulgatam, & per innumeros
Doctores disputatam, Tiraq. inclinare pro
14 nepote ait, & Molinam; ipse tamen putat †
opinionem Andreæ dubitabilem, atque con
suetudine in Regno fuisse receptum, tam
in descendentibus, quam in transuersalibus
nepotem excludere patruum, quod dixerat
in tract. de potest. Proregis tit. 8. n. 32. Fuit
articulus in Regno disputatus in causa
Misirindini, in qua tractabatur de subin-
gressione filij fratris secundogeniti ad exclu
sionem tertiogeniti de eo exstat decis. Franc.
Mulan. 8. lib. 1. nu. 88. & consilium Hiero-
nimi Fimiæ magnæ auctoritatis Doctoris,
Siculi post dictæ decisionem impressum, qui
15 partes tertiogeniti fratris tutati fuere, † eo
maximè fundamento, quod per cap. Si alī-
quem non admitteretur subintratio. Hanc
quæstionem de patruo, & nepote grandi ap-
16 paratu concinnauit † Intrigliol. de feud.
cent. 2. art. 36. n. 30. vsq; ad n. 122. vbi fun-
damenta pro patruo recensuit sub nu. 148.
iura nepotis retulit. sub n. 185. Doctores di-
stinguentes renuntiauit, & demum sub n.
148. pro nepote dedit calculum. Cum. in d.
cap. Si aliquem, verb. gradu, nu 6. referens
Ioan. Aloys. de Septimo, tenentem pro patruo
sub n. 38. inter ordinem primogenitura, &
gradum distinguit, vt primo casu detur sub
intratio, secus in secundo, & n. 72. tenet pro
patruo. Cannet. in d. cap. Si aliquem, § an
filius, tenet pro patruo, stante cap. Si ali-
quem dispositione. Idem Regens de Ramun-
detta, & Fridericus Campixanus in causa
Comitatus Sancti Marci censuere, & Bald.
nouell. in causa Comitatus Sclafani.

17 Contrarium † tamen putauit dicendum
Blasc. Lanc. in rep. d. cap. Si aliquem, &
in causa Comitatus Caltobillotæ, arbitra-
tur enim cap. Si aliquem iura admittentia
subintrationem minimè correxisse.

Hæc

Hæc inter noſtrates diſputabãtur ſuppoſitis duobus, primo quod cap. Si aliquem ne
18 *garet repreſentationem, altero, quod † ius francorum, eamdem non admitteret: idque tum in ſucceſſione tranſuerſalium, tum de ſcendentium verum eſſe arbitrati ſunt. His rationibus Cannet. in d. cap Si aliquem, §. ſed hic tractandum, amitam excludere nep tem cenſuit, auctoritate Andreæ in cap. 1. §. his autem deficientibus de grad. ſucceſſ feud.*

19 *At ſi verſaremur† in feudis diuiduis, & ſecundum ius longobardorum, qui termini in Regno noſtro adaptari non poſſunt, viuitur enim ſecundum ius francorum, & feuda ſunt omnia indiuidua, vt teſtatur Ioan. Franc. Caſtil. deciſ. 33. n. 22. & Maſtrillus deciſ. 105 n. 1. Marius Muta ſuper conſuet Panor. cap. 43. nu. 3. dari ſubintrationem aiunt Doctores Neapod in conſ. 1. Neap. in verſ. ex maſculis, Ioann. Thom. Minad. in conſ In aliquibus n. 119. & 120. in tertio notab. nepos cum patruo admitteretur, Intrigliol. in cent. 2. de feud. art. 1. num. 88. ex cap. 1. de nat. ſucceſſ. feudi, dixerant. Andr. Aluarott. in cap. 1. An agnatus. Matt. Affict. ibi n. 12. Curt. de feud. 2. par. 3. par. princip. n. 12. & alÿ quos congeſſit Schrad. de feud. par. 7. cap. 5. n. 17. Couarr. præct. quæſt. 38. n. 3. Tiraq. de primogen. quæſt.*
20 *40. n. 20. Valaſ. de iur. emph. quæſt. 50. † in principio, vbi tradit inter deſcendentes vſq; in infinitum repreſentationem dari, in collateralibus vſque ad fratruum filios incluſiue, quod ſtatuit conſt. In aliquibus, & extendit vſque ad trinepotem, cap. Si aliquem*
21 *Subintrationem † tamen cõcedi in feudo hæreditario, non autem in feudo pacti, & prouidentia putarunt Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi, par. 2. quæſt. 10. n 53. Cum, in cap. Si aliquem, verb. gradu. n. 9. in fine. Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 36. nu. 201. quam diſtinctionem irridet Valaſ. vbi ſup. n. 3. & patres fuiſſe deceptos arbitratur.*
22 *Hæc de iure† communi, & feudorum, ante quam condita fuiſſent cap. nouiſſima, dixerunt Doctores, in quibus vt ſummis labijs deguſtatum eſt, variationem maximã videre licet, & propterea à noſtratibus in cõtingẽtibus caſibus, modo vna, modo altera opinio reperitur recepta, tandem ſuccedentibus tẽporibus, vt morbo iam ingraueſcenti mederetur, condita fuere capitula, &*
23 *primum Imperator recolendæ memoriæ † Carolus V. in cap. 118. quæſtionem illam, quã inuolutam, perplexam, obſcuramq; appellarunt Doctores, de ſucceſſione inter patruũ & nepotem, pronepote filio primogeniti, contra patruum ſecundogenitum diremit, in nihilo refragante, ſi filius ſecundo genitus tempore vitæ patris poſſeſſionem nactus fuiſſet, & maior natu reperiretur, non admiſſa opinione Andreæ ind. cap. 1. de nat ſucceſ.*
24 *feudi, & aliorum. † Idemq; Imperator in cap 204. aliam ſedauit diſputationem, ſupplicanti enim Regno, vt quod ipſe inter patruum, & nepotem ſanciuerat, inter amitam, & neptem, procederet ex filio maſculo, patri præmortuo, quod nepti, ſtiliret præferetur amitæ, ai ſi reperiretur alter filius maſculus, ille nepotem ex filio primogenito excluderet, ob rationem conſeruandæ agnationis, pra vt petebatur conceſſit, in feudis tamen, in quibus ſecundum eorum naturam fœminæ capaces decernentur, qua determinatione ſubintractionẽ neptis ad excluſionem amitæ admiſit, negauit tamen in caſibus, in quibus ratio conſeruãdæ*
25 *agnationis cõſiderari potuiſſet, † & fuit recepta opinio Affictis in d. capit. de nat ſucceſſ feudi Petri de Monteforte, & Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 41. n. 18. quibus improbabile viſum fuerat, neptem poſſe excludere patruum. Rurſus, & ſopita diſceptatio, de qua per Cannet. in cap. Si aliquem §. Sed hic tractandum. de amita, & neptem haud receptæ illius opinionis qui eum Ioanne de Anſalone amitam nepti præferendam eſſe cenſuerat.*
26 *Per hæc † de ſucceſſionibus inter deſcendentes loquentia, quid in tranſuerſalibus dicendum fuiſſet minime eautum fuerat. propterea Regnum, idẽ ſeruandum in tranſuerſalibus, ab eodem Imperatore petijt, ſed iuxta votum prouiſionem haud obtinere valuit, vt patet in cap. 221. tamdem à Potentiſſimo Rege Philippo ſecundo obtinuit, quod nepos ex fratre ſecundo genito præferretur tertio genito in ſucceſſione primogenitii, ſine filijs decedentis, verũ quod ſi ſecundo genitus, relicta filia, moreretur, illa à tertio genito excluderetur; ſuit in hoc receptum, quod Neapolitana conſuetudo induxerat, de qua per Franc. de Ponte lect. 12. nu. 35. His prehabitis contingit dubitari in caſu conſilij, an neptis ex filio maſculo matri premorſente excluderet amitam in ſucceſſione matris, tenuit D. meus, amitam excludere neptem ex diſpoſitione cap. Si aliquem, quod ſubingreſſionem, & repreſentationem gra-*
27 *dus non admiſit, quodq; procederet in ſucceſſione deſcendentium, quemadmodũ in col-*

lateralium, ab intestato testantur nostrates Petr. de Gregor. de concess. feudi par. 4. quæst. 10. nu 22. & Cannett. in d. cap. Si aliquem, §. sed hic tractandum. Cap. si aliquem excludere representationem gradus, ex illis verbis, (Ille qui tempore mortis supererit defuncto proximior, in feudo succedat) argumentati sunt Cannet. in d. cap. Si aliquē §. an filius excludatur n. 12. Milanes. dec. 8. n. 226. lib. 1. Hieron. Pinia in cons. ibi impresso in causa Misirindini num. 82. Petr de Gregor. de concess. feud. par. 8. quæst. 6. n. 6. Cum in d. cap. Si aliquem verb. gradu n. 82. & n. 100. & verb. eodem ordine n. 7. Intriglol. de feud cent. 2. art. 42. nu 6. Bolognett. dicto cons. 9. nu. 46. ea ratione nimirum, † *quod quando statutum proximiorem vocat, filius nunquam gradum patris representet l. Iulianus in prine. iuncto §. vlt. C. ad Trebell. vbi Bald per illum text*

28 *tum ait* † *quod licet filiorū appellatione veniant nepotes, attamen eos nō comprehendi quando de proximiori, vel de gradu mentio fit, arbitratur: tunc enim cum patruis nepotes non admittantur. Insuper, & addunt Doctores, proximitatem à statuto requisitam, respectu vltimi decedentis intelli-*

29 *gi debere* † *quod clarius est in nostro cap. Si aliquem, in illis verbis: (proximior defuncto,) quæ ad propositum pōderauit Ioan. Angel. Pesanell. in resp. impresso post Cannet. n. 11. & seq. Intriogl. de feud. cent. 2. art. 36. n 16. & art. 38. n. 3. Molin. de primog. hisp. lib. 3. cap. 9. n. 16. Valasc. de iur. emph. quæst. 50. n 37. Petr. Peralt in d. l. 2. §. in fideicommiss. nu. 19. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. 9. Petra. de fideicom. quæst. 111. n. 126. Sard tamen in cons. 325. n. 5. contrarium tuerī nititur: sed quid quid sit de veritate conclusionis, sufficit in Regno receptum esse subintrationem negari ea cap. Si aliquem*

Dubitationem in causa faciebant cap. nouissima supra renuntiata, quibus etsi vberiori calamo fuerit per D. meum factum satis, nihilominus ne in hoc videar accessisse ἀσιβόλως, hæc alia libuit annotare.

Primo itaque opus habere credimus, qui cap. nouissima obstare supra firmatæ conclusioni contendere voluerit, ostendere, ea ad

31 *correctionem* † *cap. Si aliquem venire; quod equidem profectō non nisi per interpretationem extensiuam, quæ ab idemptitate, vel similitudine rationis fieri solet, demonstrare poterit: ex proprietate etenim verborum, casus in quo versamur nullibi in dicti cap. reperitur comprehensus: nam si de cap. Imp. Caroli V. 118. verbo fecerimus,*

32 † *illud, de subingressione nepotis in locū patris ad exclusionem patrui sermonem habere videmus, eiusdemq; Imp. cap. 204. etsi à nepte ex filio masculo amitam excludi censeat, attamen cum in successione amitæ loquatur, ibi (sia preferita alla zia sorella del detto maschio in la successione delli stati Baro-*

33 *nie, & feudi di suo auo)* † *casum nostrum in eo comprehendi, quando de succedendo antè tractatur, minime dixerimus. Cap. Regis Philippi 18 in collateralibus disponit: nos verò in descendentibus versamur: adeo*

34 *vt satis verum sit, ex vi* † *& proprietate recti sermonis, successionem, de qua habemus, minimè in capitulo nouissimo esse comprehensam; si quidem appellatione aui, & nepotis, & patrui non venire auiam, neptem,*

35 *& amitā ex proprietate vocabuli,* † *quam definiunt, significationem vocabulo attributam per vsum, & regionem, l. si quis in fundi vocabulo ff. de leg. 1. satis compertū sit, quæ differunt in nomine appellatiuo nō sunt id. m. Bald in l maximè vltimi C.*

36 *de lib. pret n. 7* † *At cū cap nouissima correctoria dicantur cap. Si aliquem, illius correctionis speciei, quam abrogationem appellāt Doctores, cum non in totum, quo ad materiam subingressionis dispositionē dicti cap. Si aliquem tollant, sed certis tantum casibus, alioquin enim diceretur derogatoria,*

37 † *vt post alios aduertit Bolognett. in d. l. omnes populi n. 175. ff. de stat. & iur. sed de vtraq; specie idem est iudicium, oporteret ad aliam disputationem ingredi, num scilicet licita sit interpretatio extensiua,* † *Hæc*

38 *quidem instrumento rationis finali, vel expressæ, vel tacitæ, vel præsumptæ fieri solet, aiunt enim, mentem, non verba, esse attendendā, rationemq; comprehendere omnes casus in statuto non expressos vi eōprehensionis, non autem extensionis, affirmant* †

39 *Doctores Bald. in l. de quibus col 5 ff de legib. nam sicut genus comprehendit sub se plures species, ita vna ratio subse continet plures casus. Cin in l. sura non in singulis ff. de legib. & l. quod vero eod tit. Bald. in auth. post fratres C. de legit. hered. & in cap. quia G. de iudic. vbi inquit, quæ ratio coniungit legis, dispositio separare non debet.* † *Cap. Imp. Caroli 204. dum patruum*

40 *præfert nepti ex filio masculo premortuo, & cap. Regis Philippi 18. rationem vnicam, expressam, & finalem habent, nimirum*

41 *agnationis conseruandæ,* † *quæ eum per masculos*

feulos non autem per fœmina, conſeruari dicatur l. lege C. de legit. hæred. l. pronunciatio, in fine, ff. de verb. ſignif. 9. cæterum inſt. de leg. agnat. ſucceſſ. ad caſum noſtrum extendi minime poſſunt: Cum verò cap. 204. neptem ex filio maſculo excludere amitæ in bet fauor agnationis conſeruandæ haud militare poteſt, & nullam habens expreſſam rationem, diciſtur correctoria diſpoſitio, ad cap. ſi aliquem, ex cuius diſpoſitione omnes penitus excluditur repreſentatio, unde amita, circumſcripta determinatione cap. 204. pro certo excluſiſſet neptem, ſi itaque in correctorijs verſamur, regula pro nubis ſtabit,

42 *† licitam non eſſe extenſionem: cui adaptari non poſſet limitatio, concedi illam ſcilicet rationis unicæ, expreſſæ, & finalis ope: im-*

43 *pulſiua † enim nõ ſufficeret ſecundum Bar. in l. 2. ff. de donat. & Imol. in l. 1. 9. ſexum ff. de poſtul. & licet in huiuſmodi materia vndique ſint angustia, atque periculoſum*

44 *ſit, regulis communibus † adherere Gabr. conſ. 14. quemadmodum nec tutum particulares deciſiones ſequi, Brun. de ſtat. fem. excluſ. art. 8. n. 89. attamen quo adtinet ad cap. Regni, quæ unicam, & expreſſam habent rationem, conſeruanda agnationis ſcilicet, vtique multis haud ege mus, vt repellere eos poſſimus, qui extenſionem auderent facere nam ceſſante ratione, eo fortius inhe*

45 *rendum eſſet regulæ negatiuæ, quod nimirũ in correctorijs ſtatutis de caſu adcaſũ nõ fiat extẽſio, † Gloſ. cæteriq; in auth quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & in l. præcipimus. C. de appell & in l. ſancimus. C. de teſtam. Bologn poſt omnes in l. omnes populi ff. de luſt. & Iur. n. 234. Negotium propterea nobis erit circa interpretationem cap. 204. in quo, dum de ſucceſſione neptis ad excluſionem amitæ verba facit, nullam ratio nem expreſſam continere videtur; quod cũ de ſucceſſione aui loquatur, de proprietate*

fermonis ſucceſſionem auiæ minimè cõtine-

46 *re videtur, † vt ſupra præſtabatum eſt. Erit propterea de ratione tacita diſquirendum: ex ea etenim ſtatutũ ad caſum nõ expreſſũ porrigi contendunt Doct. iudicatq; de ea,*

47 *ac ſi de expreſſa, † argumento text. in l. nominatim la 2. ff. de lib. & poſthum. & l. ſidus qui. in fin. ff. de fund. inſtructi. Bart. & alij in l. 1. ff. de leg. 1. & l. ſi hæredes, & l. ſiadoptio*

48 *ff. de adop. leg. † quod admittit quando vna, & nõ multiplex aſſignari põt, Bar. in l. liberorũ ff. de verb. ſignif. Crauett. de antiq. tẽp. p. 4. in prince. n. 83. tunc in pro expreſſa habe tur, gloſ. in l. quamuis, & ibi Bald. & alij C. de ſi deicom. mille cõgerit. Tiraq. in tratt. ceſſ. cauſ. lim. 1. n. 18. & ad extenſionem ſtatuti habilis reputatur. † Vnam tamen conſtituit differentiam in hac materia, inter expreſſam, & tacitam rationem, Crauett. de antiq. temp. par. 4 n. 94. vt facilius in*

expreſſa, quam in tacita fiat extenſio, in tacita n. miliquam aduocatorum cõuentiones eſſabunt, nam debet vnica inueſtigari, & non multiplex, quod ſi plures poſſent dari, vtiq; non eadem, ſed ſimilis deortur ratio, vt

50 *aduertit Crauett. † vbi ſup. n. 84. in cuius ind. agatione, vt docet Bald. in l. maximum*

51 *vitium. C. delib pret. n. 16. & 17. † naturalem equitatẽ ſectari debemus, quę mẽtiri ne ſcit. Rurſus, & certa, & cõgrua debet reddi, alias non fieret extenſio, na ſi dubia, neceſſaria dici non poſſet, ſed magiſtralis, quæ ad extenſionem in correctorijs haud ſuffi eret. Inſuper ſunt qui affirment nõ præſumẽdũ*

52 *† eſſe vnicam, in dubio, Salycet in l. ſi ſerui verſi eol. 5. verſ. qua propter ego reaſſumo C. de noxal. action. Alex. in l. ſi conſtante ff. ſolut. mat & Laſ in auth quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. alios congerit Tiraq. vbi*

53 *ſupra limit. 1. n. 11. † Immõ ſant quæ prorſus extenſionem in correctorijs ex tacita ratione negant, quos recenſet Tiraq. vbi ſup. num. 12. eoſq; innititi, dicit, authoritate Bart. in l. liberorum ff. de verb. ſignif. dum ibi dubitat, an ratiu ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos, ſit illa qua à pierijq; ſolet reddi, vt ſalua ſit agnatorum ſamiſia, & dignitas, & an ea ſola ſit, cum ſcripta non reperiatur, ſequi videtur Bald. in l. defunctus, poſt medium. vers. quæro ergo C. de Iuis, & legit. Imol in l. ſi vero ff. de viro; col. vlt. ff. ſolut. mat. Sed concedamus veriui dicere, qui contrarium profeſſi ſunt, quod exratione tacita concedatur*

54 *extenſio, † illa tamen debere eſſe vnica, itẽ & finalis, vt ſupra annotauimus. Hinc ſuboritur difficultas, num ea præſumatur,*

55 *† an potius impulſiua. Præſumi impulſiuã, dixit Accurſius in l. 2. 9. vlt. in gloſ. vlt. ſunt, & alij qui oppoſitum dixere, quos receſſet Tiraq. loco citato. lim. 1. n. 48. ſed omiſſis altercationib', quas fruſtra hic cõmemoraſſe non erit cenſendũ, vt exinde cognoſcatur quã arduũ ſit munus, & quã ei difficile ſit has ſuperare difficultates, & tricas diſſoluere q extẽſionẽ facere voluerit, pſcrutãdũ eſt, q nã ratio in nõ. c. 204 excogitari valeat.*

Primo itaq; qs attẽtare poſſet ſi tacitẽ motiuiſſe rationẽ repreſentationis gradus, cuiẽ liceret, qđ dixit Bart. in d. l. liberorũ n. 12.

ponde-

56 † ponderare, ibi referens decisionem Iacob. Butr. qui stante statuto feminarum exclusiuo nepotem ex filio, excludere amitam, dixerat, licet eam sequatur, nihilominus rationem non approbat, appellationem nimirum filiorum uenire nepotes, imò sentire uidetur statuti dispositionem non porrigi ad nepotes rum tamen ex alia ratione dicit veram decisionem, quia tùc scilicet nepos excludet amitam ex iuris communis dispositione, quo cauetur priuilegium, seu beneficium statuti, filio concessum, transire ad nepotem, argumento textus in l. milites C. de quæst. cui concord. in super quia filio de medio sublato nepos locum sui patris tenere incipit, & demum quia subrogatum, &c. his rationibus procedere dictum Iacob. Butr. arbitratur Bart. qui etsi fateatur statuta non reciperi enterpretatoionem extensiuam, de ea non tractari in proposito casu profitetur, ius enim commune hoc operari affirmat, vt scilicet statuti virtus ad filios, & nepotes
57 transire dicatur. Hinc inferre † quis posset, cap. 204. tacitam habere hanc representationis rationem, quæ cum & militare uideatur in successione auia, dicendũ iure ac meritò sit, casum nostrum in dispositione
58 illius cap. comprehendi. † Hæc Bart. doctrina quatenus, etiã negando extensionem statuti, inferat ex dispositione iuris communis amitæ exclusionem, absque scrupo procedere minime videtur, quandoquidem statuta ria circumscripta dispositione, de iure communi † etsi nepos locum sui patris ingrederetur, attamen non ad totalem amitæ exclusionem id fieret, sed cum ea concurreret, & admitteretur, & affirmare, quòd beneficium, concessum filio à statuto, transitum in nepotem faciat ex dispositione iuris communis, dicere est statutum extendi ad nepotem; ideoque non uidetur posse regulam admitti, quæ extensionem neget, & nepotem patri gradum tenere, concedat, vt fieri posse credit Bart. sed quidquid dicendum sit de veritate doctrinæ, si ex ratione representa-
60 tioni cap. 204. † ad casum nostrum extendere maluerimus, tunc nobis obijci posse, frustra deuentum fuisse ad cõditionem dict. cap eum per cap. 118. eiusdem Imperatoris cautum fuerit, nepotem ingredi locum patris ad exclusionem patrui, ex eadem ratione, quia alia ibi nõ exprimitur, casus enim neptis, de qua in cap. 204. per cap. 118. decisus reperiretur ob rationem representationis.

61 *Insuper quia à Baldo*, † & alijs monemur, in inuestigatione rationis, naturæ dictamen esse inuestigandum, haud quidem id assequemur, si pro tacita ratione, representationem statuto tribueremus, nam etsi secundum naturam filium ingredi locum, & gradum patris fateremur, id ipsum tamen ad exclusionem alterius parem gradum cum patre sua tenentis, minime concedendum esset, at cum in casu nostro representatio neptis operaretur amitæ exclusionem totalem, quæ secundum naturalem æquitatem, quia filia matri, deberet succedere, ideo hanc eligere interpretationem in cap. 204.
62 contra naturæ dictamen esset; † Et quamquam munus nostrum sit, rationem in statuto supponere, qua statuens non videatur insipiens, nihilominus nobis ipsis satisfactum iri putabimus, si in sola vo-
63 luntate rationem inniti dixerimus, † admittunt enim Doctores illam in statutis, sic volo sic iubeo, Corn. conf. 90. lib. 3. Socin. Iun. conf. 3. num. 32. lib. 1. Honded. conf. 1. num. 24. vol. 2. argumento textus in l. prospexit ff. qui & à quib. man. lib. non fient, &c. sed cum D. meus videatur hanc representationis rationis rationem admittere, nobisque fas non sit ab ea recedere; ab eo, quòd paulò supra recensuimus, ostendi potest, ex hac ratione
64 non esse extendendum cap. 204. † cum ratio hæc & quamuis expressa, tanquam odium irrationabile continens, extensionem statuti operari non valeret. Sed quæso, si rationem aduersari naturæ dixerimus, numquid dubitare poterimus, hanc rationem, ad amita exclusionem consideratam, non continere odium irrationabile?

De ratione demum præsumpta in nostro statuto esset indagandum, quæ præsumptionibus, & coniecturis elici consueuit, sed
65 *quia ea vnica † esse non potest, & propterea ratione incertitudinis, illius instrumento extensio in correctorijs fieri non valeat, vt post Alex. Salic. Tiraq. & alios dixit Camill. Gallin. in tractat. quem de verb. signif. laboriosè, & eruditè inscripsit lib. 5. cap 15. ideo in eius inuestigatione minime progrediendum est. Sed antequam vlterius procedamus, aduertendum esset, quod in Regni precibus in cap. 204. fit relatio ad cap. 118. & deinde submittitur (Per leuar ogni dubio, che in futurum potesse nascere che eodem modo s'osserui, & debia osseruare in sexu feminino, &c.) in hac verborum clausula includi videtur ratio, quam*

quam ſtatuentes mouiſſe credibile eſt, con-
66 ſiderauit † hoc Dominus meus ſub num. 7. atque huiuſmodi rationem non finalem, ſed potius impulſiuam appellauit: at præſtat videre, in quo, dubium vertere tunc temporis potuerat, equidem profectò haud ſecundum ea, quæ vel de Iure Romanorum, vel feudorum in diſputationibus de ſubingreſſione filij in locũ patris dicta fuere, iam enim per cap. ſi aliquem iuxta communem interpretationem eõtentionei inter Doctores, de quibus ſupra habuimus, ſilueranr, nullique dubium eſſe poterat, amitam neptem nõ excludere; propterea probabilius conſiderari poſſet id, de quo dubitari contigerat circa interpretationem cap. 118 cuius diſpoſitio refertur in cap. 204. num ſcilicet, quod cap. 118. de maſculis patruo, & nepote habebatur, procederet in fœminis, amita, & nepte: ad tollendam itaque hanc dubitationem, conditum fuiſſe cap. 204. præſumi poteſt; at cum id fiat non per declarationem, ſeu per extenſionem, ſed per nouam diſpoſitionem, & particularem, unum ſequi videtur ad rem noſtrã apprime conducens, vt affirmare valeamus ex ratione illa tacita repreſentationis ſubintellecta in cap. 118. non fuiſſe determinatum caſum inter amitam, & neptem, ſed opus fuiſſe ad particularis legis ſanctionem deuenire, quæ nec omnes caſus, in quibus ratio eadem repreſentationis militare poterat, comprehenderet, ſed tantum diſputationem inter amitã, & neptẽ circa ſucceſſionẽ aui determinaret: ſi itaque cap. 118. de patruo, & nepote ex ratione repreſentationis extendi non potuit ad id, quod deinde in cap. 204. de amita, & nepte fuerat ſancitum, nullo pacto nunc dictum cap. 204. comprehendere caſum noſtrum de ſucceſſione auiæ dicere valemus ex eadem ratione.

Atquia nos tractamus de ſucceſſõe auiæ cap. 204. loquitur de ſucceſſione aui, ideo alia
67 ſubingreditur regula, † num ſcilicet verum ſit ſemper maſculinum in ſtatutis comprehindere fœmininum. Primo in hoc dubitatur an regula negatiua potius ſit concipienda, quam affirmatiua, ex veriori namque ſententia dixit Minoch. conſ. 877. n. 13. regulariter maſculinum non concipere fœmininum id ipſum affirmauerat in conſ. 204. n. 49. Cin tamen in l. quicunque. C. de ſeru. fugit. docet, quòd ſi contingat à lege proferri in negotio indiferenti, maſculinum concipiat fœmininum, ſi vero in negotio differẽti ſecus, pro vt in tutelis, & fideiuſſionibus dicendum eſt. Materiam ſucceſſionis indifferentem vocant Doctores, fœmina enim, & maſculi in ſucceſſionibus nil differunt, niſi ratio conſeruandæ agnationis militaret, Honded. conſ. 7. n. 35. lib. 2. hinc maſculinũ
68 † concipere fœmininum dixerunt Iaſ. in l. ſi ges id quod n. 6. in 4. ampl. ff. de iuſtic. & iur. Dec. in l. 2 ff. de reg. Iur. nu. 90. Cephal. conſ. 53. n. 81.

69 Contrarium tamen † in materia ſucceſſionis ſtatutariæ correctoriæ, maſculinum ſcilicet nõ concipere fœmininum, dixerunt Corn. conſ. 224. lib. 2. nu. 9. & poſt multos Honded. dicto conſ. 7. n. 15. & latè conſ. impreſſ. poſt deciſ. Theſauri 263. ex Bart. in l. 2. ff. de verb. ſignif. longa diſtinctione hanc colligimus doctrinam ad rem noſtram, vt
70 maſculinum per nomen appellatiuum, † ſi ſi proferatur, atque proferentis mentem non habeamus, in materia indifferenti, odiũ irrationabile continente, tunc maſculinum non concipiat fœmininum. Hæc Bart. ſententia caſum noſtrum determinare videtur; verſamur enim (vt ſupra oſtenſum eſt) in terminis, in quibus maſculinum profertur per nomen appellatiuum, de quo loquitur cap. 204. vt de agnato, & aguato dixit conſ. impreſſum poſt Theſ. deciſ. 263. & de primogenita, & primogenito Decian. conſ. 7. n. 51. lib. 1. mentem ſtatuentis minimè certam habemus, quod ſatis vidimus in præferenda ratione ſtatuti, & in negotio indifferenti ſumus, pro vt eſt ſucceſſionis materia, continente odium, quia excluditur amita, ad ſucceſſionẽ vocata à cap. ſi aliquẽ, & illud quidem irrationabile, dum contra naturalem æquitatem, & contra iuris communis deciſionem, neptis repreſentari dicitur in locum patris ad totalem amitæ excluſionem, odium irrationabile, dicimus, quia cum nulla conſiderari poſſit cauſa dignitatis, aut affectionis in nepte, quãm multo magis non valeat videri in amita, nihilominus neptis amitæ præferatur, quo ad dignitatẽ vtraque fœmina eſt, & quo ad affectionem, maior dari poteſt in amita, quãm in nepte, eum de ſucceſſione auiæ tractatur, facit quod poſt alios aduertit Honded. conſ. 7. n. 15. & ſeq. lib. 2. Cæterum in hac mate
71 ria, † qui maſculinum eõcipere fœmininum admittunt, id per interpretationem, non autem ex vi, & proprietate verborum fieri fatentur, ita Bart. in d. l. 1. ff. de verb. ſignif. Hinc in ſtatutis correctorijs, in quibus impropria, & haud toleranda eſt locutio, negatiuè regulam procedere dixerunt

The-

Thesaur. decis. 263. Honded. conf. 7. n. 15. lib. 2. Petr. Bim. conf. 113. nu. 33. lib. 2. Franc. Becc. conf. 116. n. 12. vol. 2. Menoch. cōs. 541. n. 17. Tirag. de retratt. conſang. §. 1. gloſ. 9. n. 179. & ſeq.

Accedat his, quod multi non contemnēda autoritate dixerunt. Decian. conſ. 13. &
72 *conſ 60. n. 36. vol. 3.* † *quod in ſtatutis, excluſio alicuius perſonæ nō fit niſi à perſonis ibi nominatim expreſſis, qđ procedere etiā ſi ratio cōſeruādæ agnationis militaret, affirmauit Menoch. conſ. 347. n. 44. Sur. cōſ. 416. n. 6. & excluda fœmina propter fratres, quòd nō cenſeatur excluſa propter filios fratruū cenſuit Decian. conſ. 21. n. 42. lib. 2. Garpan. in ſtat. Mediol. cap. 288. nu. 7. vbi ex multis comprobat ſtatutum non porrigi ad caſum non expreſſum, etiam ſi eadem militaret ratio Menoch. conſ. 4. n. 8.*

At tempus inſtare videtur, vt receptui canamus, atque ad particulares deciſiones
73 *deueniamus,* † *Tiraq. de iur. primog. queſt. 10. ſtatutum loquens de primogenito non comprehendere primogenitam, ait: ſic ſtatutum, excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non concludere à ſucceſſione alteriusſo-*
74 *roris,* † *cenſuit Lauren. Pal. de ſucceſſ. ab inteſt. 2. par. n. 40. Ferron. in Conſuet. tit. de teſtam. §. 18. Gabriel. tit. de verò ſignif. concluſ. 6. nu. 68. Alciat. conſ. 746. Camill. Gallin. de verbor. ſignificat. lib. 8. cap. 7. nu. 17. quamuis enim fratris appellatione veniat ſoror, nihilominus id nō procedere quā-*
75 *do locutio* † *eſſet ſingularis, dixit Carpan. vbi ſupra nu. 8. idemq; ſi de materia odioſa tractaretur, vel de alterius excluſione, Ioan. Petr. Bim. conſ. 113. num. 62. Franc. Becc.*
76 *conſ. 209. n. 14. lib. 2.* † *Sic ſtatutum, excludens ſororem propter fratrem, nō dicitur excludere propter fratrem patruelem, Bald. in l. Iubemus §. fin n. 3. ad. Trebell. Honded conſ. 2. n. 46. Decian. conſ. 43. n. 10. lib. 2. etſi ipſe contrarium teneat duobus concurrentibus, ſi ratio conſeruandæ agnationis fuiſſet conſiderata, & ſi filij fratrum, & filij filiorum reperirentur vocati, idem conſ. 30. num. 5. & conſ. 60. n. 58. lib. 3. ſic*
77 † *ſtatutū matrem arcens à ſucceſſione filij eam non excludat à ſucceſſione filiæ, tradit Anchar. in cap. ſi quis ſuadente 17. q. 4. Becc. conſ. 209. n. 15. Surd. conſ. 9. n. 8. quid quid*
78 *dicat Marta voto 24. quem* † *nō rectè dicere ex eo ſolo comprehendi poſſet, quòd pro ſua opinione Theſaurū in deciſ. 269 allegat, qui quidem deciſio penitus nil, ad rem ſuam conducere videtur, ibi enim agitur de interpretatione ſtatuti Ciuitatis Foſſani, quo cauebatur, matrem non poſſe de bonis ſuis teſtari exiſtentibus filijs, contingeret matrem mori relicta filia, quam heredem inſtituerat, multis ob noxiam legatis, quærebatur de teſtamenti nullitate, ſtante prædicto ſtatuto, & poſitis primo à Theſauro argumētis, quibus probari credebat ſtatutū loquens de filijs, de filiabus interpretari debere, & precisè quia iuribus expreſſis cautū erat, appellatione filiorum venire filias, vt ipſe ait n. 4. ſub nu. 9. contraria recenſet & tandem ſub n. 11. licet articulum dubiū fateatur, nihilominus ex ſolo fundamento quod ſtatutum illud fauorem cōmunem cen-*
79 *ſebatur,* † *nam licet duo capita contineat vnum ſcilicet odioſum, quatenus facultas teſtandi matri eripitur, & fauorabile alterum, dum conſiderat natura filiumlum, quo incitamur, vt bona filijs relinquamus, & ſimul matris imbecillitati ſuccurratur, fauorem tamen preponderari odio credit ideoque pro nullitate teſtamenti deciſionem refert. Huiuſmodi deciſio quemadmodū ſatis caſui noſtro confert, quia vt ſupra renuntiatum eſt, verſamur in ſtatuto continente odium irrationabile, ita penitus deſtruit doctoris Martæ inteutionem, quia fundamenta, adducta à Theſauro, vt oſtendat ipſe ſtatutum, loquens de filijs, non intelligi de filiabus, validiora ſunt, & niſi ad fauorem contentum in ſtatuto refugiſſet, vtique teſtamentū matris declarauiſſet validum; at cum fauor nullus, immò odium in caſu Doctoris Martæ ſupponatur, dum mater à ſucceſſione filij excludi dicebatur argumenta coaceruata à Theſauro ſub n. 9. cum reſponſionibus ad prima contraria, omnino illius votum, haud iuſti ponderis oſtendunt. Sed quia contra morem noſtrum eſt dicta aliorū carpere, cenſebimus votum Doctoris Martæ in duobus fundari, quæ caſui noſtro non officiunt, primo quia eadem ratio ſtatuti militabat, ſecundo quia mens ſtatuentis intētioni ſuæ fauere conſiderabatur, vt ipſe oſtendit ſub n. 12. vtrumq; ergo poſſumus obtinere, quod præcaueris ſemper exoptandum eſt, & dictum Doctoris ſaluari, & noſtrum à contrarijs vindicari.*
80 *Sed ad rem noſtram redeamus.* † *Sic ſtatutum diſponens, quod agnati maſculi matri, & auiæ maternæ ſuccedant; ſi contingerit non extare matrem, & auiam, ſed amitam proximiorem, quàm ipſi agnati ſint, ex ſtatuto prædicto non excludi amitam cenſuit Paul. de Caſtro in l. defunctus C. de ſuis & leg.*

& leg. quamuis ratio maior sit, non solum ea dē, qua excludi deberet amita, quàm mater, & auia. Paul. Castr. refert, & sequitur Decian. resp. 122. n. 20. lib. 3. sic † Bald.
81 in l. sed, & milites ff. de excusat. tutor. & in l. si quis, C. ad Tertull. aiebat, quòd si statutum à patruo excludi matrem iubeat, non tamen censeretur excusa amita, lieet fortior ratio sit, in exclusione amitæ,
82 quam matris. † idemq. Bald. in l. illam in princ. C. de col lat. censuit, statutum excludens amitam, non excludere materterā, confert dictum Petri de Anchar. in cap. 1. de const. vers. capio nunc quartum mem-
83 brum, ait enim ipse quod † statutum, excludens matrem propter patruum, locum non sortiatur, si mater, & soror extarent, dato quod validior ratio sit in exclusione matris quàm sororis, de quo dicit extare cō-silium Collegij Perusini, quod inseritur in cōs. Ang. 210. dixit idem Anchar cons. 334. Alberic. in 2. par. Stat. Alex. in l. illam in
84 2. col. C. de collat. sic † statutum excludens filiam propter patruum, non idem dicendum, propter patruum magnum, Bald. Alex. Dec. & Las. in l. 1. ff. succeſſ. edic. Dec.
85 cons. 287. n. 9. Rimin. cons. 225. n. 6. 7. sic † Bald. in d. l. sed etsi milites statutum, excludens sororem propter fratrem, non excludere neptem credidit quem sequitur Dec. d. cons. 287. nu. 10. Parisi. cons. 44. nu. 16. vol. 3. & cons. 81. nu. 79. quos refert, & sequitur Ioseph de Sesse in decis. Aragon. 43. n. 52. Sed
86 ad rem proprius accedendo, sic † statutum excludens auum paternum, non porrigi ad auiam, dixit Imola in l. si ita scriptum de leg. 2. Corn. cons. 191. nu. 10. pariter si existente patruo excluderet auum maternū, si cum auo concurreret auia materna, non
87 esse locum statuto, dixit † Bald in l quicunque col. 3. vers. quid si extra C. de ser fugit.
88 sic † statutum loquens de succedendo masculo, non habere locum, quando ageretur de succedendo fœminę, multis comprobat Surd. decis. 9. vbi pluries ita fuisse iudicatum,
89 testatur; sic statutum † excludiuum ab hereditate matris, quod non procedat in hereditate auiæ, dixit Magon. decis. Flor. 147.
90 n. 8. † sic statutum, excludens à succeſſione patris, matris, & aui, non censeri excludere à succeſſione auiæ, consuluit Montesperell. cons. 3. per totum, quem refert, & sequitur Cæsar Barz. decis. 98. num. 24. sic
91 † statutum siue consuetudo, quæ excluderet à succeſſione filij, si decederet filius post mortem matris, relictâ auia materna, & amita, tunc auia succederet, non amita, dato quòd maior ratio militet in auię exclusione, quàm in matre, contra Bart. in l. 2. 9. videndum ff. ad Tertull. tenuit Bald. in l. quod vero, ff. de leg. Capra cons. 136. tum quia statutum est contra rationem, tum quia casus hic vt omissus, remanere deberet in dispositione iuris cōmunis. Hāc opinionem tuetur Affict. in const. In aliquibus nu. 60. Et demum casus plures similes refert Brun de stat. exclu. fgm. art. 8. nu. 81. Hæc omnia dicta grauissimorum, & classicorum doctorum, in his sunt fundata regulis, quod extēsio statuti nō fiat etiam ex maiori, ne dicam eadem ratione: quod stricte sint interpretanda; quod tantum de casibus, & personis expressis sint intelligenda, & quid quid in eis videtur omissum, in dispositione iuris remaneat, adeo vt verum sit dicere à fortiori casum nostrū determinare. Puntum tangit D. meus in cons. 12. nu. 8. 9. 10. & 11. ibiq; & nos aliqua dicemus circa cap. 18. Regis Philippi. Istis omnibus accedere potest quod ait Affict. in cap. 1. 9. quin etiam, Episcop. vel Abbas. constitutiones scilicet Regni siue fauorem, siue odium contineant stricte esse interpretandas, & dixit Andreas, ita tenere sapientes Regni. Ex regulis itaque communibus & peculiaribus decisionibus, obiectioni, quæ ex cap. Regni nouissimis, & præsertim ex cap. 204. desumebatur, factum satis credimus, adeo vt verisimū dicere putemus amitam non excludi à nepte, filia masculi prę mortui, quando de succedendo auiæ tractaretur, atq; semper pro amita respōderemus, quamuis media non staret authoritas Domini mei. Hæc enim non vt ei morem geremus, sed quia pro veris, & solidis habuimus, adduximus.

EPITOME.

Possessorium, & petitorium quando simul terminari debeant. In succeſſione feudorum, proximitas vltimi morientis attenditur, Masculum remotiorem à femina astrictiori excludi in Regno recipitur.

SVMMARIVM.

1 *Testator si vocat quem indubitatum, & immediatum successorem in Baronia, an videatur ille talis institutus, adde, an debeat probari illa qualitas, t rosp. Passet. cons 140. n. 18. & 19.*

2 *Possessorium, & petitorium simul decidi debent, quando tentatur remedium possessorium, & petitorium. & tunc debet haberi aspectus ad possessorium. sed debent decidi merita, & dicitur tentatum vtrũque, cum in supplicatione fuerit petitũ quòd quis manu teneretur tamquam inuestitus in feudum, & tunc admittitur quæstio proprietatis, n. 1.*

3 *Proprietatis quæstio est admittenda in iudicio possessorio quando per vtramque partem ingressum est ad meritorum discussionem.*

4 *In possessione, Quod prædo manutenendus sit, non habet locum quando ex actis constaret notoriè de proprietate, vbi quod procedant cons. Mazol. 91. & Cefal. 19. lib. 1. quando non est facta petitio meritorum, nec constat de proprietate.*

5 *Amita est in 3 gradu, consanguineus est in 4.*

6 *Acquisitiuus primus, vel habens feudum hereditarium potest formam restringere.*

7 *Proximitas vltimi morientis est attendenda in Regno per capitulum si aliquem, per quod etiam non admittitur subintratio.*

8 *In feudi successione præferenda est amita secundogenita nepoti, filio primogenitæ; nam non datur subintratio, quia sumus in successione transuersalium, stante cap. si aliquem, in Regno, non obstante cap. Reg. Carol. 118 quia illud loquitur in feudo aui, & quia ibi nominat certas personas, & non est attendendum ad alias non nominatas, nec in dispari gradu attendenda est masculinitas contra Cannecc. num. 9.*

9 *Masculinitatis qualitas in dispari gradu non est attendenda contra Cannec. fol. 276.*

10 *Masculi, qui descendunt ex feminis non dicuntur agnationem conseruare.*

11 *Masculus remotior vt præferatur feminæ proximiori, opinio reprobata est in Regno contra Cann. & seruatur opinio contraria.*

CONSIL. XI.

IN causa Baroniæ Visciari omissis multis quę circa possessorium dicēda sorent, ad quæ animus non est ingrediendi, cùm multa essent discutienda, in quibus ego alijs in causis, vel diuersam, vel contrariam opinionem substinui; illud præ cæteris venit considerandum, quòd Oratius Paternò in omnibus actis vocatur indubitatus, & immediatus, ac legitimus successor Baronię, & tamquã talis semper petijt manuteneri; nam † in primis in testamento Don Ferdinandi, vltimi Baronis institutus est heres, hijs verbis, Oratium, &c. legitimum immediatũ, ac indubitatum successorem in Baronia, & feudis virtute priuilegiorum, & inuestiturarum, & aliorum actorum, & successionum, & licet non voluerit cumulare titulum institutionis, quia ita sibi placuit, vt in testamento dicitur, tamen sub illa præuia consideratione, quòd ipse esset in mediatus et indubitatus successor, hocq; patet, quia in seq. cap. fecit heredes illos DD. de Gurrerio, aues In bonis allodialibus, et de omnibus eo, de quo disponere poterat, quasi quòd ideo de Baronia dispositionem facerat in Don Horatium præmissa consideratione, vt dictum est supra, sicq; potest procedere decis. tex. in l. fin. ff. de hered. Inst. et theorica Bart. in l demonstratio §. quod autem, ff. de condit. et demonst. siue verba consideremus, siue coniecturatā mentem testatoris. Mortuo Barone, Don Horatius cepit possessionem, sub prætextu quòd dominum, et proprietas spectet ad eum vti legitimum, et indubitatum successorem virtute priuilegiorum, & testamenti, & aliorum actorum in supplicatione, & litteris factis Capitaneo armorum, ita quoque asseritur, et in supplicatione principi porrecta.

In supplicatione porrecta, quòd tollatur sequestrum, ita pariter asseritur, & demum in petitione, de qua hodie tractādũ est, petit, quòd manuteneatur tanquam heres scriptus, & indubitatus successor, & refert se ad actus possessorios, in quibus ita pariter dicitur; Possessio igitur capta est sub qualitate dominij, et legitimę succes-

cessionis,& pariter petitio, de qua agitur,
2 † quo fit, vt cumulatum sit petitorium, et possessorium, et de hijs simul, et semel tractandum, istud in indiuiduo, imò in fortioribus terminis determinat Alber. Brunus cons. 19. num. 21. In vol. cons. feud. vbi in primis voluit, quòd si tentetur remedium possessorium, et petitorium simul, nõ debet haberi respectus ad possessorium, sed debent decidi merita, per text. In cap. eñ dilectus, de caus. possess. et propriet. dicit autem tentatum vtrumque, cùm in supplictione fuerit peticum quòd ille manuteneretur in possessione, tamquam inuestitus in feudum in remunerationẽ vigiliarum; rursus quia dicebat vigorem donationis, factæ per Regem, vnde (inquit) necessariò est de titulo cognoscì, et de eius viribus, et super omnibus simul pronuntiandum, idem voluit Afflictus decis. 293. latè Paris. cons. 112. et cons. 113. lib. 1. et pulchrè Cravett. cons. 248. col. 2. et 3. vbi sequitus Brun. licèt quò ad expensas etiam possessorij scriberet contra Brunus.
3 Tantò † magis, quia in facto hodie nulla est contonersia, et ex aduerso per nos fuit ingressum ad merita et sunt factè probationes, concernentes merita sine contraditione partis, et hodie constat per omnẽ speciem probationis quo fit, vt admittenda sit quæstio proprietatis, Ruy. cons. 127. nu. 9. lib. 5. Rub. in §. nihil commune num. 175. Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 682. idem de recup. poss. remed. 1. num. 163. nec sufficeret protestatio Aret. in §. nihil commune col. 7. sequitur Fely. in cap. inter monasterium, num. 23. ver. fortè, de re iud. Cravet. cons. 199. num. 8. et cons. 248. nu. 4. et quicquid sit in eo articulo, an cum remedio isto admittatur exceptio proprietatis, de quo Menoch. d. remed. 3. num. 671. et omnes in d. §. nihil commune, tamen cum in casu nostro iste Don Horatius petat manuteneri, tamquã hæres, et indubitatus successor, et virtute priuilegiorum, super quibus iam sunt factæ probationes hinc inde, et constat ex processu quis sit verus, et indubitatus successor, non est super possessorio, sed super petitorio pronuntiandum, Rub. in d §. nihil commune uum. 184. in fine, sequitur Menoch. vbi supra num. 684. tunc enim tale remedium dicitur habere vim iuris realis, teste Menochio vbi supra.
4 Hinc † cessant decisiones triuiales Mazolli cons. 91. Cesal. cons. 19. lib. 1. et alio-

rum, nam regula, quòd predo est manutenendus, non habet locum, quando ex processu notarie constaret, Crau. d. cons. 248. col. 3 omnes in d. §. nihil commune, & si in remedio spolij procedit, multo magis in hoc casu, Rub. in d. §. nihil commune nu. 375. Ruy. cons. 127. vol. 5. Menoch. vbi supra num. 681. & contraria procedũt regulariter, non constito, nec facta petitione meritorum, & est notabilis limitatio, declaratio ad omnes prędictas decisiones, & ita in iuditio summarijssimo determinat Aymo Publicius in cõsuetud. Aduernię, tit 12. articulo primo vers. nunc attingo quæstiones Cassanei; & hodie recẽdicimus recepram esse opinionem in Regno in multis possessorijs, in quibus, post positis meritis possessorij, decisio non habet cõsiderationẽ ad merita, vt in causa Veriæ Don Didaci de Silua, in causa Castelluci, et aliorum; & decisio contraria nempe Mazolli cons. 91. num. 53. potest procedere quando constaret de iniustitia possessionis vnius, sed non de titulo alterius, nempe actoris, & ita loquitur Decius allegatus per eum in l. qui accusare nu. 14. C. de eden. & ita quoque procedit decisio Cesal. cons. 19. & 26. num. 9. lib. 1. & aliorum, qui loquuntur in terminis, quando de iure vnius non constat.

Quantum igitur attinet ad merita, contentio est inter amitam vltimi defunti, &
5 consanguineum seu consobrinum, † nam amita est in 3. gradu, consanguineus est in quarto de iure ciuili, l. prima §. tertio gradu, et l. iurisconsultus, de grad. cogn. et est clarum.

Vltimus moriens decessit sine filijs ex dispositione vinculi in donatione facti per Guglielmũ Raymundum Ioannello nepori, extra clausula iuris francorum, et in defectu filiorum Ioannelli, vocauit astrictiorem in gradu consanguinitatis, de cognomine de Castello, descendentis ex Ioanne fratre, et patre dicti Ioannelli, idem disposuit, in fœminis.

Rursus voluit quòd in eodem gradu existentibus Mascnlo, et fœmina, preferatur masculus, in dispari verò preferatur astrictior, etiam ex linea transuersali, ita pluries repetit, quòd præferatur astrictior in plerisq; capitulis.

Idem Guglielmus Raymundus in testamento instituit heredem vniuersalem eũdem Don Ioannẽ cum omnibus vinculis, de quibus in donatione, et potuit iste Gu-

glielmus Raymundus ita disponere, vel
6 quia † primus acquisitor, vel quia habens feudum hereditarium, potuit restringere, de Gregorio de concess. feudi par. 2. q. 10. & par. 3. q. 6. & sunt clare decisiones, & passim approbatę in M. C.

Don Ioannes instituit Vincentium filiũ, & ex eo etiam natę sunt Donna Francisca mater Don Horatij, & Donna Dimidilla, vxor Don Hetasini, disposito, quòd mortuo Don Vincentio sine filijs, succedat illa, quę erit in capillo ex filiabus, in reliquis se remisit ad dispositionem, factã per Guglielmum Raimundum; Don Vincentius Instituit Don Ferdinandum, & dispouit, quod mortuo filio, succedat vna ex dominis eius sororibus, videlicet illa, quę sortè de iure succedere debet, & non aliter nec alio modo.

Ex clara igitur dispositione Guglielmi Raymundi, ista Donna Dimidilla succedere debet, quia ipsa astritior, siue loquamur respectu ipsius disponentis, siue respectu vltimi morientis, vt dictum est su-
7 pra, & sic non est intrandum ad illam altam difficultatem, cuius proximitas sit attendenda, licèt in Regno est text. clarus in cap. si aliquem, secundum quam di spositionem hodie non admittitur subintratio, vt traditur latè in d. cap. si aliquem, & habetur latissimè per D. de Ramundettis in causa Sancti Marci.

8 Ex hijs † tollitur obiectio, quòd Don Horatius sit filius Donnę Franciscę filię primogenitę, & maioris natę, & quòd vult succedere in locum matris, nam primo non datur subintratio, quia sumus in successione transuersalium, tam respectu Guglielmi Raymundi, primi acquisitoris, quàm etiam respectu vltimi morientis Dec. consil. 1. & 2. n. 17. Couarr. pract. q c 38. Marzar. de fideicomm. q. 18. Menoch. cons. 124. l b. 2.

Secundo tanto magis, stante cap. si aliquem, Cannic. fol. 285. cum seq. Bolognet. cons 5. Omnes in d. causa Sancti Marci; & quicquid dixit Socc. cons. 252. vol. 2. In Regno ita fuisse iudicatum refert. Cannicius in cap. si aliquem, fol. 283. num. 5. vbi etiã dicit, quod in Regno est cõmunis opinio, quòd amita preferatur nepoti, licèt, & ipse dicat, hodie esse correctum per rationem, scilicet conseruandę agnationis Idem Cannicius refert fuisse iudicatum, & quòd sit vera, & cõmunis opinio, fol. 288. nu. 19. nec sumus in terminis capitul. Caroli 118. tum quia loquuntur in feudo autum quia specificando personas nominatas, & sic ad correctionem extèdenda nõ sunt Thob. d. cons. 15. & 16. Gabriel d. cons. 14. Paris. cons. 49. lib. 3. Bolognett. cons. 10. nam si loquamur in casu, quo militat ratio statuti conseruandę agnationis, & in casu nostro cessat, aut in casu, quo sine ratione; & tunc non fit extentio ad alios casus sine ratione.

9 Nec refert † quòd D. Horatius sit masculus, quia in existentibus in dispari gradu hoc non est attendendum, ex clara dispositione Guglielmi, et Raymundi.

Et est de iure etiam, Andr. in cap. 1. de eo qui sibi, et heredibus suis, Loffredus cons. 39. Tiraq. de primogen. q. 10. in fine, Cannicius fol. 276. licet ipse contrarium dicat, & tenet Couar. var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 5. latè Thob. Non. cons. 15.

Nec in hoc obstat cap. nouissimum Regis Philippi 18. de quo latetur Cannicius vbi supra, primo, quia de hoc nõ loquitur, rursus loqueretur presupposita ratione conseruandę agnationis, quę non militat in casu nostro, quia licèt Don Horatius sit masculus, tamen nec de cognomine, nec de agnatione est vltimi morietis, aut pri-
10 mi, & isti masculi descendentes ex fęminis nõ dicuntur conseruare agnationem, Gozad. cons. 45. Ruy. cons. 24. vol. 2. Tiraq. de Retratt consang. §. 1. glos. 9. n. 195. latissimè Menoch. cons. 118. cons. 150, & cons. 172. et probatur etiã ex capitulis Regni in ratione eorum, ex quibus cessant cõsiderationes Cannicij vbi supra, volentis capitulum Regis Philippi 18. loqui etiã in masculis vlterioris gradus, quinimo etiã si militaret ratio adhuc cessant, quatenus casu extra personas nominatas, Ita Thob. Non. d. con. 16. col. pen. idem cons. 16. & multa requiruntur vt latè Gabriel cons. 14. & dixi in causa Castellucij.

Et licèt † Cannicius d. fol. 276. cum sequen. disputet illam opinionem, quòd in Regno masculus remotior preferatur, tamen eius opinione reprobata, in Regno tenetur, et seruatur opinio contraria, per tex. in constitut. vt de successionibus, & tener Andr. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hered. mascul. et declarat ibidem Liparulus in verb. in Regno Sicilię, et tradit etiam ibidem Afflictus col. pen. et fin. et ita fuisse iudicatum, et esse magis communem in Regno testantur Doct. nostri in causa Caltabillottę, et in causa Crisiię,

et D.

& D. Io. Aloysius in cap. si aliquem, & Regens Ramundettus in causa Sti Marci, vbi, quòd numquam fuit in Regno auditum contrarium seruari.

Et quicquid sit, ipse semper innititur in ratione conseruandæ agnationis, quæ militare non potest in casu, de quo agimus.

Nec verum est (vt ipse inquit) quod hodie per constitutiones vltimas Caroli, & Regis Philippi, talis opinio sit amplectenda, nam constitutio Caroli de vterino nihil facit ad propositum, quia dato, quòd vterinus sit proximior, tamen est coniunctus ex vno latere tantum, & de iure præfertur coniunctus ex vtroque latere, & ratio, quæ est in vterino, cessat in semina coniuncta vtroque latere, præsertim, quando cessat ratio conseruandæ agnationis.

Et quod dispositum in vterino, non debeat extendi, etiam ex identitate rationis, ad causam exclusionis seruatæ, & ad correctionem iuris communis, Ita Thob. Non. d. cons. 15. & 16.

Rursus non bene dicit interpretando tex. in cap. 18. Regis Philippi, vbi vult, quòd nepos secundogeniti excludit tertiogenitum, vel vlterius gradus, nam hæc verba intelliguntur de tertiogenito, quartogenito, & sequentibus, & in hoc, licèt verè improprié consideretur gradus respectu primogenituræ, tamè quia si loqueretur de gradu lineæ, esset de indubitabili, quia ille nepos respectu alterius masculi sequentis gradus, esset proximior frater secundogenito, quia esset in tertio gradu, & alter esset in remotiori gradu, vel saltem in æquali, puta si esset filius tertiogeniti, vel quartogeniti, & sic in omni casu esset dispositio indubitabilis, apparet de quo gradu intellexit, & cum subdit exinde, quòd filia excludat alias fœminas, & non tertiogenitum, vel vlterius gradus debet intelligi paritet de quartogenito, & sequentibus, subdit rationem vt conseruetur agnatio, etc.

Sed quicquid sit de eius opinione, cùm in casu nostro non simus in ratione conseruandæ agnationis, & habeamus dispositionem claram illius primi disponentis, res est sine dubio.

ANNOT. PETRI FILII.

MAsculum remotiorem non excludere fœminam altiorem, quicquid dixerit Cannet. in cap. Si aliquem 8 sed tractandum esset, censuit Dom. meus in cons. 7.

1 † *quod sæpius meminit, vide cons. 17. n. 3. & in cons. 21. nu. 1. & hic sub n 11 ibique ad euictionem fundamenti Cannet. aliqua annotauimus: at non esse ab re duximus & hic nonnulla alia adnectere. B, memoria haud excidit, nos cum Cannetio sensisse, in*

2 *Regno,* † *nimirum, non adesse dispositionem corrigentem cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus: at cum eo non conuenire, dum eum de fœminam non esse admittendam ad successionem feudi, donec masculus superesset, inferebat, rationibus quidem motis, & fundamentis, quæ hic reperire negotium non est tantum enim erit animaduertere, Ioan. Thom. Minad. in cõst. in aliquibus, in 2. notab. ante nu. 69. à nobis, berele, non nisi post excussam paginam vijsum, eodem consideraſſe, qua & nos ibi adduximus, quod sanè, an iucundum potius, quam molestum fore debuisset, suspenso paululum fuimus animo, tandem illud in primis nobis lætandũ esse iure videmus, quod arcta nostra insigniter autorem habuissent; ipse etenim in prin. notab 2. quæstionem illam excogitandam proposuerat, de qua* † *per Capic. tecis. 176. num.*

3 *scilicet in terminis consti. In aliquibus, fœmina sua diceretur: primo loco in vtramque partem re disputata, sub n. 53. ex ratione illa, quia in fœminam, stante masculo, patris dominium continuari non valeat, nõ posse dici suam concludit; & dum obijcunt, constitutionem stricte esse interpretandam tamquam iuris communis derogatoriam, respondere intendit, constitutionem illam, ad aliquam iuris correctionem non venire profitetur, sed tantum ad tollendã consuetudinem prauam, fuisse conditam; Apertius tamen sub n. 69 hoc ipsum his verbis astruit; Non obstat, inquit, quod ipse*

4 *D. Antonius dicit, istam* † *constitutionem venire ad correctionem iuris antiqui; nam vt sæpe dixi, istud non est simpliciter verum: nam aperte præsupponitur in hac consti. antea fœminas fuisse ad succedendum admissas in hoc Regno, nec constat, quod consuetudines feudales fuissent receptæ in hoc Regno, quod fœminæ essent exclusæ, immo contrarium præsupponitur, vt dixi, dum dicitur in ista consti fœminas, ex prauæ cõsuetudine in aliquibus partibus Regni fuisse repulsas: & ita alias votando declarabat in sacro Regio consilio, cui summa cum laude præfuit, vir acutissimi ingenij, & integerrimi iudicij D. Cinus Loffred. vnde*

con-

conſtitutio iſta non eſt iuris antiqui correctoria, ſed adius antiquum, & generale Regni eſtitit: Hac Minad. cui gratiam referre debemus cumulatiſſimè, eum ſuę Loffredi autori. atem adiunxerit: Idem; in 3. notab. n. 14. dubitationem aliam mouens, † num ſcilicet diſpoſitio cap. 1. de eo, qui ſibi, & hared. ſtante conſt. In aliquibus, locum habere valeat, hac eſt an conceſſo feudo pro maſculis, & his deficientibus pro fœminis, ſi reperiatur filia decedentis & filius fratris, feudum ad filiam potius quam ad filium fratris peruenire debeat. Primò allegat Andr. in d. cap. 1. §. fin. Afflict. ibidem, Loffred. conſ. 39. & conſ. 14. in 3. dubio, rationeſque quibus filiam non excludi à ſucceſſione patris, recenſet. Primo 6 quia per conſt. † In aliquibus, fœmina vocantur, excluſis conſanguineis. Secundo quia dict. cap. prim. ſe fundat in fœminæ ineapacitate, quæ ceſſare videtur ſtante Conſtit. In aliquibus, qua fœminas ad feuda habiles reddit Tertiò quia pactum de quo in d. cap. 1. interpretationem recipiat a iure communi feudorum, quod penitus fœminas exeluſerat; hodie tamen interpretari debeant iuxta conſt. In aliquibus: tunc enim feudum acceptum pro maſculis deſcendentibus, ad fœminas non ambulat; ſi in pari gradu maſculus exiſtat; idem Minad. ſub n. 22. Pro contraria ſententia alia conſideranda proponit. Primo, quod pactum † 7 maſculos fœminis præferens, agnationis fauore cõceptum cenſeatur. Secundo, quod tũc gradus prerogatiua reſpectu primi acquirentis conſiderari debeat, & alia multa adducit: tandem ſub n. 36. in hanc videtur inclinare ſententiam, quod ſcilicet pactum illud, iuxta terminos conſt In aliquibus, mi- 8 nimè interpretari debeat; † eum non idem conſt. & cap. 1 de eo qui ſibi, & hared. contineant: nam ex conſt. feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis, vigore tamẽ pacti, de quo in cap. 1 ſta demũ vocatur fœmina, ſi penitus deficiat omnis maſculus proindeq, ait ipſe, conſtitutio aliũ modum conſiderat in excludendo fœminas, quam faciat cap. 1. & tandem, quod ad rem noſtram, apprime, cõducere videtur, inquit, conſt In aliquibus declaratam, ex conſt ſeq. 9 † Vt de ſucceſſionibus, gradus prærogatiuę reſeruationẽ expreſſã cõtinere, & propterea primo loco eſſe attendẽdam, & deinde ſexus, quod cũ in pacto nõ exprimatur, ſed ſimpliciter fœmina, extãtibus maſculis, excludantur, ſit, vt modus excludendi fœminas, non idem ſit in cap. 1. & in conſt. In aliquibus unde (ait Minad.) videtur quod pactum operari debeat, quod operari poſſit, atque non cenſendum idem diſpoſuiſſe, quod per Conſt. In aliquibus, ſanctum eſt.

Ex verbis ergo Minad. clarè reſultat, quod in conſ. 7. dicimus in 3. ſuppoſito. Sed quia dixerat Cannet in Regno non eſſe aliquam diſpoſitionem correctoriam cap. 1. de eo qui ſuis, vt & in hoc illius opinio explo- 10 daiur, ponderanda erit Andreæ † auctoritas in d. cap. 1 nu. 4. verſ quid ergo hodiè. Suppoſito enim ibi Andreas, quod Sicilię Rex feudum concedat ſub iſta forma. tuis hæredibus maſculis, & his deficientibus fœminis, quærit an tunc ſublatus tenor conſt. In aliquibus, cenſeatur; in quo arbitratur derogatum fuiſſe conſt. inquit enim ille ſibi imputet, qui pro nouo beneficio vetus eligit grauamen: his verbis dat intelligi conſt. In aliquibus, corrigere diſpoſitionẽ d. cap. 1.

Cæterum maſculos, ex conſtitutionibus 11 † Regni, fœminis prælatos fuiſſe, cæteris paribus, quo ad gradum, tum auctoritate noſtratum; tum ex lectura conſtitutionem Regni liquidò apparere poteſt. D. meus id ipſum probari ex contextu conſt. vt de ſucceſſionibus, profitetur: Sentit clarè Afflict in cap. 1. §. & quia nu 8. de his qui feud dar. poſſ. inquit ipſe, De iure tamen conſtit. Regni regulariter, fœmina admittitur ad ſucceſſionem feudi quaternati, vbi non eſt maſculus proximior deſcendens Maſculum † 12 præferri fœminę in eodem gradu exiſtenti dicit Loffred. conſ 39. nu. 8. & ſeq. Fab de Ann. conſ. 39 n. 51. Lanar. conſ. 1. nu. 35. etſi alter obſeruandum eſſe in Regni ſucceſſione profiteatur, de quo eſt conſilium Petri de Ancaran. 339 qui pro fœmina in ſucceſſione Regni Aragoniæ reſpondit. Idemq; obſeruari in feudis Fuldenſibus teſtatur Herm. Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9. n 50. verſ. quia autem conſuetudine; de quibus mentionem facit Andreas Kanieb. de veſt. pact. cap. 4. n 79 qui fœminam aſtrictiorem excludere maſculum, tradit Cum. ex conſt. In aliquibus, & Vt de ſucceſſionibus, & cap. Si aliquem, fœminam haud excludi per maſculũ remotiorem, dixit, in rep. dict. cap. Si aliquem, verbo antiquis nu 185. quod pleniori marte agit in ver maſculas n. 181. & 188. quam ſententiam tenendam eſſe arbitratur 13 ea potiſſimum ratione, † quia cap. ſi aliquę gradum conſideraiit, atque ibi noſtrates omnes allegat. Dixit Petr. de Gregor. de conſeſſ feudi par. 4. q. 4. nu. 11. qui ſub nu. 8 in

Regno,

Regno, potentiorem qualitatem gradus, quam ſit ſexus teſtatur: in quo ponderat cap. ſi aliquem in illis verbis. In ſimiligradu coniũctis, & ibi, Siue ſint maſculi, & ibi. Niſi forte ex duabus concurrentibus, Intriglioli. de feud cent. 1. quæſt. 49. nu 35. & art. 43. nu. 10. noſtrates in cauſa feudi de Rieſi; & Boniornus in cauſa Chabicæ. Intellectus iſte ad Regni conſt. quod fœmina ſtatutio excludat maſculum remotiorem, etſi communi recipiatur calculo, vt ſupra renuntiatum eſt: attamẽ, idipſum aliis rationibus oſtendere non grauabimur.

14 *Doctores in hanc iuerunt ſententiam, † vt ſi fœminæ ſtatuto, conſuetudine, vel pacto ad feudi ſucceſſionem vocẽtur, ita de mum illud capere valeant, ſi maſculorum nullus, ex primo inueſtito, reperiatur, regulam ponit Schrader. de feud par. 7. cap. 4. n 60. mille congeſſit. Burſatt. conſ. 63. nu. 7. & Surd. conſ. 349. n. 1. in quo variæ fuerunt verborum formulæ cõſiderate, de quibus Roſental. de feud. cap 7. concluſ. 39. & ſeq. quid in annot ad conſ. 7. nu. 3. præliba-*

15 *uimus. Roſental. per omnia † exequatas voluit has formas. Pro heredibus maſculis & ijs deficientibus pro fœminis. Pro heredibus maſculis, & fœminis. Pro heredibus vtriuſq; ſexus: in his verò verborum cõeeetionibus, ex multorum auctoritate, aliqus-*

16 *bus ſolum diſſentientibus, † fœminis non eſſe locum, exiſtente maſculo, quantumcũq; remotiori, affirmat. Latè materiam proſequitur Alex. Raudens. conſ. 18. lib. 1. n 34. & Gaſpar. Theſaur. queſt. 12. lib. 2. per totam. Andreas Kanichen. de veſt. pact. cap. 3. & ea 4 n. 27. & licèt Sonſbec. de feud. par. 1. n. 03. in ariſtas formas Pro maſculis, & his deficientibus fœminis, & Promaſculis, & fœminis, differentiam conſtituat, vt in prima, fœmina excludatur ſemper, à quocunq; maſculo, in ſecunda verò, ab aſtricti ori tantum, nihilominus hanc opinionem*

17 *refellit † Piſtor. lib. 2. par. poſt queſt. 35. n. 18. quem ſequitur Andr. Fachineus cõtr. Iur lib. 7. cap. 4. Surd. conſ. 407. num. 5. & ſeq.*

Hæc, tamen, multas videntur pati reſtricẽtiones, de quibus conſulendi eſſent Schrader. de feud. par. 7. cap. 4. num. 73. & Roſental. vbi ſupra concluſ. 41. inter quas, duę ad rem noſtram facere videntur, prima, de qua per Roſental. concluſ. 40. num. 15. ipſe etenim ponderat voculas illas

18 *tam, & quam, eaſq; profectò † inter maſculos, & fœminas, æqualitatem importare arbitratur, proindeq; fœminas à maſculis remotioribus non eſſe excludendas, cenſet, licet in gloſ. P. Doctores contrarium ſententes renuntiet, inter alios Menoch. conſ. 400. n. 7. & Burſatt. conſ. 63. n. 11. Huic limitationi inhærentes, optime dicere potemus nos, in his terminis verſari. Con-*

19 *ſtitutio † etenim noſtra, In aliquibus, ſeminariũ vocationem ad feudi ſucceſſionem per huiuſmodi dictiones tam, & quam, concipere videtur, ibi (Patre mortuo, tam filios, quã filias paberes, aut maiores minore ſue ad parentum ſucceſſionem, abſq; ſexus diſcretione vocari) qua propter exforma conſtitutio nis recedẽdum eſſe, à communi regula circa feminarum admiſſionem, affirmare poſſumus. Sed idipſum clarius in ſequentibus verbis obtinemus, ibi, ſi autem filij maſculi, vna cum filiabus) in iſtis enim verbis*

20 *partes gradus conſideratur, † & tunc maſculum præferri fœminis ſtatuit conſtitutio, quod; vt facili negotio oſtendere valeamus, verba paulo ſupra poſita perpendẽda erunt. habetur ibi, conſuetudinem in oleuiſſe, quasi conſanguineis quantum cum que remoti, maſculum ſexus, femina excludebantur, quam abrogare cupiens Imperator, vniuerſali lege cautum eſſe voluit, tam filios, quàm filias, ad parentum ſucceſſionẽ, abſque ſexus diſcretione vocari debere, at fœminis & maſculis in pari gradu concurrentibus, hos, illis præferri ſtatuit; Paritatem gradum conſiderat, ibi, ſi autem filij vna cum filiabus, quod mortuo patre, fratres, & ſorores ſuperẽſent, atque ex contextu colligere licebit, vt tunc maſculi præferri dicantur fœminis, vel quando in pari exiſtunt gradu, vel tunc cum in remotiori reperiatur fœmina; quando verò cum fœminis aliquem maſculum non extare ſupponimus, tũc remotis maſculis fœminas ad feudi*

21 *ſucceſſionem admittendas decernitur. Inſuper, nec flocci pendendam credimus † verborum illorum, abſque ſexus diſcretione, ponderationem admittunt etenim Doctores, quotquot ſunt, teſte Roſſental vbi ſupra concluſ. 41. n. 12. vt quotieſcunque pariter cum maſculis fœminæ vocantur, tunc maſculis in eodem gradu reperitis cum fœminis, concedendam prælationem eſſe, quod nullis alijs verbis expreſſius dici credimus, quam iſtis, Abſque diſcretione ſexus, idem namque eſſe cenſendum putamus, ſi dictum reperiretur, abſque vlla differentia, & diſparitate, quod q. pares cenſeantur fœminæ, & mares.*

Verſ.

Verſabimur propterea in hac limitatione communi recepto calculo, vt fœmina ſcilicet aſtrictior à maſculo remotiori minimè exeludatur. Retentis † *illis terminis*
22 *non procedere diſpoſitionem text. in d. cap. de eo, qui ſibi, & c. dixit Elbert. Leonin. conſ. 60. n. 2. Iacob. de Sãct. Georg. verbo fœminis num. 10. Surd. conſ. 317. nu. 18. & ſeq. Andreas Fachin. contr. iur. lib. 7. cap. 44. in fine.*

Secunda limitatio, quę ex verbis conſt. Vt de ſucceſſionibus, elici poteſt, ea nimirum eſt, quę ex illius lectura expreſſe colligitur, ſic habet. Feuda tenenti filios, nepotes, & ex eis pronepotes, & trinepotes, & vſque ad infinitum, in deſcendenti linea deſcendẽtes, cuiuſcumque ſexus ſint, liberè, & abſolutè poſſe ſuccedere, ſeruata tamen ſexus
23 *prerogatiua, vt mulieri maſculus, præferatur, nec non maioris ætatis inter eos, qui viuunt in Regno ſpecialiter iure franco rum, & c. Ex his verbis feudum* † *ad vnum tantum, & quidem primogenitum peruenire debet: ius enim francorum nil aliud eſſe dicitur, quam prerogatiua primogeniti, quo admiſſo ad ſucceſſionem, ceteri repellun tur: ſic habet Andreas in cap. omnes filij ſi de feud. def fuer. cõtr. inter domin. & agnat. & in cap. 1. §. præterea ducatus de probib. feud. alien. per Federic. Cannc. in cap. Si aliquem § Textus in V. francorum n. 1. dũ itaque fœminæ admittuntur, atque ſimul*
24 *primogenitura erigitur;* † *ſuccedit quod dicit Bald in conſ. 275. lib. 2. nu. 6. ait enim ipſe, quod ſi, in inueſtitura eſſet adiectũ verbum primogenitus, nõ haberet locum cap. 1. de eo qui ſibi, & c. ſed admitteretur fœmina aſtrictior, potius quam maſculus remotior ſe fidat Bald. quia dignitas Comitatus par*
25 *tibilis non eſt,* † *& propterea ad vnum peruenire debere contendit, & eum ſtante conſuetudine, ad fœminam ambulare poſſit, & filia ſit prior in gradu, ſucceſſioneſque feudorum, ſecundum gradum deferantur cumq; feudum non niſi vnius valeat eſſe, proximioris potius eſſe debeat, qualis filia, quauis fœmina, vaſſalli dicitur, quam remotioris quantum vis maſculi, cum immediata cauſa ſemper attendenda ſit. Hac Bald. ſequitur Pariſ conſ. 21. nu. 29. lib. 1. Curt. Iun. in tract. de feud. quæſt. 1. par. 3. prin. nu. 18. Ioann. Lecirier. de primogen. quæſt. 19 n. 5. vbi habet quod ſi feudum tale eſſet, in quo primogenitus, vel primogenita ſuccederet, filia magis propinqua excluderet etiam maſculum remotiorem, Schrader de feud. par. 7. cap. 4. n. 78. Tiraquell. de primog. quæſt. 10. n. 25. Roſental. de feud. cap. 7. concluſ 41. nu. 13. cui & ſi Bald ratio minime fiat ſatis, nihilominus in gloſ. B. multos huius opinionis recenſet. Gaſpar. Theſaur. lib. 2. queſtion. Forenſ. 12. num. 47. & 56. qui reſpondet Cefal. conſ. 261. n. 65. credenti deceptas fuiſſe DD. auctoritate Bal. in d. conſ. 275. allegat Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi par. 4. q. 4. n. 24. Menoch conſ. 940. n. 45. & conſ. 837. n. 64. atque ſub n. 53. aſſerit intellectum cap. 1. de eo qui ſibi, & c. eſſe de maſculo, in eodem gradu cum fœmina exiſtenti.*

26 *His accedat, quod prerogatiua* † *gradus præſtantior cæteris qualitatibus dicitur, ſemperq; manet inconcuſſa, vt fatetur ipſemet Cannet. in d. cap. ſi aliquem §. premittendum eſt n. 73. & ſeq. quod ex Andrea, & alijs comprobat.*

Idem Cannet. vbi ſup. n. 45. ad excluſionem fœminæ põderauit duo regni cap. 1. Im
27 *perat* † *Caroli V. 258. vbi agnatos vlteriores gradu, vterino fratri proximiori præferendos eſſe diſponitur, ex quo infert ſtatutum magis fauere voluiſſe agnationi, & familiæ, quam gradui, vnde, & ipſe arguit, omnia de gradus prerogatiua enthimemata ceſſare, & cum eadem ratio ſit in fœmina, quæ in vterino, iure, ac meritò ex declaratione facta in vno, inferri*
28 *poſſe ad aliud arbitratur, cũ vterinus,* † *& fœmina in feudorum ſucceſſione ad imparia non debeant iudicari; nam quemadmodum ille, ita nec iſta in inueſtitura comprehendatur. De vterino adduxit Curt. in tract. de feud. 3. par. queſt. 6. & de fœmina Ant. de Alex. conſ. vlt. n. 51. inter conſ. Loffredi tumq; vterinus, & fœmina, ex cap. ſi aliquem vocentur, atque in vterino declaratum ſit, ei præferendos eſſe maſculos remotiores, non abſimili ratione affirmandum eſſe cenſet, de fœmina dicendum argumento, quod diſpoſitum in vno ex comparatis, in alio diſpoſitum dicatur, per text. in l. Principi ff. de legib. Ludouic. Roman. conſ. 383. Loffred. conſ. 1. n. 79.*

Secundo idem aſtrui poſſe contendit, ex
29 *cap.* † *Regis Philippi 18. ibi etenim in trãſuerſalium ſucceſſione, maſculum alterius fratris præmortui, præferendum eſſe amitæ, in ſucceſſione patrui ſancitur, ex quo expreſſis verbis ſexum gradui præferri debere elicit; cum nepos in tertio, amita in ſecundo reperiatur gradu: quod factum minimè credendum eſſe, ait, ob rationem ſubintrationis,*

nis,cum ibi ratio expreſſa renuntietur,nimirum vt Baronæ in agnatione conſeruentur: ideoque ſemper maſculinum remotio rem fœminam quantumcumque aſtritiorẽ excludere,conatur otiſſimum,cum eadem militare ratio videatur.

30 *Inſuper Cannet verba in d.cap.*† *18.quæ clarius hoc idem arguant,hauddeficere credit,nam in caſu, in quo declaratur, amitam excludi à nepte,filia primogeniti fratris hæc adduntur. Non tamen illam excludere patruum tertiogenitũ,vel vlterius gradus cum enim dicitur vlterioris gradus, vlterior patrui gradus deſignatur,& quia in materia fauorabili, indefinita oratio vniuerſali æquipollet, ac ſi, ſanè, dixiſſet ſtatutum,vel alterius cuiuſcunque vlterioris gradus iudicandum eſſe putat.Cumitaq. ait ipſe, verbis expreſſis maſculum remotiorẽ præferri fœmina aſtrictiori iubeatur, ac ad exuberãtiam ratio conſeruandæ agnationis adiecta fuerit, abſque vlla dubitatione cap.illud opinionem illam pro maſculo,contra fœminam approbaſſe diudicandũ erit.Hæc Cannetus.*

Quibus tamen in nihilo refragantibus ab opinione ſupra firmata recedere, tutum haud eſſe arbitramur, & licet Cannetij auctoritati, & rationibus fieri ſatis poſſemus argumento text. in l. minime ff. de legib.nõ mutanda quæ certam interpretationem habuere, nihilominus, & lubet ſumdamentis, ſuperius recenſitis reſpondere, vt eo magis firma, & inconcuſſa remaneat in Regno recepta ſententia.

Primò Cannet. ex diſpoſitione facta de fratre vterino, prerogatiuam gradus, ſexui cedere,colligit;ab æquiparatis deſumpto argumento: in quo antequam vlterius procedamus, non otioſum erit preſupponere, inter noſtrates diu altercatum fuiſſe circa intellectum cap.ſi aliquem de fratris vteri-

31 *ni ſucceſſione loquentis.*† *Concedebant omnes illum ex ſpeciali determinatione contra omnes iuris communis regulas ad feudi ſucceſſionem vocati: diſſentire tamen videbantur, num vterini admiſſio ad excluſionem tantum fiſci concederetur, non autem eeterorum agnatorum ex primo inueſtito originem deducentium;quæ ſtionẽ pleno marte,recenſitis auctoritatibus, & rationibus vtriuſque ſententiæ, congeſſit Cannet. in dicto cap. ſi aliquem §. pretermittendum eſt fol.237 ipſe tamen, cap.ſi aliquem vterinũ vocare ad excluſionem aliorum agnatorum, cenſuit.ſequitur Intrigliol. de feud. cent.2. art.76. ſed quid quidverius dicendum ſit, pretermittamus, quo ad rem noſtram ad-*

32 *tinet; arbitramur* † *cap. 258. Imperatoris Caroli V.Cannetij,& aliorum exiſtimandã eſſe opinionem ſanxiſſe, ac proinde Contrariorum recipiẽdam eſſe ſtatuiſſe,affirmantium ſcilicet, vterinum fratrem, donec ſupereſſet maſculus à primo inueſtito deſcẽdẽs non eſſe admittendum;quod expreſſit verbis patet ibi. (Et perche la vera intelligenza deue eſſere, & è, che ſuccedino, & deueno ſuccedere quelli parenti collaterali,che ſonno deſcendẽti della vera linea del primo acquiſitore, & il fratello vterino ſolamente può ſuccedere,quãdo nõ remaneſſe neſſuno della detta linea del primo acquiſitatore ad cluſione del fiſco, per leuare ogni difficul-*

33 *tà,&c.) Princeps itaque Cap.*† *Si aliquem interpretatur,tunc admitti vterinum quãdo nullus exdeſcendentibus primi inueſtiti in humanis eſſet. Ceſſat propterea æquiparatio,quam facit Cãnett. de fœmina,& vterino, cum iſte tantum ad fiſci excluſionem vocetur, illa vero, non exiſtente in eodem gradu maſculo,vt ſupra probatum eſt.*

Rurſus,& deficere videtur argumentũ ab æquiparatis, nam licet diffiteri non valeamus, in inueſtitura non comprehendi

34 *vterinum,tamẽ illud prouenire credimus* † *quia in eo finitum primi acquirentis genus dicitur & propterea nullus ei dari aditus*

35 *ad feudi ſucceſſionem videtur,cum* † *cognationis ius prorſus impertinens, in feudis iudicetur cap.1. de gradib.ſucceſſ.Curt. de feud. par.princ. 3. memb. 3. n.55.quod de fœmina minimè dicendum erit,iure etenim agnationis,data eidẽ capacitate, deferũtur feuda,& ex Regni Conſtitutionibus in inueſtitura comprehenſa cenſetur,in eaq; diu rare ſucceſſionem, & deſcendentiam primi inueſtiti affirmare vidimus, quod de vterino dicere minimè audemus.*

Inſuper fœminam non comprehendi in inueſtitura firmat Cãnet. auctoritate Ant.

36 *de Alex.* † *in conſ. vlt. inter conſ. Loffredi illius tamen dicta ad rem ſuam haud facere videntur, nam ſub n.55. verſ alterius facti ſpecies ſupponitur,in eaq; diſquireba tur num fœmina agnata feudum reuocare alienatum valuiſſet,negatiuam partem ipſe tuetur, ea ſiquidem motus ratione, quia in cap. 1. de alien. feud. pat. loquente de maſculo, non comprehendatur fœmina, quæ etſi à Regni Conſtitutionibus vocetur ad feudi ſucceſſionem, attamen quia id ex gratia factum eſt, ad feudi reuocationem*

vinime extendi debeat, ij termini noſtri haud quidem ſunt, verſamur enim in ſucceſſione, non in reuocatione feudi alienati, proindeq; Ant. de Alex. auctoritas nobis minime officere poſſet. Sed & poſſet iure, ac merito attentari, Doctorem illum non bene dixiſſe, cum data capacitate ſeminarum ex conſtitutionibus, illa ad omnem iuris effectū interpretari debeat, nec auctoritas Andreæ in ca. 1. §. hoc quoque, vel rectius in §. & olim verſ. ſi ergo viuens, n. 8. aliquid nobis obſtare videtur, ille etenim † in ea diſputatione, an ſecundo genitus reuocet feudum cum conſenſu primogeniti alienatum, loquitur de feudo conceſſo Titio, & primogenitis, non autem de eo, quod Titio, & deſcendentibus reperiretur datum; hinc infert nō niſi primogenitos feudum poſſe reuocare, & licet circa verborum ſerniē intellectū aliqua poſſent ſpeculari, nihilominus quia de ſuo caſu diſceptato non eſt noſtra, & in ſpecie Ant. de Alex. reprobat Loffred conſ. 1. n. 86. & ſeq. vbi eo maxime probat arguméto, feminam reuocare poſſe feudum, quia alias elusoria eſſent iura Regni, capaces ſeminas ad feuda ſucceſſionem dictantia; immorandum in hoc haud ducimus. Elumbe itaque remanet ab equiparatis argumentū, cum illud † non procedere dicamus, quando equiparatio nō in totū, ſed in parte tantum ſiat, tunc enim quod de vno dicitur, de alio predicari non debet, gloſ. in cap. 1. ne cleric. vel monac, in 6. & in cap. Conſtitutionem de reg. iur. eod. lib. tex. in l. furioſi C. de nupt.

Adducit iterum Cannet proſua opinione cap. Regis Philippi 18. † primo ab idemptitate rationis, ibi expreſſa, conſeruandæ nimirum agnationis, & propterea diſpoſitione illam ad fauorem patrui contra neptem ad omnes caſus ſuas porrigere vires, in quibus eadē militare ratio dignoſcitur, ſi enim inquit ipſe, Princeps filiam, potiorem in gradu, quam ſit patruus, excluſit. fauore agnationis, idem in omnibus tranſeuntibus vlterioris gradus affirmandum eſt. Hanc conſideratione ſic copede conſuitō tranſeamus, cum in ſuperioribus ſatis, ſuperq; de extenſione ſtatuti egerimus; tum maximè, quia in hac conſultatione, maſculi, qui feminam reppellere intendebat, de agnatis primi inuectiſti non erat. Nobis tamen remanet diſcutienda ponderatio, quā habet Cannet. in illis verbis, vel vlterioris gradus. † D. meus facere ſatis videtur, aſſerens, verba illa ſi referentur ad conſanguinitatis gradum, diſpoſitio ſtaret de indubitabili, loquens de nepote, & propterea interpretari debere, vt quemadmodum, neptis non excluderet tertiogenitum, ita nec quarto nec quintogenitum, hanc ſolidam rem putamus rationem, ſed vt aliquid penſi noſtri adijciamus, dicimus, † vocē gradus nil aliud in nuere, quàm ordinem ſuxta quem intellectum, dicitur gradus primus, & ſecūdus heredum l. 8. §. 1. ff de bon. poſſ cōtr. tab l 3. §. Filius, & § ſequ. ff. de lib. & poſth hum. † Præterea dignitatem, & honorem poteſt ſignificare l. 1. §. preſes ff de mun. & honor. iic habetur in l. 16. & l. vlt. in Cod. Theodoſ. Maiorem gradum dignitatis aſſerē dere. Hii ſic habitis, cum in cap. legantur hæc verba, vlterioris gradus, vel de ordine, vel de dignitate interpretanda veniunt, nā quartogenitus, & quintogenitus reſpectu tertiogeniti vlterioris gradus, ſcilicet inferioris ordinis, & dignitatis appellari valeat: quo ad ordinem, dicimus primò in lucem editum primogenitum, quam ſecundoge nitum, † quem Tiraq. de primog. queſt. 1. n. 7. primum in gradu natura dicit. Rurſus, & primogenitura, dignitas quædam dicitur not. gloſ in cap. quam periculoſum 7. q. 1. Tiraq. vbi ſupra queſt. 43. n. 37. & in præfat. n. 17. & ſeq.

In ſuper, & pondrari poſſet vocula illa, vel, prepoſita verbis illis vlterioris gradus, † cuius natura eſt, implicare precedentia in ſequentia, vt not. in §. per occaſionem in Auth de nupt. Crat. conſ. 160. nu. 45. lib. 7. nam cum li era contextus cap. ſupra, non habeat de gradibus, ſed ſolum de fratre dum poſtea illa verba, vel vlterioris gradus adnectuntur, datus intelligi ea non eſſe intelligenda de gradu lineæ, qui cadere diuerſus inter fratres, non valet, cum omnes in ſecundo ſint gradu l. 1. ff de gradib. affirm. † ſed potius ordinis, & dignitatis, & ac ſi dixiſſet vlterioris gradus. quartogenituræ, quintogenituræ, & ſic de cæteris fratribus, vt alternatiua illa, vel, munere ſuo fungi videatur, implicare ſcilicet ſuperiora in poſteriora.

Sed antea quam ad alia progrediamur, ſi bet hæc, quæ de feudis diximus, hiſpanorū auctoritate, de eorum primogenijs, loquentium, confirmare: licebit ſane hoc & nobis, cum, & ipſi, argumentis, & auctoritate iuris feudorum freti ſuas agant diſputationes putantes primogenia, & feuda, vno eodemq; iure cenſenda, † Bouad. polit. lib. 2. cap. 18. n. 157. omneſq; quotquot ſunt.

In ſucceſſione maioratuum, ſi fuerint † voca-


image
not
available

ereti irritantis, quando loquitur per prohibitiua verba, & negatiua.

18 *Lex vt tollatur per non vſum, debet nõ vſus habere implicitum contrarium vſum.*

20 *Iuramentum non tranſit ad ſucceſſorem ex fideicommiſſo, & ex pacto in feudis.*

21 *Iuramento non obſtante proceditſtatutum ſuper contractu iurata diſponente quando eſt editum pro beneficio publico, & pro ſeruitio Regis, & tunc non ſeruatur iuramentum, vbi verſatur publicus fauor & vtilitas.*

22 *Feuda nõ poſſunt obligari ſine regio aſſenſu circumſcripto cap. volentes.*

CONSIL. XII.

PROPOSITIONES Comitis Raccudiæ aduerſus exequutionem contra eum cauſatam in vncijs ſex mille, & octingentis, meo iudicio ſunt releuantiſſimæ, in primis ſi quidem ſunt iuſtiſſimæ, quo ad ſummam vntiarum mille & ducentarum, cum pro eis, ne dum non appareat ſolutio dotium facta illi Comitiſſæ Horatio ſtante actu declaratorio, de quo in ſcripturis, imo apparet fuiſſe ſolutum pro illa ſumma iſti dict. Donne Lucretiæ actrici; cum in actu reſtitutionis ſibi factę in compotum iſtarum ſuarum dotium, primo loco tantum ſcutos decem mille fuiſſe ſolutos, aſſeratur illi Horatio, et pro reſtanti ſcutorum duodecim mille, pro complemento omnium ſuarum dotium, ſit facta ſibi reſtitutio iurium, et actionum contra Principem Paternionis: et in actu iſtius reſtitutionis dicatur (in concurrentem ſatisfactionem, et ſolutionem dotium) quo fit vt cenſeatur facta diſobligatio, et ſolutio illius partis, et ſummæ ceſſæ, ad notata per Gozad. conſ. 38. et ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio vtl. iuribus; & tametſi ille actus factus fuerit in abſentia illius d. Donne Luctetiæ, nihilominus ipſum ratificauit, cum in exequutione modo cauſata, in ſpecie ad fundandã intentionem ſuam, iſta Donna Lucretia vocat illum, & cum aliis ſcripturis tranſmittit coram iudicibus, & ſine aliqua proteſtatione; quo † fit vt nulli dubiũ eſſe debeat acceptationem, & ratificationẽ fuiſſe ſequutam, ad notata in cap. Imputati, de fide inſtrum. & in cap. cum venerabilis de except. cum ſimilib. Tanto magis cum ei veritas ſit, ſtante predicto actu declaratorio per quem alteritur, puram veritatem fuiſſe, illos ſcutos tres mille ſolutos illis de Riſaulli, non fuiſſe receptos per Comitem & D. Principem remanſiſſe debitorem, & ob id aduerſus eum eſt facta ceſſio cum promiſſione non faciendi ſummam ceſſam veram, & bonam.

Secundo principaliter executio corruit, quia actum eſt virtute contractus facti cum illo Comite defuncto, cuius † plures fuerũt hęredes ab inteſtato ſuccedentes, & tamen inſolidum, & pro tota ſumma cauſata eſt exequutio, & de iure clariſſimũ eſt, in actione perſonali loquendo, quæ hodie licet cũ priuilegio exequutionis, ob diſpoſitionem ritus, tentata eſt (vt eſt expeditiſſimum in Regno) defuncto obligato, actiones paſſiuę pro rata vnuſcuiuſque tranſire ad hæredes, eoſque non in ſolidum eſſe conueniendos, ſed pro ratis eorum hæreditarijs quantumcumque hæres prælegatum habeat Tiraq. de primogen. q. 35. num. 17. eſt text. in l. pro hęreditarijs ff. de hęr. actio. cuius ea eſt ratio, quia hęres extra ſuam ratam extranea perſona eſt Doct. cõmuniter ibidem, † & ob id etiam pacto ſtatui nõ poteſt, quod in caſu mortis vnus hæres tantum cenſeatur obligatus, vt eſt tex. ſotmalis in l. eum, qui ita §. te, & Titium ff. de ver. oblig. Doct. communiter in d. l. a. & in l. cum ab vno ff. de leg. 2. Batt. Aret. & alij in l. continuis §. fin. ff. de verb. oblig. pro rata ergo emolumenti hæreditatis eſſe conueniendum hæredem, dicit etiam tex. in l. 1. C. ſi cer. petatur, quod autem in propoſito ſint plures hæredes patet ex ſcripturis tranſmiſſis, & ſufficeret obſtendere alios remanſiſſe fratres, & ſorores, cum illi ab inteſtato iure optimo ſuccedant, & niſi tempore vel repudiatione excludantur, non poteſt eis dici hęreditatem non eſſe delatam, hinc fit quod licet Comes ſimpliciter dixerit ſe hæredem fratris; tamen intelligendum eſt pro rata ſua, cum alioquin nobis, in poteſtate eſſet alterius, fieri, & non fieri hæredes: tanto magis ne præſumatur illum voluiſſe occupare iura aliorum cohæredum † & quantumcumq; confeſſus fuerit ſe hæredem eſſe in ſolidum, cũ tamen appareat de contrario ex actis, non tenetur niſi pro parte vera hæreditaria, ita in individuo, imo in ſortiori caſu determinat Ruyn. conſ. 3. num. 7. in 1. vol. & pulchre

ehre Alciat. conſ. 398. num. 1. & in eo qui conuenitur vt hæres, & nihil opponit, determinat Socc. Iunior. conſ. 45. in 1. vol.

Præmiſſis autem ex aduerſo dicebatur 5 † iſtum dominum Comitem fuiſſe hæredē in feudalibus, & conſequenter repreſentare in eorum perſonam defuncti, & quo ad ea ſeparata dicatur hæreditas, argumento text. in l. ſi certarum rerum ff. de mil. teſtam. quem tex. loquentem in milite extendunt Doct. ad Baroues, & feudatarios Bald. in auten. ceſſante ven. & nota C. de leg. hæred. cum ſimilibus. Sed hæc meo iudicio, multipliciter oſtenditur, non obſtare in caſu noſtro. Primo enim dicimus hæc procedere, ſi Comes defunctus teſtat' fuiſſet, & voluerit vnum habere hæredem in 6 Baronijs, & alios in allodialibus, ita ꝓprie tex. loquitur in d. l. ſi certarum; † & ideo ni ſi de voluntate cōſtet, non dicitur etiam militem velle diſponere cum priuilegio, immo in dubio, & ab inteſtato, loquendo, dicitur etiam miles vti iure communi l. prima, vbi Doct. communiter tradunt C. de teſtam. mil. & licet Comes modernus particulariter ſuccedat, & ſolus in Comitatu, & feudalibus, tamen id non eſt ex diſpoſitione Comitis mortui, ſed iure ſucceſſionis feudorum, vel ex pacto, & prouidentia principis, vel ob fideicommiſſum ſuorū anteceſſorum, & ideo ita declarat propriè Dom. de Gregorio in tract. de conceſſ. feudi, quarta parte q. 14. ver. & hunc primum caſum intelligo, Bald. in cap. 1. in princ. col. 2. & ſeq. de ſucceſſ. feudi, & latè Frecia lib. 3. de ſubfeudis, differen. 20. fol. 7 265. & differ. 31. fol. 271. † & licet in filio ſuccedente in feudo poſt mortem patris aliquid dici poſſet, cum in hoc deterioris ſit condītionis, quam cæteri agnati cap. 1. cū ibi notatis, an agnatus, &c. nihilominus non ſumus extra difficultatem, cum ſimus in fratre, & agnato, qui pacto aliquo non eſt neceſſe, quod ſit hæres vltimi morientis, & licet reſpectu proximitatis attendatur vltimus moriens cap. Si aliquem vbi Scribētes, nihilominus reſpectu ſucceſſionis dicitur ſuccedi primo, & non vltimo Cur. Ian. conſ. 1. col. 1. poſt tract. feud. Brunus conſ. 28. num. 13. 14. in feudalibus cum alijs de quibus per deciſ. Sen. Pedam. 26. nu. 10. in quo etiam poſſent tot, & tanta cumulari, vt tedio potius afficere videretur ludices, cum hæc, & multò maiora longè eis ſint notiſſima, & tanto magis cum in feudalibus, de quibus agitur ſint tot, & tanta fidei commiſſa, & diſpoſitiones anteceſſorum, vt dubitandum non ſit clientem ſuccedere iure proprio, & tamquam in re ꝓpria, et nullo pacto hæreditario. Tex. ergo in l. ſi certarū loquitur in feudo militis, & re ꝓpria, & deciſiones, quæ prælleguntur, & poſſent allegari, loquuntur in feudo hæreditario, & ad quod omninoſuccedēs debet eſſe hæres vltimi morientis, alioquin, vt ſtatim dicetur, feuda eſſent deterioris condītionis, & ſimiliter agnati ſuccedentes iure proprio deteriores, quam alij ſuccedentes ex vinculo inſtebus allodialibus.

Nec quicquam facit meo iudicio, quod ſumus in dote, ad quam reſtituēdam obligata ſunt feuda, nam hoc admiſſo pro modo, & in diſtinctè, non ſequitur actionem perſonalem eſſe dandam inſolidum cum priuilegio executionis contra vnum ex hæredibus per ea, quæ ſupra dicta ſunt, nec talis obligatio facit, quod ſuccedens in feudo obligato, dicatur neceſſariò hæres obligantis, quod non potuerit ſuccedere, niſi vt hæres. Illud enim ego non video, nec iure, nec ratione poſſe fundari, nam quod de obligatione dicitur, potius facit vt alia via agendum ſit contra poſſeſſorē rei obligatę, & ita aliàs in rebus allodialibus deciſum eſt. Nec non poſſum videre quomodo iſta feuda dici poſſint hæreditaria reſpectu d. Comitis ſuccedentis vt dictum eſt, & eſt clariſſimum ex actis citra perſonam vltimi morientis, & iure proprio, & licet ipſe 8 in inuentario poſuerit hæc bona † tamen iam adſunt & generales, & particulares proteſtationes, quæ omnino iuuant ex vulgari, et cōmuni theorica Ang. in l. 1 §. hæc ſtipulatio, ff. ſi cui pluſquam per l. falcid.

Sed quantumcūque nos eſſemus in terminis d. l. ſi certarum, et iſte Comes eſſet hęres in Baronijs, nihilominus non video ego quomodo poſſit inferri ad debitum dotis ipſum ſolum eſſe obligatum, ſi enim obligatio hæc reſpiceret tantum feudalia, vtique verum diceretur ex aduerſo, et procederet tunc tex. in dict. l. ſi certarum; ſicuti etiam ſolus teneretur hęres in paganicis, ſi obligatio illa reſpiceretur, quo ſit, vt ex intentione tex. et Doct. ibi ſi debitum communiter ſaltem reſpicit ambas hæreditates, non video quomodo vnus ſolus hęres, et vna ſola hęreditas teneatur, et maximè actione perſonali, et exequutiua. Fundo ego in primis debitum iſtius reſtitutionis non reſpice-

ſpicere tantum feudalia, quod ſola ratione naturali, & ex facie contractus apparet veriſſimum, omnia enim bona ſunt obligata ad illius teſtationem, & non magis occaſione feudalium, quàm aliorum contracta
9 eſt obligatio (perſonalis inquam) † mortuo ergo Comite ſicuti omnia bona, & equaliter, ac inſolidum ſunt obligata, ita equaliter, & inſolidum oēs eius hęredes poſſidentes bona tenētur actione hipothecaria: actione vero perſonali pro vniuſcuiuſque rata, ita per iura ſupra allegata diſtinguit inter actionem perſonalē, & hipotecariam Roder. Suarez in l. poſt rem fol. mihi 585. num. 14. & tradunt omnes in locis preallegatis. Præſuppoſito ergo vt eſt veriſſimum in caſo noſtro, debitum ſpectare ad vtramque hęreditarem, ſequitur in ijs terminis recte procedere tex. in d. l. 1. C. ſi cert. pet. & in dicta l. ſecunda, ff. de hęred. actio eum ſimilibus.

Nec ad rē facit meo iudicio, quod electio ſit creditoris agere ad quam libet rem vult, & ad quamlibet hęreditatem, quia iſtud procedit in actione hipothecaria, & non in perſonali, ita Doctores diſtinguunt, & declarant præſertim Xuarez loco præallegato Nec in hoc deterioris conditionis debet eſſe ſendatarius quam quilibet alius poſſeſſor: hæres enim vnus dato quod poſſideat rem in ſolidum obligatam, ad quam petendam via ſua daretur electio creditoris, preſuppoſita expreſſa oblatione ex diſpoſitione tex. in l. creditoris arbitrio ff. de diſtract pignor. tamen ſi contra eum non agatur actione hipotecaria, ſed perſonali, parum ſeruiet talis electio, imo agendum eſt contra eum pro rata; ita apertiſſime declarant Doctores ſupra allegati, ex quibus ſequitur non valere conſequentiam, res poſſeſſa eſt in ſolidum obligata, & electio eſt creditoris, ergo talis poſſeſſor cōueniendus eſt inſolidum actione perſonali, Infertur ergo in propoſito non eſſe agēdum inſolidum contra hęredem in Baronia præſuppoſito altero hærede ſimiliter obligato, quamtumcumque Baronia ſit inſolidum, & collectiuè obligata, nec valet, quod dicebatur in allodialibus rationem diuerſitatis eſſe, quod in eis plures ſunt hęredes, quod non eſt in feudalibus; nam in hoc meo iudicio maxima eſt fallacia: in alliodialibus enim, ſicuti vna eſt hęreditas, ita omnes eius hęredes ſunt obligati; in feudalibus autem ſimiliter ſi totum debitum eſſet feudale, at ſi præſupponimus debitum eſſe, et feudale, & allodiale, & defunctum actione perſonali obligatum habere duas hęreditates, quas equa lāce reſpicit eius obligatio, cui dicemus eo mortuo obligationem eandem, & actionem perſonalem dari inſolidum contra vnam hęreditarem magis quàm contra aliam? ego quo ad me, vt verum fatear, hanc diuerſitatem non capio, nec iure aliquo, aut ratione fundare video, imo ex ea ſatis abſurdum ſequeretur, feudalia aliquin ab omnibus legibus priuilegiata, eſſe deterioris condictionis, & ſuccedentem iure proprio in feudalibus magis obſtrictū eſſe, & obligarum, quam alij ſuccedentes in allodialibus; Quæ omnia apud me clariſſima, & indubitata ſunt, & teneri per me dicta per claras deciſiones comproba-
10 ſi † nam in puncto in eo, qui hęredem facit vniuerſalem in allodialibus, & alium in feudalibus particularem, quod primus teneatur, & ſecundus non niſi in ſubſidium & facta diſcuſſione, determinat Capicius deciſ. 198. & 199. ſed quando ſuccedens in feudo venit iure proprio, & ex pacto, quod non teneatur contribuere, niſi debitum ſit occaſione feudi, & quod teneatur tantum pro rata, pro qua eſt hęres, eſt pulchra, & indubitabilis deciſio Frecciæ lib. 3. de ſubfeudis differ. 13. fol mihi 264. poſt Tiraq. de Primogen. quæſt. 35. circa finem ad quod etiā facit Brunus conſ. 104. in feudalibus.

Ex præmiſſis ſi vera ſunt, vt arbitror, ſequitur concludentiſſime perperam impletam fuiſſe exequtionē ſuper bonis feudalibus, tāquam ſuper bonis propriis hę-
11 redis; in quibus nō poterit fieri implementum, ſi ille bona defuncti obtulit ex diſpoſitione Ritus noſtri cap. 122. quod etiam de iure communi procedere teſtatur Alciarus conſ. 193. poſt doct. in l. fin. §. etſi præſaram. C. de iur. delib.

12 Tertio principaliter † executio quatenus impleta eſt ſuper Comitatu, & feudis eſt retractanda ex clariſſima diſpoſitione capituli glorioſiſſimę memoriæ Imperatoris Caroli Quinti, Regis & domini noſtri 246. Preſupponimus, enim, bona allodialia hęreditaria adeſſe, vt patet ex inuentario, & oblatione noſtra, de qua in cedula oblatoria vltimo loco præſentata, et eo ſequenter non niſi in ſubſidium poſſe procedi ſuper feudalibus, quod in primis ſtante fidei commiſſo, et vinculo anteceſſorum de plano procedit, etiam circumſcripta

13 ſcripta diſpoſitione capituli Regni, cum† grauatus licet pro dotis reſtitutione, vel cõſtitutione poſſit bona vinculata alienare, & obligare, id tamẽ nõ niſi in ſubſidiũ cõceditur, Authen. Res quæ, cum ibi notatis, C. com. de leg. l. Marcellus §. res contra ff. ad Trebel. pleniſſimè Doct. in §. diui. Et hic in hoc non quia feuda, dicimus nõ poſſe capi principaliter, ſed tanquam res fideicommiſſo, & reſtitutioni ſubiectas. Nec in hoc valeret tacita, vel expreſſa diſpoſitio obligantis, cum id ex defectu ſuæ poteſtatis proueniat, prohibente lege, & iure communi, etiam pro dote res teſtitutioni ſubiectas poſſe obligari, niſi in ſub
14 ſidium† Et ob id quiequam non facit deciſio Afflict. in cõſt. Si dominus vaſallum, & in conſtitutione Fratibus, ipſe enim loquitur, inſpecta tantum prohibitione iuris in feudalibus, & ratione, quia feuda ſunt; tunc enim prohibentur obligari in Regis fauorem, & præiudicium, prout quoque habetur in conſtitutione, Si quis poſt litem, & per Afflict. In conſt. Contumaceem, & in conſt. Siue reali Frecc. lib. 3. de ſubfeud. differ. 5 Habito ergo eius ſenſu, vt ipſe præſupponit, & ſic ceſſante prohibitione, feuda remanent, pro vt & cætera allodialia, Andr. in cap. 1. de natur. fuec. ſendi Decius conſ. 395. Freecia lib. 3. de ſubſendis, differentia ſecunda n. 3. fol. 255. differ. 33. fol. 278. Et ideo in eis procedit deciſio tex. in l. comodis, ff. de re iud. & in l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pigno. Si autem concurrat altera legis prohibitio, excauſa reſtitutionis fidei commiſſi, non video quomodo talis deciſio ſubſtineri poſſit, cum in allodialibus ſine dubio, & ideo multo magis in ſendalibus, procedat, quod dictum eſt ſupra.

Sed hodie, vt dictum eſt etiam circumſcripto fideicommiſſo, habemus elaram diſpoſitionem capituli Regni Carol. 246. ita mandantis, & diſponentis ſeruandum eſſe, quod magis clarum eſſe demonſtrabitur, ſi reſponſiones accommodatæ
15 refellantur. Primo ergo † dicebatur, capitulum emanatum fuiſſe ſine decreto irritante, & ſolum fauore prohibiti, cui poſſe renuntiari de iure diſponitur.

Sed id meo iudicio, nec verum eſt, nec ſaporẽ habet, extat enim in primis clauſula decreti irritantis, ibi, & non aliàs cenſeatur obligatum, vt dicitur.

16 Statutum † continet clauſulam decreti irritãtis, quãdo loquitur verba negatiua, & prohibitiua Iaſ. & alij in l. non dubiũ C. de legibus. Caſſaneus conſ. 39. nu. 16. Rurſus in exequutorijs mandatur cunctis officialibus, & præſertim Iudicibus M. R. C. ad vnguem ſeruari debere, quod in cap. mandatur, & ſub pœna, ibi, contrarium tentaturis, &c. quo fit vt ego non poſſim videre, quomodo tutum ſit ſine pœnę incurſione contrarium iudicare. Nec ſaporem habet, quod id fauore prohibiti in introductum ſit, quandoquidem, in primis diſpoſitio illa non fuit facta ad ſupplicationem priuatę perſonæ, quæ exinde renuntiando potuit obligare; ſed ad ſupplicationem totius Regni, & per tria bracchia, & in petitione expreſſè colligitur, & dicitur, id pet[i]t pro beneficio totius Regni, & pro ſeruitio ſuæ Catholicæ Maieſtatis & ne feuda diſmembrentur, & ſi eius Baroniatum annichilentur, ob id ſua Maieſtas cautum voluit eſſe quibuſcumque, feudum non alias cenſeri obligatum, alli in ſubſidium imo vt totalis difficultas tollatur, dicit, Reſpectu cuiuſuis obligationis faciendæ. Ergo apertiſſime mandatur, tali diſpoſitioni non obſtare quamcumque obligationẽ faciendam per feudatarios. Quærendum eſt ergo, vnde eliciatur renuntiatio in propoſito. Si enim expreſſa allegetur non eſt verum, ſi tacita ex eo, quòd feuda, & principaliter, & aliter quomodocumque obligara ſunt, iam patet reſponſio, cùm ſua Cæſ. Mai. voluerit cuicumque obligationi faciendæ derogare, & ea non obſtante ſeruari quod ipſe mandat; & ita pleniſſime, vt dictum eſt, mandatur in exequutorijs, & ſub pœna incurſa contrarium tentauris,
17 & iudicaturis, † & quod non poſſit renuntiari in ſimili Frecc. in 8. lim. ad conſt. Conſtitutionem diuę memoriæ.

Secunda reſponſio meo iudicio peior prima erat, quod capitulum hoc non ligabat. niſi à die publicationis, eo prætextu, quod allegabatur illud eſſe pœnale, ſed in hoc ego parum, imo nihil arbitror inſiſtendum: miror enim hæc allegari; quod. n. capitulum hoc ſit pœnale, ego non video, vnde hoc ſubſtineret, cùm ſit lex. & fauorabilis, & pro beneficio Regni totius, ſuęq; Cæſ. Mai. ſeruitio petita, edita, & publicata, & conſormis etiam diſpoſitioni iuris communis, & quæ nam lex non erit pœnalis, & odioſa, ſi hoc capitulum dicetur pœnale? Diſpoſitio ergo Auth. Res, quæ erit pœnalis, & cũctæ leges quotquot ſunt, cùm per eas certum quid, et certa metho-

dus

dus iudicandi, & diſponendi detur, & ſeruari mandetur.

Miſſa quoque facio ea, quæ in publicatione neceſſaria decebantur, cum nec publicatione in hoc opus ſit, imo ea ſit facta cum, ſtantibus exequutorijs emanatis, & redacto hoc capitulo in volumine, & regiſtro officij Protonotarij, prout moris eſt, non requiratur alia publicatio, & ſi quatenus reſpectu partium, vtq; eos ligent, requiratur publicatio alia; reſpectu tamen iudicum, quæ alia publicatio requiritur ſtante mandato pœnali in exequutorijs? & quomodo poſſunt Iudices cõtra tam clarã diſpoſitionẽ Regni capituli iudicare? quo ad me nec iuridicum, nec tutum arbitrarer, & quando aliqua difficultas eſſet in non vſu deberet cõſuli ſuperior, eſt tex. & ibi Doct. in cap. paſtoralis de fid. inſtrum.

Rurſus, quę nam alia publicatio vnquã ſolita eſt fieri in hijs capitulis? in pragmaticis enim pœnalib⁹, & alijs perſonas aſtringentibus ſolet fieri alia publicatio, ſed in diſpoſitione legum emanatarũ ad ſupplicationem trium brachiorũ, ego nunquã vidi aliquam fieri publicationem, quam per exequutorias, & per regiſtrationem in publicis regiſtris; & ita in ſexcẽtis ſimilibus capitulis Regni vidimus ſeruari, & practicari, preſertim in capitulo edicto ſuper pacto de retrouendendo, ſuper ſucceſſionibus feudorum, & ſimilibus, quæ in volumine capitulorum nouiter ſunt inſerta, nec impreſſio facit, vt magis legi fides tribuatur, vel robur, quia in volumine ſtatutorum, & legum dicitur poſitum capitulum, eo ipſo, quod Rege ita iubente exequutoriatum ſit in Regno, & in officio Prothonotarij, & Regiſtro, quod verum volumen eſt, redicatur, ex quo Regiſtro ante impreſſionem ſumebantur copiæ, apud omnes curias autenticæ, & ſine aliqua controuerſia. Hodie autem impreſſa ſunt omnia pro maiori claritate, vtque maior, & facilior cunctis copia habeatur.

Rurſus ſatis friuolum eſt allegare illud capitulum non fuiſſe vſu receptum, imo contrarium fuiſſe deciſum: nã vltra quod hæc digito tantum demonſtrantur, non obſtant, cum nec iudicibus, nec partibus poteſtas detur contra legem ſuperioris iudicare, ad notata p Roder. Suares in prohemio legum fori. Nam licet ipſe in terminis illarũ legum, ex clara diſpoſitione ordinamenti, velit agentem virtute alicuius legis illius, debere probare illam eſſe in vſu; tamen monent ea ratione, quia ordinamentum ibi eſt, quod leges ſeruentur, prout ſunt in vſu, & ob id ipſe in terminis, in quibus ſimile ordinamentum nõ eſt, tenet ſufficere legem allegare, vel ſtatutum. † Et quod dicitur per non vſum tollí legem: declarat procedere vbi non vſus habet implicitum contrarium vſum, pro vt quoque latius declarat Felyn. in cap. 1. de treg. & pac. & ita intelligendus eſt Dec. conſ. 649. & Ceſalus cõſ. 129. lib. 1. cum alijs ibi allegatis; tanto magis, quia in fortiori caſu vult Suares loco præallegato, n. 15. ſufficere dicere caſũ non accidiſſe, & eſt clariſſimum; tanto magis cum forte ea, quæ in facto acciderunt, vel fuerunt pro cõtractibus ante capitulũ emanatis, vel quia allodialia non erant, & ſic in ſubſidium potuit ad feuda deueniri: et eum hæc meo iudicio indubitata ſint, et clariſſima, ſuperuacaneum arbitror vlterius in eis immorari.

18

19 Vltima, † tandem reſponſio dabatur, vt capitulũ iſtud nõ procedat in contractibus iuratis, per vulgares deciſiones, et triuiales, quaſi quod virtus iuramenti in poſito robur, et vim tollat à re quæ, et iulla diſpoſitione legis conditę; Sed et hęc reſponſio meo iudicio vaniſſima eſt.

Primo, quia nos non ſumus in eo, qui

20 iuranit, quem liget iuramenti vinculũ, † ſed contra ſucceſſores, et hęredes, ad quos reſpectu vinculi non tranſit iuramentum cap. veritatis, cum ibi notatis de iure iurando, cum ſimilibus ibi, quo ad ſucceſſores ex pacto, &c. et pprię vult Freccia lib. 3. de ſubfeudis differentia 24. fol. 268.

21 Sed ne in hijs longius inmoremur † ad huc in contractu iurato procedit deciſio capituli, cum illud fuerit edictum pro beneficio Regni, et publica vtilitate. et pro ſeruitio Regis Ita ſpecie determinat (ne extranea allegem) Afflictus in conſt. conſtitutionem diuę memorię nu. 36. et 37. cuius dictum quotidie ſeruamus in reintegrationibus feudorum, non obſtante quocumque iramento, et quod illud procedat fauore Regis, cuius eſt præiudicium feudum minui, vel mutari de perſona ad Perſonam, maximè ad fœminam, quæ non dicitur æquè digna Doct. in cap. volentes tradit Frecc. lib. 2. in 8 lim. ad conſt. cõſtitutionem diuæ memoriæ nu. 19. cum ſeq. fol. 111. Et ita nõ obſtare iramentum vbi verſatur publicus fauor, et vtilitas, determinat

minat late Couarr.in cap.quamuis par.2. §. 2. & tradunt Doct. in cap.cum contingat de iur. iuran. & in fi quis in conscribendo vbi Cur.Iun.C de pactis,& in Authen. iacramenta puberum C. si aduer. vend. maxime prohibita persona , quæ iuramento non ligatur, ne ob inobedientiã legis superioris peccare dicatur,Doct. præsertim Couarr. locis preallegatis .

Rursus ex alio iuramentum , & quod cumque pactum non obstat:nam si in Regno non esset capitulum volentes , † non est dubium, feuda non posse obligari sine expresso Regis assensu,cap.Imperialem de prohib.feud.alien. vbi omnes, & ideo feuda non tenerj, nisi in subsidium , & non posse obligari sine Regio assensu, tẽderet respectu fauori , & preiudicij Regis , tradit Afflict. in d. constitutione fratribus . Cum ergo in casu nostro Regius assensus deficiat tante dispositione capituli istius, sequitur feuda aliter non posse obligari,& ideo Afflictus in locis preallegatis vim facit in Regio assensu , vt feuda censeantur obligata,& insolidum. Nec mirum videatur quod dico, per hoc capitulum tolli dispensationem capituli , volentes , quia nouum non , est , vnum capitulum limitari, declarari, imò tolli per aliud , interueniente eadem solennitate, & petitione totius Regni , sicuti interuenit in editione illius cap. Volentes. Semoto ergo assensu Regio,res ad dispositionem iuris cõmunis redit , vt feuda etiam pro dote , & causa legitima , non possint obligari , nisi in subsidiũ, Afflictus locis preallegatis. Et ideo, nec iuramentum , nec quodcumque aliud obstat , cum totum peruentat ex defectu potestatis , & iuramentum sortiatur naturã actus,super quo interponitur, per vulgaria, & huic considerationi meo iudicio non erit dare responsum. Sub latis ergo,quæ dicebantur, remanet clara dispositio,& lex; clarissima in fauorem Comitis quæ tãto magis attendẽda est in casu nostro, cum aduersario nõ totale fiat preiudicium,cum possit dotis suæ satisfationem habere in allodialibus,& in subsidium super feudalibus . Et si directè, & principaliter ista maxima summa . ei soluenda est , nõ est dubium periculum esse dismẽbrationis Comitatus,imo annichilationis, vt vtar verbis capituli , & sic in casu nostro sine dubio sequerentur inconuenientia principaliter considerata in preallegato capitulo Regni.

Postremo, quod de dodatio in oppositionibus dicitur , non est sine consideratione , quia quicquid sit in terminis iuris communis, ex notatis per Afflict. in constitutione , mulier quæ dotatium, nos in proposito habemus dispositionẽ capituli Regni, quod requirit , vt dos realiter soluta sit,& certam partem pro dotario cõstitui mandat ; circa quod ea omnia possunt applicari , quæ supradicta sunt, præsertim cum id etiam statutum sit pro beneficio publico , & Regio seruitio, & in specie persona feudatarij prohibita sit, ibi nullus feudatarius, &c.

ANNOT. PETRI FILII.

IN annot.ad cõs.9.n.25 diximus in feudo formæ mixta sufficere,ei qui illud capere velit , hæredem esse primi inuestiti , si per eum nõ steterit quin sit vltimi morientis quod iuxta terminos cap.1.An agnatus, intelleximus : at quæ, & hic non nulla repetit Dominus meus, vt agnato, quæ ibi in materia d.cap.1.ne nimis paginam illã rederemus onustam, omissimus hic repemdamus, hæc alia subnectere iniucũdum haud duximus .

Pernus noster † quem Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. tert. for. fol. 406. virum in genij admodum acuti appellauit.Camerar. in cap. Imperialem in 9. præterea ducatus fol.96.lit.M.eximiũ siculũ Afflict. in cap.1. An agnatus n.10. subtilissimum: & Thom. de Marin. tit. de feud. ex pact. & prouid. n.5. non paruæ auctoritatis,nun cuparunt, de intellectu,ca.1.An agnatus,agens legem ibi ab Oberto positam , dixit aut bellialem, aut obscuram,& ab Apolline declarãdam; enim vero si verũ amemus,illius textus intelleci flexibilis eſt, vt sequatur quocũque illum torqueas,sed non adeo desperandum, vt studio, & labore effequi non valeamus .

Andreas de Isernia clare,in principio,† textum loqui de feudo paterno antiquo tradidit,dum rationem assignat , quare agnatus,repudiata hereditate defuncti,feudum acceptare possit,nimirũ quia illud nõ,à defuncto,sed ex pacto, & prouidentia concedentis habet. Alvarot. ibidem n.9 procedere,ait,quando in inuestitura diceretur,pro se, & heredibus,nam si conciperetur, pro se,& liberis,tunc filius valeret , repudiata hereditate,obtinere feudum: quã limitationem sequi Andream hic, & in §.hoc quoq;

de facere feudi, asserit quod tamen ex verbis
dicta nuntiabi in supra allegatis locis colligi
3 *posse existimamus,† nam in § olim, de succ.*
feud. loquens de agnato, volente feudum
alienatum revocare, distinctionem premi-
sit, quam ibi habui glos. scilicet, quod si
feudum concessum reperiatur, pro se, & he-
redibus, is, qui feudum capere velit, opus ha-
beat esse heredem, proindeq; alienatum mi-
nime revocabit. Si vero datum, pro se, &
liberis, quod vtique agnatus, licet non fue-
rit hares, illud consequetur, filius autem
non nisi hereditate adita, his verbis clare
offenditur, Andream limitationem, de qua
habet Aluarott. minime sequi. atq; in eodē
errore manet, dum idem sentire Iacob. de
Belui sarbitratur.

4 *Bala. in d. cap. n. 8 filium† non posse,*
repudiata hereditate, habere feudum, cen-
sui, nisi in acquisitione feudi adiunctum
fuerit, sibi, & liberis. In istis verbis duo ex
Bald. colligere possumus, primum, quod ca-
sus cap. 1. de feudo non habente specificam
formam, loquatur, in quo dicere videtur fi-
lium non posse non adita hereditate accep-
tare feudum: dum postea adnectit, nisi
in acquisitione feudi, &c. Alterum, quod
scilicet in feudo pacti, & prouidentiæ locū
non sortiatur regula, de qua in d. cap. 1. Id
5 *ipsum patet ex sequentibus,‖ tres enim ca-*
sus distinguit; aut quis feudum recepit nul-
la facta mentione filiorum, vel heredem;
aut pro se, & heredibus: aut pro se, & li-
beris, seu filijs suis. In prima, & secunda
formula, iuxta text. cap. 1. arbitratur: In
tertia, posse filium, & agnatum obtinere
feudū repudiata hereditate profitetur, Bal.
dictum affirmat Iacob. Arnizon. in summ.
feud. 3. par. 1. princ. cap. 137. vers. item
quæritur numquid repudiando.

Affirmat n. 1. text. iuxta in feudo antiquo,
6 *†ex pacto, & prouidentia: non autem in*
feudo hereditario, putat: ea nimirum ra-
tione, quia in feudo hereditario, siue sit
filius, siue agnatus, nisi sit hæres, non ha-
beat feudum, ideoque, vterque, hereditate
repudiata, feudum acceptare non possit,
& tanquam hæres factum defuncti appro-
bare tenebatur.

7 *Bart. Camer. in l. Imperialem §.† præ-*
terea ducatus fol. 97. lit. L. more suo subti-
lissimè, meoq; iudicio satis appositè, in hac re
speculatus est. Ipse namq; paulo ante fol. 96.
lit. B. distinctionem præmiserat, de feudis
rectis, deque conditionatis; recta dixerat
in propria eorum natura consistentia; con-
ditionata verò facto hominis alterata, qua
tamen absque eo, quod feuda esse desinant
qualitates contra feudi proprijs naturam
admisere: vnde feuda, in quorum inuesti-
turis, Pro se, & heredibus, dicitur, a na-
tura non hæreditaria, in hæreditariam trā-
situm facere videri, dixerat: ac subinde ait,
qualitatem rei adhærere posse duplici modo,
vt accidens, quod præter subiecti corruptio-
nem esse, & abesse valeat; & vt transiens
in substantiam, iuxta quem modum in feu-
dis considerari qualitatem hæreditariam
præposuerat, vt feudum scilicet non amplius
illud sit, quod erat. His tactis fundamen-
tis plures feudi hæreditarij species recensuit
ad quartam demum descendens ait, eam eō
considerari respectu personæ filij, in feudo recto
paterno, & pacti, non hæreditario, in quo,
ne pater sine hærede moreretur, bonoris
8 *causa filius hæres esse tenetur: hūc etenim†*
qualitas hæreditaria, vt ab eadē separatū
a feudi substantia stare dicitur, nam filius
habet hæres esse patris in ribus burgensati-
cis, in quibus feudum pacti non est, cum in
multis valeamus esse hæredes morientis, quā-
tamen iure hæreditario non capiamus: hinc
sequi videtur, quod eā sit qualitas, accidēs
quæ feudum qualitatis hæreditariæ non fa-
ciat, facto inuentario, filius creditoribus
hæreditarijs super feudo facere satis mini-
me tenetur, cum solum bonoris causa, tunc
dicatur patris hæres, at cum in feudo qua-
litas hæreditaria inest, dum subiecti altera-
tione, hoc est, quod feudum faciat in formā
hæreditariam transire, tunc nihil inuen-
9 *tarij† confectio proficit, omni enim casu*
creditoribus hæreditarijs super feudo tene-
bitur filius: hæc eadem confirmat idem Camer.
in rep. cap. 1. An agnatus, in prima opp.
num. 48.

10 *Hac consideratione conciliari posse† An-*
dream arbitratur: nam modo dixerat filiū
absque hæreditaria qualitate non posse ad
feudum pacti aspirare: modo contrarium
professus fuerat: contrarietates collegit Li-
parul. ad Andr. in cap. 1. An agnatus § vbi
verò, in glos. prouidentia, qui etsi Came-
rary conciliationem explodendam ducat, at
tamen in idem vterque incidere videtur,
ait enim Liparul. dum Andr. habet, filium
non hæredem patris feudum capere, posse,
11 *hoc intelligendum† in ipso feudo, in quo fi-*
lius hæres voluerit, voluntarius, dicere tur
hæres, & dum Isernia habet, filium debere
esse hæredem, interpretandum esse in bonis
burgensaticis, non autem in ipso feudo, hoc

ipsum

ipſum Camer. dixerat his verbis, vt iura concordentur, dicemus, eum eſſe hęredem in hęreditate burgenſatica patris, in qua non reperitur feudum ſub qualitate hęreditaria, vt in eo debeat eſſe hęres iure hęreditario; non dicit Camer quod in feudo debeat eſſe hęres filius, ſed quod iure hęreditario feudum capere non cogatur, eum illud

12 *in hęreditate minime reperiatur.* † *Idem dixit Camer. in cap. 1. An agnatus, verſ. quęro primo nn. 30. quo loci plura hęreditarij feudi capita conſiderauit, in quo dixit filium non eſſe hęred. m patris in feudo non hęreditario, ſed in burgenſaticis, debere tamen illud capere vt hęredem, non tamen iure hęreditario, quia feudum pacti non eſt hęreditarium: & n 77. cap. 1. non procedere in feudo pacti non hęreditario, cenſet, & propterea ſi filius inuentarium non*

13 *conficeret* † *teneretur ſtare paternę diſpoſitioni, cum text. cap. 1. An agnatus corrigat. cap. 1. de feudis ſucceſſ. Camerarij confiderationem admittere videtur Franc. de Ponte conſ. 34 n. 4. & 5.*

14 *Liparutus aliam aſſignat* † *conciliationẽ ad Andręa dicta, nimirum quòd dum aſſerit, filium habere feudum ex pacto, etiam non hęredem patris, intelligenda ſint, ſi alius quàm filius fuerit inſtitutus: dum vero aſſerit, filium in feudo pacti debere eſſe hęredem, interpretanda veniant, quando filius fuerit inſtitutus, vel pater ab inteſtato mortuus; mouetur Liparul. quia Andr. allegat Summam, quam opinatur ipſe, eſſe Iacubi de Ardizone: quilicet in princ. in in loco ſupra allegato ſentire videatur, in feudo pacti filium non debere eſſe hęredem patris, nihilominus poſtmodum eadem vtitur diſtinctione, quam renunciat Hiernia.*

15 *Marin.* † *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in 3. fol. de intellectu d. cap. 1. agens n. 6. relatis multorum opinionibus, communem tandem intellectum ait eſſe, quod cap. illud in feudo pacti & prouidentię antiquo locum ſortiatur; & n. 18. infert, feudum duas naturas obtinere poſſe, quod nempe hęreditarium ſit reſpectu filij, pacti vero, & prouidentię reſpectu agnatorum. Et demum per multa vagatus ſub nu. 31. aliquas concluſiones elicit, & in quarta ait, in feudo pacti, & prouidentię antiquo filium non cogi eſſe hęredem patris, & in vltima, in feudo hęreditario ſimplici, vel mixto, tam filium quàm agnatum non niſi hęredes, illud obtinere poſſe; neutri inuentario opitulante. Sed mirandum, quod Frecc. à quęſtione, quam longo verborum apparatu inſtruxerat, duobus verbis ſe extricet; atque ſuam nullis ſuffultam fundamentis depromat ſententiam, vt Gordianum nodum, nulla gladij macedonici adiutus ope, non in eidiſſe, ſed diſcerpiſſe videatur.*

16 *Franciſcus de Ponte* † *in prælud. feud. lect. 1. nu. 113. diſtinguens feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium, à feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditarium, ait, quod quoties in inueſtitura conceſſum pro hęredibus ex corpore reperiatur, ſemper hęreditarium appellandum ſit: ſi tamen pro te, & liberis; tunc ex pacto non hęreditarium dicetur, in quo vnuſquiſque vti filius non vti hęres ſuccedet, nec cum qualitate hæreditaria, niſi illius, qui primus feudum acquiſiuit; cum enim ab illo teneatur, eiusdem hęres eſſe debet: quibus verbis illius ſententia videtur eſſe, qua cap. 1. An agnat. non procedere in feudo pacti, tnetur In ſequentibus tamen apertius ſe declarat, atque diſtinctionem Camerar de hęrede hæreditatis reſpectu filij reaſumit, & de ſucceſſ. feud. lect. 13. nu. 34. & 53. hoc ipſum ſentit, vbi aſſerit, filium non poſſe habere feudum, niſi hęres patris in allodys, exiſtat; & in lect. 19. nu. 19. & ſeq. tex. in cap. 1. procedere in feudo hæreditario falſum eſſe putat. ibique Andream conciliare conatur.*

17 *Capic. in inueſt. feudal.* † *§. ex pacto, & prouidentia fol. 137. verſ. Tertia declaratio, licet communem legiſtarum opinionem eſſe fateatur, tex. in cap. 1. An agnatus, non procedere in feudo pacti; nihilominus ab auctoritate Andręæ contrarium ſentientis in Regno, non recedendum eſſe, cenſuit, at quia vastus enaſcrat Andreas, illius dicta nixus fuit concordare.*

18 *Camill. de Curte* † *in diuerſ. feud § ntic de altera n. 20. reprobata opinione Arr. Pinelli in l. 1. par. 3. n. 85. cap. 1. procedere in feudo pacti, & prouidentię, ratione, & auctoritate tuetur, & rationem differentię inter agnatum, & filium, vltra alias à doctoribus traditas, non contemnendam excogitat: inquit ipſe ius feudale in hoc rigorem iuris ciuilis infectatum fuiſſe, neglecto penitus abſtinẽdi beneficio, à iure prętorio introducto, iuxta enim iuris ciuilis diſpoſi-*

19 *tionem,* † *neceſſariò filius eſt hæres patris, adeo vt, quia filius dicitur ſuus, nunquam patris hæreditas recens cenſeatur, cum dare non ſit medium inter patris mortem, & ſui hęredis exiſtentiam: ius itaque feudorũ rigori iuris ciuilis ſequutum, filio obſtinẽ*

di beneficium ſubſtulit, proindeq; hæreditatem patris à filio feudum capere volente, nõ poſſe repudiari, eautum voluit. Hac tamen Camill. à Duareno in conſuet. feud. cap. 11. n. 9. mutuo accepiſſe cognouimus.

20 *Thom. de Marin. † tit. 1. de feud. pact. & prouid. n. 26. opinionem affirmantium, poſſe filium habere feudũ pacti abſque eo, quod hæres patris ſit, recenſet: ſub n. 30. cõtrariam renuntiat, à qua non eſſe recedendum putat, conciliationem tamen ad Andreæ dicta, ab aliis traditam explodendam ducit, vt pote, qua verbis expreſſis aduerſari videatur, quem ſentire clare, affirmat, filium nõ ſolum hæredem patris debere eſſe in burgenſaticis, verum etiam, & in ipſo feudo: propterea ipſe Andream intelligit dixiſſe, filium debere eſſe hæredem in feudo, non confecto inuentario, tunc enim teneretur creditoribus ſatisfacere, ſedopc inuentarij poſſe feudum precipuum obtinere.*

21 *At de Marino dixit † Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 20. in gloſ. A fruſtra tentaſſe concordare Andream Inſuper Marin. tit. 4. aliud comminiſcitur feudum, quod omnino ex pacto, & prouidentia familiare nuncupauit. ſequutus Arr. Pinell. l. 1. par. 3. C. de bon. mat. n. 91. in quo procedere tex. cap. 1. aſſeruit. tale feudum diceretur quod ſibi, & liberis, qui nullo modo eſſent hæredes patris, nec in feudo, nec in bonis allodialibus largiretur.*

22 *Neapolitani itaque † cum Andrea in cap. 1. an agnatus ſentientes, textum illum procedere in feudo pacti, & prouidentiæ affirmarunt: neutericos, & antiquiores licuit hic recenſere, nam, & alij ab eis ſunt adducti Octauian. Bambacar. in cap. Titius ſi de feud. def. content. quæſt. 1. nu. 20. aliorum opinioni Neapolitanorum videtur ſe aſcribere Capic. deciſ. 97. nu. 10. Marant. diſput. 10. nu 4.*

23 *Ex noſtratibus, obuium primo † habemus Pern. in conſ. 6. nu. 2. & in 4. notab. n. 5. qui Andreæ ſequi videtur, At in prim. not. nu. 36. Mirum, ait, videri, in feudo conceſſo pro ſe, & lib filium non poſſe ad illud aſpirare citra ius, & nomen hæredis, cũ feudum non à patre, ſed à primeipe dicatur habere; ſed attentare cupiens, tit. An agnat. proeedere tantum in feudo hareditario hoc affirmare non audet, tum propter Doctorum authoritatem, tum quia, nulla eſſet, da re differentia inter filium, & agnatum, & eandõ, vt ſupra meminimus, ait, Dic aut beſtialiter conſtitutum; aut ſoluat Apollo.*

24 *Petr. de Gregor. † de conceſſ feud part. 2. quæſt. 10. n. 57. cap. 1. procedere in feudo hereditario non autem in feudo pacti, & prouidentiæ, cenſuit. Sequitur Mattrill. in add. lit. T. in quæſt. tamen q. 14 part. 4. n. 11. ſentire cõtrarium videtur: nam relata Andra opinione, duas eolligit concluſiones primam, quod ſit facta conceſſio feudi Titio, & filijs, ita quod viuant iure francorum, poterit filius maſculus in feudo ſuccedere iure proprio, citra ius, & nomen hæredis idẽ profectò, quod ſupra affirmauerat: ſed dum hoc intelligit quando filius non fuerit vniuerſalis ter hæres inſtitutus à patre, ſed particulariter in re certa, vel in ſola legitima, alio vniuerſali inſtituto hærede, vel fuerit præteritus, videtur ſentire, quod filius hæres eſſe debeat, ſi pater eum in vniuerſo patrimonio inſtituerit, vel ei ſucceſſerit ab inteſtato, ex quo colligimus, Petr. de Greg. opinari cap. 1. an agnatus, in feudo pacti, & prouidentia locum ſortiri: in ſecunda concluſione verò aſſerit, quòd ſi feudum reperiatur conceſſum Titio, & hæredibus ſuis, ſimpliciter, vel hæredibus de ſuo corpore, ita quod viuant iure francorum, tunc neceſſariò maſculus primogenitus filius non caperet feudũ niſi hæres patri exiſtat: feudum namque illud, licet ex pacto, habet tamen qualitatem hæreditariam admixtam adeo vt qualitatis vtriuſq; ſcilicet ſanguinis, & hæredis, concurſus interuenire debeat. Sed qua animaduerſione fuere digna in Petr. de Gregor. ſupra ad conſ. 9. num. 28. annotauimus.*

25 *Cannet. in extrauag. † Volentes §. & quia in ſuperiori, primùm Bald. opinionem reprobat, cum ſi eam admitteremus, nulla eſſet diferentia inter filium, & agnatum; idq; contra mentem, & verba textus cap. 1. eſſet: eique nec placet Blaſei diſtintio affirmantis, quod ſi in inueſtitura diceretur, Pro liberis & deſcendentibus, filij admicti debeant citra qualitatem hæreditariam; ſi vero, Pro ſe: & hæredibus de tuo corpore, vel ſubnecteretur clauſula iuris francorũ, tunc ſeruari diſpoſitionem cap. 1. ea nimirũ ratione, quia contra Blaſeum, opinio communis militare videretur. Propterea refutata Baldi ſententia: titulum, An agnatus, procedere in feudo pacti, ſecundum veram opinionem, arbitratur.*

26 *Ioſeph Cumia † in extrauag. Si aliquem Verbo Antiquis n. 66 videtur opinioni Andreæ adhærere. Sed ſub n. 73. Arij Pinell. magis communem dicit.*

Ni-

27 *Nicolaus Intrigliol.† cent. 1. de feud. quæſt. 9. nu. 302. differentiam conſtituens inter emphiteoſim, & feudum, aſſerit feudum aeceptari à filio, patris hæreditate repudiata minimè poſſe; allegat Thom de Marin. in tit. de feud. hared. n. 36. & tandem videtur tenere titulum, An agnatus, non procedere niſi in feudo hæreditario, & in quæſt. 51. n. 190. Doctores tenentes in feudo pacti non requiri filium eſſe hæredem patris, & nu. 192. contrarium aſſerentes renuncia: quid tamen ſentiat non aperit.*

Quid ſenſerint Neapolitani, & 28 *noſtrates† iam vidimus: propterea cuius fuerint opinionis, nonnulli alij Doctores inueſtigandum erit. Couarr. var. reſolut. cap. 18. diſtinctioni cap. 1. An agnat. inter filius, & agnatum fere locũ arbitratur in feudo informi, vt pote nulla facta mentione filiorum, vel hæredum, & ſi fuerit conceſſum ſibi, & liberis utroque enim caſu filium, repudiata patris hæreditate, poſſe feudum habere arbitratur.*

29 *Octauian. Cacheran.† luculenter de re diſputauit in deciſ. 161. multos primo allegat affirmãtes titulum, An agnatus, locum habere in feudo antiqno ex pacto, & prouidẽtia; quibus addi poteſt Fab. de Ann. conſ. 18. n. 12. Iacob. de Frane. in prælud. feud. n. 115. Andreas Kol. excercit. prim. legal. n. 6. verſ. verum & hæc. Harm. Piſtor. lib. 2. queſt. 2. Poſtmodum contrariorum recenſet opinionem, quam ſectari Doctores numero 53. teſtatur quibus, & adere poſſumus Schrader. de feud. par. 7. cap. 5. n 74. Pinell. de bon. mat. leg. 1. par. 3. n. 85. horum ſententiam crebriori receptam eſſe calculo Cacheran. dijudicat, tãdem diſtinguit, aut verſamur in feudo paterno ex pacto, & prouidentia præſumpto, & informi, vt puta in feudo alicui conceſſo ſimpliciter, nulla hæredum, ſeu liberorum facta mentione, & tunc procedere diſtinctionem cap. 1. inter filium, & agnatum profitetur: aut ſumus in feudo paterno, ex pacto, & prouidentia vero formi, & proprio, vt puta pro primo acquirente, & eius liberis, & deſcendentibus conceſſo, & tunc non militare diſpoſitionem d. cap. credit.*

30 *Iul. Clar in §. feudum† queſt. 76. tenet procedere in feudo hæreditario pro ſe filijs, & hæredibus: agnatumq. non teneri hæredem eſſe vltimi morientis. ſed tantum primi inueſtiti, filium vero vltimi, & primi inueſtiti.*

31 *Roland. à Vall. conſ. 28.† lib. 3. ad partes, de intellectu cap. An agnat. agit, & relatis opinionibus, tandem titulum illum locum ſibi vendicare in feudo hereditario tuetur, & pro ſua opinione adducit Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellus, col. 3. verſ vnde videtur de alien. feud. pat. & in cap. 1. in fin. Qui ſucceſſ. ten. & in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſs. feud.*

32 *Andreas Facbin.† contr. iur. lib. 7. cap. 5. quatuor opinionibus receſitis: illorum, qui affirmant, cap. 1. procedere in feudo hereditario, eorum qui in feudo pacti: aliorum in feudo ſimpliciter conceſſo, nulla facta hæredum, ſiue filiorum mentione, & aliorum in feudo mixto, dato ſcilicet pro filijs, & hæredibus, vltimam ipſe amplectitur, licetà tertia non abhorreat; cauſſam tamen diuerſitatis inter agnatos, & filios non facile inueniri poſſe credit, ſed explosis omnibus alijs Cuiacionam admittit, eam nimirum, quod agnatus in feudo genearehico tãtum ſuccedit, non autem in nouo, illud enim à primo acquiſitore, non autem ab vltimo moriente capit: filius verò vtrumque: tam vetus, quam antiquum conſequitur, at cum patre medio, filius agnato præferatur, quia proximitatem ex perſona patris recognoſcit, iure ac meritò, inde fit, vt non niſi vti hæres patris feudum antiquum conſequi valeat, neque feudum ab alijs bonis paternis ſeparari queat, quod agnato permiſſum eſſe ſancitur, quia non ab vltimo moriente, ſed à primo ius ſuum metitur.*

33 *Henrie. à Roſent.† de feud. cap. 7. concluſ. 20. & 21. latiſſimè de quæſtione agit, ac opiniones in duas claſſes diſtribuit in Pyleanã ſcilicet, & Neapolitanã ſiue Siculã: Neapolitanos etenim, & Siculos tenere cap. 1. An agnat in feudo pacti, & prouidẽtia ſibi locũ vendicare dixit, quod & nos ſupra vidimus, & in feudo informi, quando ſcilicet, neque deliberis, neque de hæredibus fit facta mentio. In feudo namq; hæreditario ſiue agnatus, ſiue filius ſit, oportere ſemper eſſe hæredem vltimi morientis affirmare renuntiat. In ſeq. concluſ. 21. Pyleanam refert ſententiam, pene Neapolitanorum contrariam, titulum, An agnat. in feudo hæreditario, & informi procedere. Eorum verò opinionem, qui mediam inſectati ſunt viam locum ſortiri aientium in feudo mixto, vt pote quæ contraria terminis textus cenſeatur, non approbat: nam in cap. 2 quæſt. 33. n. 37. oculam illam, hæredis, feudi naturam non immutare credit, ac cum Pyleanis*

n. 53.

n. 53. sentire videtur dispositionem nempe infeudo informi procedere, quod ipse simplex, rectum, & in sua propria natura subsistens, vocat, & in dicta conclus. 22. in prin. dum textum in d. cap. 1. locum habere contenditur, si filio fuerit patris hæreditas delata. Hunc intellectum verum predicat, siue cum Neapolitanis de feudo ex pacto, siue cum eo, & illis, de informi, siue cum eo solo de hæreditario, siue mixto, pacto se, & heredibus intelligeretur. Rosental itaque titulum, An agnatus, locum sibi vendicare in feudo informi, & in hæreditario, & mixto opinatur.

34 *Harm. Pisson. † quæst iur ciuil. lib. 2. q. 2. luculenter rem omnem exagitat, atq. relata primum opinione affirmatium, titulum An agnatus, procedere in feudo hæreditario simul; eadem reprobata, illorum sententiæ adhærere videtur, qui dicunt, immo titulū illum procedere in feudo pacti, & prouidentia, qui quidem intellectus etiam si ratione careret, nihilominus non ideo explodendum esse arbitratur, quicquid exclamet Perm. in supra allegato loco, ea nimirum ratione, quia in feudalibus de stricta ratione non sit curandum, sed consuetudo sit perpendēda, quæ contra ius aliquid inducere consueuit; & sub n. 4. huic sententiæ suo exhibito calculo ad non nullas limitationes descendit.*

35 *Ij ad partes quæstionem † agitarunt, sed Bursatt. in consil. 291. num. 100. varias opiniones refert, communem tamen esse ait. num. 103. quod titulus supradictus procedat in feudo pacti, equidem, tamen locum sortire in feudo formæ mixtæ consil. 295. num. 12. & consil 296. num. 4. in feudo pacti, & in consil. 148. num. 17. & consil. 3. num. 46. in feudo mixto; idem in consil. 89. num. 33. Peregrin. consil. 77. num. 5. quod non procedat nisi in feudo hæreditario. Menoch. consil. 1064. num. 5. differentiam inter agnatum, & filium admittit consil. 202. num. 67. In forma mixta quod necesse sit filio, esse hæredem ultimi morientis. Menoch. consil. 506. num. 6. in feuda hæreditario consil. 127. num. 21. & Fab. Torret. consil. 61. num. 25. lib. 1. Rimin. Iun. consil. 410. num. 31. Ioann. Batt. Costa consil. 8. Doctores pro vtraque parte recenset.*

Hæc sunt quæ ex Doctoribus elicere potuimus, ex quorum dictis liquido constat, quam variæ, & contrariæ fuerint sententiæ. At vt aliquid nostri vaㅤleamus afferre, primùm videndum est

36 *duximus, quid in hoc senserit † Andreas, Is in capit. 1. de succes. feuds 9. & olim vers. si verò sit datum, de feudo pacti, & prouidentia verba faciens, illud habere posse agnatos, etiam si hæredes non sint asseruit; hoc tamen in filio non procedere subnectit; paulo post ait, Hæc feuda habent descendentes, etsi hæredes non sint, vt dictum est supra in prin. huius tituli, quia non habent à patre. Supra dixerat ordinationem defuncti in feudo pacti non valere, ea ratione, quia feudum dat liberis lex, & legis prouidentia; & paulo infra vers. Moderni subtilius intuentes, de modernorum opinione mentionem facit, affirmantium feudum concessum patri, & expressim patri, & filijs, contemplatione patris datum, & propterea ita demum, in eo succedere filios, si patris hæredes fuerint, secus autem si concederetur patri, & nominatim filijs. Hanc opinionem vocat Andreas subtilitatem modernorum, quia verò esset feudum ex pacto, & prouidentia: ideo adde, dicit, quod notatum est infra, An agnat. cap. 1. & cap. 1. de alien. feud. pat. Dum itaque ait Andreas, Hæc feuda habent descendentes; etsi hæredes non sint, dat intelligi in feudo pacti non aręari filios esse hæredes patris. At quia videbatur sibi contra-*

37 *rius † in verbis supra positis, Liparul. ibi in glos. K. explosa conciliatione Capic. in* inscri. *feudali, in verbo, ex pacto, & prouidentia vers. tertia declaratio, conciliandum esse Andream arbitratur vt in vers. Non filius interpretandus sit, quando reperiretur à patre institutus, vel ille mortuus fuisset ab intestato; & in vers. Hæc feuda, quando alium præterito filio instituisset pater.*

Nobis tamen videtur hariolari Liparul. atq; in hoc, aut deprauatos esse codices, aut nullo pacto contrarietatem eustari posse.

Progrediens Andreas in cap. 1. in fine;

38 *† veteris Rubricæ tit. qui succes. ten. (licet littera fede corrupta sit) asserit, feuda paterna, non hæreditaria, ex pacto debita filijs esse, etiam si hæredes non sint patris, adeo vt si hereditatem abhiuerint, heredes voluntarij dicerentur, quoniam inuiti, vt feudum capere possent minime hæredes cogerentur esse.*

39 *Postea successione idem Andreas † in tit. Imperator. Lothar. loquens in feudo antiquo*

antiquo pacti, postquam egerit, quo pacto in eo succederent ascendentes, qui tamen primi inuestiti sint descendentes, asserit successorem, contra munificentiam donantis, non posse grauari (legit Liparulus, vt habeat munificentiam donantis libere) licet noluit esse hæres patris. Kursus Andreas in tit. † ex quib. caus. feud. amit. cap. 1. §. Huius autem generis n. 9. vers. simile dicunt, habet. Feudum concessum tibi & liberis tuis, ex tuo corpore descendentibus (corrigit hic tex. Liparulus, & pro bonorum, legit baronum) dici pacti, & prousdentiæ, illudq; consequi posse filium, licet patris non hæredem, quod dixisse se supra infra testatur: supra iam vidimus. infra videbimus.

21 *Iterum Andreas † in cap. 1. de alienat. feud. pat. n. 10. de feudi pacti, & prousdentiæ alienatione verba faciens, vt puta si eo cessum reperiatur, sibi, & liberis tuis, in eo nullam valere defunctis ordinationem, arbitratur, rationemq; reddit, quia videtur filijs acquiri ex contractu, etiam si hæredes patris non sint.*

Hæc profectò (si ordinem titulorum expendamus) dixerat Andreas; priusquam ad repet. cap. 1. An agnat. accessisset. Num tamen aduertamus, quæso, ante quam ad alia progrediamur, ponere atum ab Capic. & Marin. in l. Imperialem §. præterea duetus ante n. 29. nullam dicere contradictionem in Andrea. 43 *Habet ibi præfer ipsionem patris acquirentis ferustuitem, non obesse neq; prodesse feudo dno, vel agnatis aperto, inter quos est filius (Hic Liparul. supplet textum Andreæ, ante illam vocuam obitum, post, obitum) hoc etenim non videtur aduersari ijs, quæ dixerat in ca. 1. an agnat. Hoc ipsum obseruandum est de Andrea, in const. Post istem in glos. feudalia, conciliatione namque aliqua non indigent* 43 *verba illius † ibi tantum asserit, missionem in feudatibus, creditoribus petentibus, obtemptam, in vita solum feudatarij durare, sed mortuo ad filios redire, si non sunt (ait ipse) patris hæredes, quando feudum esset ex pacto, & prousdentia: secus si esset hæreditarium, in quo filij essent hæredes.*

Hic non habet Andreas feudum ad filios reddire, et iam si non sint hæredes: in quo versaretur contradictio, sed tantum dicit illud, quod dicta, verissimum est, etiam in feudo pacti in quo, si filij hæredes essent; procederet regula text. in l. eum à matre ff. de reiuendic.

Ex his inficiari quis minimè potest,

44 † *Andream non esse varium; propterea deuenien dum esse ad alterum, num scilicet conciliari valeat. Vidimus supra ea, quæ pro concordia Liparul. & Camerar. tradidere. Camerarij conciliationem prorsus explodendam esse, vt pote verbis expressis contrariam, duxit Thom. de Marin.*

Conciliandus tamen omnino, vel erit Andreas, vt exinde colligi possit pro qua opinione stare videatur, vel prorsus illius auctoritas floccipendenda, vti varia, & inter se pugnantia affirmantis,

45 † *Sed quare quæ dixerat in plurimis locis non sint potius attendenda, quam quid semel in vno, deinde protulit, videre nescimus, ac potius hoc, illis non sint conciliandæ. Vidimus quibus modis Liparul. Camerar. Capic. & alij dicta Andreæ concordare procurauerint, nimirum addendo, demendo, & corrigendo, & sæpe sepius diuinando. Quibus si nos vti voluerimus facilior negotio intentionem assequemur.*

46 *Andreas † in cap. prim. An agnatus, §. vbi vero, habet, loquens in feudo pacti. Filius non tamen potuit repudiare hæreditatem, & habere feudum, quam quam sit ex pacto, & prouidentia. Neapolitan. propterea, & qui titulum illum in feudo pacti interpretantur, Andreæ auctoritati innituntur, conantur alia eius dicta, quæ aduersari eorum sententiæ videbantur conciliare: alioquin, enim varius euaderet Andreas: at nos in cælum os ponere, non putabimus, eum, qui, pro concordia dictorum Andreæ dictionem illam, quamquam corrigeret, ac eius loco, legeret, Quando non: hac via etenim vnius eiusdem sententiæ semper Andreas redderetur, & quemadmodum in alij locis supra recensitis, litera lis verborum intellectus Andreæ videtur esse, filium non cogi esse hæredem patris in feudo pacti, idem, & in isto cap. 1. An agnatus sentire colligeretur; vt sensus sit*

37 *Andreæ † filium non posse hæreditatem patris repudiare, quando scilicet feudum non sit ex pacto. Licuit Liparulo qui codicem obsoletum, ad veram lectionem restituere curauit; licebit, & nobis, in hoc, id ipsum præstare. Sed quid quæso aliud mordicus conciliationem Andreæ prætendere, quam animo obstinato veritatem*

48 *ipsam negligere † † & tamen de Andreæ*

non

non dubitarunt aliqui dicere, vt refert Camer. in l. Imperialem 9. præterea ducatus fol. 56. lit. N. omnia feuda pessum dedisse, dum feudum dari hæreditarium commentus fuit & licet Camer. ab istorum calumnia illum vindicarit; attamen, & ipse supra in eiusdem legis Imperialem repetitione fol. 15. lit. T. eidem haud pepercerat, ibi etenim, quia Andream conciliare non placuit, ore rotundo in errorem incidisse affirmare non erubuit. Idemque fol. 13. lit. P. dum onus seruitij, transire, & obligare dominum ex auctoritate Andreæ in cap. 1. An agnatus, & in 9. quid ergo, & in constitut. Si quis post litem, queritur, quorundam interpretantium Andream, dicta irridet, vt pote, qua diuinationem

49 *saperent, † & dare plures intellectus literæ vnius Doctoris ridiculum esse, nam si hoc iuriconsultis non tribuitur, multo minus, doctoribus concedendum esse per text. in l. in ambiguis, ff. de reb. dub. Æquo itaque animo patiantur, qui conciliationem Andreæ cupiunt, de eo sentire quod, de Bartolo Baldo, cæterisque eximijs doctoribus dictum videmus.*

50 *Data itaque Andreæ varietate, † pro qua opinione adduci valeat, disquirendum erit. Nonnullis placuit, doctorem varium opinionem non constituere ita Franc. Zoannett. in l. vt vim in prim. par. ff. de iust. & iur. quem refert Maccag. de Azo Guid. de com. op. tit. 6. in spect. 2. in princ. sed verius est dicere doctorem illud tenuisse, quod pluribus in locis sæpius inculcauit ita Bald. in l. Præcibus col. 12. in fine num. 42. prope fin. vers. item non obstat glos. C. de Imp. & ali. subtilit. Iason consil. 136. colum. 6. in fin. num. 2. lib. 4. & in l. reconiunti colu. 4. num. 19. ff. de leg. 3. Roland. à Vall. cons. 60. num. 45. & cons. 67. num. 33. lib. 1. & de omnium intentione esse asseruit Maccag. vbi supra num. 77.*

51 *Propterea Andreæ † auctoritatem pro Fyleana opinione pugnare dicendum erit. Nimirum in feudi pacti, & prouidentia successione filium non cogi esse patris hæredem, quam opinionem tenuisse Andream audacter affirmare valebimus, per ea, quæ in superioribus annotauimus.*

Manifestissimum tamen est cap. 1. loqui de feudo † paterno, & antiquo, nam

52 *qui contrarium aitentare voluerit, vtique is literam violaret, de antiquo habere textum inquimus, quia de agnatis verba facit, quos feudum nouum non habet; de paterno, quia expresse in eo legitur, si paternum fuerit: at quia feudum paternum, & antiquum in plures diuidi species tradunt Doctores, ideo opus, & labor erit disquirere de qua specie sermonem habuerit Obertus ibi. Sed antequam vlterius procedamus, notatu dignum duximus, quod dixit Harm. Pistor. quæst. 2. lib. 2. post. par. tempore nimirum illo à iure feudorum minime distinctionem feudi hæreditarij, & pacti fuisse cognitam, sed deinde ab interpretibus excogitatam: quo sit vt omnes interpretationes, quæ de feudo hæreditario, & pacti dantur, penitus extra mentem illius textus sint. At hoc pretermittamus, & aliorum vestigia pre-*

53 *mentes, dicamus, † omne feudum dici posse ex pacto, & prouidentia concedentis, & recipientis; annotauimus ad cons. 59. n. 1. dixit Io. Thom. de Marin. tit. primo num. 11. verum, enim verò feudum ex pacto, & prouidentia specifice ad differentiam hæreditarij appellamus; consulto alias species omittimus, in quas feu-*

54 *dum diuiscari solet. † Vtruamque rursus nouum, & antiquum siue paternum dicunt Doctores, antiquum, enim, & paternum promiscue vsurpari consueuit, quamuis propriè dicatur illud, quod à patre, vel alio predecessore vsque ad quartum gradum recognoscitur cap. 1. 9. hoc quoque de succes. feud. & ibi Bald. antiquum verò quod à quarto gradu supra prouenit Bocc. cons. 56. num. 1. Flam. Rub cons. 14. num. 130. Decian. cons. 3. num. 161. lib. 4. Mysinger. Sing. 44. num. 18. par. prim. quam quidem distinctionem hodiè non fieri testatur Io. Thom. de Marin. tit. 2. num. 10. quod asserit Franc. Sinib. de feud par. 3. num. 4. Quo adtinet ad feuda simpli-*

55 *cia, hæc potest dari distinctio, † ex quibus feudum mixtum constiari dicunt Doctores, nimirum ex natura vtriusque hæreditarij, & pacti compositum, de quo Ioan. Thom. de Marin. tit. 10. Hæc licet de plano præcedere videantur, nihilominus, & sunt nonnullis, quia communi sententia recedentes, differentiam inter feudum hæreditarium, & pacti, penitus*

56 *non admittunt. † Nam Andr. Fachin. contr. Iur. lib. 7. cap. 3. eam eliminandam prorsus arbitratur, nullam inter has for-*

formulas Tibi, & hæredibus tuis, & tibi, & filijs tuis, reperiri posse putans; cum verbum illud, hæredibus, secundum subiectam materiam de filijs semper interpretandum sit, quod ex multis iuribus feudorum probari contendit, ex textu, maximè. cap. 1. §. etsi clientulus de alien. feud. contrarijsq; argumentis facere fa-
57 tis, posse dijudicat. † Alij, quos recenset Tbom. de Marin. in tit. 1. & tit. 5. eadem ducti ratione, in iure feudorum, minimè dari posse feudum hereditarium, censuere. Siluan attamen in suo vulgato
58 cons. 30. † Omnes feudum dixit hæreditarium, quia semper primus beneficiarius pro se, & hæredibus beneficium accepisse videtur, Ofasch. decis. 160. feudum omne multorum authoritate ex pacto dici arbitratur; probat Pinell. in l. prima par. 3. num. 88. vers. ego autem puto Camerar. in l. Imperialem §. præterea ducatus fol. 95. lit. C. barbariem quorundam legistarum increpat, aientium, quoddam esse feudum ex pacto, & prouidentia, quoddam verò hæreditarium, quasi quod non omnia feuda ex pacto sint, autoritate Andr. in cap. 1. de alien. feud. pat. At quia mutanda non sunt quæ certam interpretationem admisere, distinctionem supra renuntiatam non esse reijciendam duximus; quam & receperunt Ofasch. dicta decis. 160. Rosental de feudis cap. 2. con-
59 clus. 33. † vbi ait maiorem partem Doctorum in hanc sententiam iuisse. Licet in quem sensum vsurpanda sit vocula illa, hæret, magna sit inter eos lis, &
60 controuersia † alij namque propriam naturam feudi non immutare asserunt: sunt & alij, qui feudum qualitatem hæreditariam assumere ex illa vocula affirment, ita vt illud ab vniuersa hæreditate separari minime queat, primos Pyleanos, alteros Neapolitanos, siue Sículos appellat Rosental. De quo & nos in Annotat. ad consil. 6. & consil. 9. nonnulla diximus. At omissis disputationibus, quas aduersus Neapolitanos circa intellectum vocula, hæredis, Rosental instituit, nullum namque negotium nobis Sículi facessit, cum ex dispositione cap. Volentes, communiq; illius inter-
61 pretatione, † vocem illam, hæredis, omnes, & quoscunque hæredes, etiam extraneos comprehendere censeamus, inter Pyleanos, & Neapolitanos propterea remaneat dirimenda lis.

62 Feudum hæreditarium † aliud est antiquum siue paternum, aliud nouum: aliud omnino hæreditarium, de antiquo ea dicendum, qua de antiquo pacti supra renuntiauimus, ita Io Tbom. de Marin tit 6. nouum illud, quod de nouo quæsitum est, atque nouiter à persona ipsius primi acquirentis, sua opera, & industria, vel ex munificentia Principis, titulo emptionis, vel alio modo incipiat, pro vt de feudo ex pacto nouo diximus, vt tradit Pern. cons. 12. in princ. probatque in cap. 1. vers. cæteri. Quisdie dux censuit idem de Mari. tit. 3. n. 2.

Denique feudum omnino hæreditarium
63 † illud appellari, ex Doctoribus tradit Marin. tit. 8. quod pro omnibus, & quibuscunque hæredibus concessum reperitur, quodue ad extraneos, & ad quoscumque voluerit beneficiarius transire potest, at quia Bald. in cap. 1. §. donare, Qualit. olim pot. feud. alien verba illa vniuersalia, quibuscunque, secundum subiectam materiam interpretatur proindeque ad filios, & descendentes tantum transire feudum debere asserit: ideo Marin ad difficultatem tollendã addi verbo hæredibus, dictionẽ, successoribus, desiderat. Vocant nonnulli feudum hoc, hæreditariũ simpliciter, & absolute, Becc. cons. 88. n. 9. Maluas. cons. 2. n. 18. Flam. rub. cons. 22. n. 84.

64 Ex simplicibus formis feudi † scilicet, pacti, & feudi hæreditarijs, mixtæ forma feudum emergere sæpius diximus. de quo nõ habuisse Andream testatur Ioan. Tbom. de Marin. tit. 10. atque ideo Perni inuentum in cons. 7. fuisse dijudicat, de quo Bursatt. cons. 2. n. 41. Surd. cons. 382. n. 19. Mslan. decis. 7. n. 1. & seq. lib. 1. & decis. 7. n. 38. lib. 2.

65 His tactis fundamẽtis molem struamus, super qua intellectus cap. 1. An agnatus innati valeat. Atque primùm excludendas † fore formas omnes feudi, de quibus nullo pacto loqui textus potest, dijudicamus. Certissimum propterea habeamus, non esse interpretandum de feudo omnino hæreditario, litera etenim huiusmodi intellectus directè aduersarius diceretur, ea siquidem expresse de feudo paterno verba facit, quodque agnatos habeat, qua de feudo omnino hæreditario minimè dici valent, cum de feudo
66 tantum antiquo predicentur, † illud etenim, vt de qualibet alia re allodiali iudicandum erit, de quo est text. in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. & Rosental. post omnes, de feud. conclus. 6. n. 3. cap. 7. & Pern. in cap. Volentes.

67 *De feudo nouo in ſuas diuiſo ſpecies† ſiue hereditarium, ſiue ex pacto illud ſit, ſiue mixtæ formæ, nullatenus textum interpretari valeamus, in eo etenim nulla collateralium habetur ratio, tantum deſcendentes vocati conſentur, quibus deficientibus, feudum ad dominum reuertitur, inquit Bald. in cap. 1. §. hoc quoque col. 1. de ſucceſſ. feud. Ioan. Thom de Marin. tit. 3. n. 10. eſt. Andreæ opinio de gradib. ſucceſſ. in feud. §. his vero, & §. mutus, & in tit. Epiſc. vel Abb. Pern. conſ. 12. nu. 40. veriſſimum axioma;*

68 *ſed in Regno † ex diſpoſitione Conſt. Vt de ſucceſſionibus, & cap. ſi aliquem, collaterales vſque ad trinepotem inuitantur.*

69 *Rurſus nec de nouo† beneficio intelligendus eſt tit. An agnatus: nam cum nec in deſcendentes nõ niſi heredes ambulet, acquirentis hæreditate non agnita, nemo illud capere valeret, nec filiu proficeret inuentarium; diſpoſitioni namque mortentis parendum eſſet, & licet Bald in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ feud. & alij contrariam nixi ſint defendere ſententiam, attamen, quia propriam mel: oribus ſuffulta rationibus compleres ſtant, vt refert. Thom. de Marin tit. 3. n. 17. ab ea non eſſe recedendum arbitramur, quam etiam amplectitur Roſental de feud. cap. 7. conclu. 7. Franc. deciſ. 368. n. 5.*

70 *† & in Regno, vt ſepius dictũ eſſe meminimus, de hac quæſtione amplius nõ diſceptatur, liberum etenim, & ampliſſima prius acquirenti conceditur facultas poſſe ad libitũ de feudo diſponere, quod admiſit Franc. de Pont. tract. 20. n. 15. tribus precipuè rationib⁹; Prima, quia id quod acquirimus, prohibito alienare poſſumus. Secunda quia ingenuis hominibus haud rerum ſuarum interdicenda eſt adminiſtratio. Tertia, quia prohibito de lege feudi, loquens de feudo antiquo, & paterno, ad nouum non eſt extendenda. Surd. conſ. 305. n. 32. allegãs Loſfred. conſ. 1. nu. 228. de communi teſtatur, nemine diſcrepante. Menoch cõſ. 401. n. 47. ſenſuit procedere etiam contradicentibus agnatis, Pinell. l. 1. par. 3. n. 98. verſ. in eo igitur ſententia ſum C. de bon. mat. idque verum putat Surd. conſ. 309. n. 33. etiam ſi conſenſus domini nõ interuenerit, idemque aſſerit in conſ. 351. n. 24. & in conſ. 395. nu. 10. in quo, in Regno, noſtro ceſſat Doctorũ*

71 *diſputatio, † cum habeamus Cap. Volentes, quod domini conſenſum in feudorũ alienatione remiſit, vt ad conſ. 6. nu. 2. & ad conſ. 8. n. 1. annatauimus quidquid dixerit Ioan. Ant. Cannet. in cap. Volentes §. & non erit inutile tractare fol. 125. Si itaque in feudo nouo procedere tit. An agnatus, affirmarem, hac communis, atque recepta ſententia penitus labefactaretur: poſſet ſiquidem agnatus citra nomen, & ius hæredis recipere feudum.*

72 *Remanet inueſtigandum † quid dicendũ ſit de feudo antiquo, ſiue paterno ex pacto, & prouidentia, in quo non procedere tit. illum auctoriſtate Andreæ in illis quinque locis ſupra recenſitis, affirmantis filium conſequi poſſe feudum, etſi non hæredem patris dicendũ eſt, alioquin dura nimis foret determinatio illa, in re propria quã ex cõtractu, & prouidentia habet, grauamẽ ſubire filiũ. Hinc Pinell. in l. 1. p. 2. n. 85. verſ. ſed cum in feudo conceſſo, contrariam opinionem eſſe receptiorem aſſeruit.*

73 *A partium numeratione, † vt vidimus, per omnes namque feudi ſpecies ſpatiati ſumus: ſolummodo videndum eſſet, num tit. An agnatus, in feudo informi, aut formæ mixtæ intelligendus eſſet. De feudo informi, quod Doctores ſimplex rectum, & in ſui natura conſiſtens appellarunt ſupra, habui mus, quale illud dixerim, in cuius inueſtitura nulla de filijs, vel de hæredibus fierit mẽtio, vt puta, Do tibi feudum. Si antiquum, ſiue paternum fuerit (nã, & illud in nouis, & antiquum diuidi poteſt) in eo procedere titulum. An agnatus, attentari poteſt: nam vt aduertit Harm. Piſtor. quæſt. 2. in princ. nullatenus libertus de feudo pacti, & prouidentiæ, quemadmodum nec de feudo hereditario intelligere potuit, cum ea ſpecies ab interpretibus fuerint poſtea adinuẽtæ, nec tunc temporis agnitæ, nec profecto hariolari erit neceſſe, vel literæ ſuppletæ expreſſe*

74 *† etenim de feudo paterno, & antiquo loquitur ille textus, ſi tamen de hæreditario, vel potius pacti intellexerit non eſt indagandum, nam ad huiuſmodi diſtinctionem, per compilatorem minime deuentri poterat, cum, vt ſupradictum eſt, ille has formas ignorauerit, Atque propterea adinuentis iſtis ſpeciebus feudi orta ſtatim altercatio, de qua ſc licet ſpecie feudi habuerit Obertus. De feudo † itaque recto non pactionato potuit loqui tex. in cap. 1. An agnatus, à quo omnes alias formas, ſuam traxiſſe originem, aſſerit Greec. de ſubfeud. lib. 3. §. ſed poſtquam fol. 385. ſed quia inter Doctores circa ſpeciem iſtius feudi, de duobus iure, ac*

75 *merito dubitari, contingerat; primum, †*

76 *an tunc beneficium perſonale, potius quam reale diceretur; alterum, an tunc deſcendentes,*

tes, citra nomen, & ius hæredis ad illud admittit debuiſſent, & ab iſto vltimo, ortũ aliud, an ſcilicet feudum, hæreditarium, vel pacti præſumeretur, emanauit altercatio circa inteliectum tit. An agnatus. Quo ad
77 primũ † Freccia vbi ſupra reale cẽſeri feudum putat, quia vnuſquiſque ſibi, hæredibusq; proſpicere videtur, ex text. in ca. 1. de duob. fratrib. à cap. inueſt. idemque tradidit D. Carolus Tapia † eruditiſſimus, atque
78 doctiſſimus, in Conſ. Sup. Italiæ apud Catholicam Maieſtatem Regens meritiſſimus in l. fin. de conſt. Princ. cap. 3. par. 1. nu. 24. & Ioan. Aloys. de Sept. in repet. Cap. Volentes, verſ. ſed contrarium. De altero, an ſcilicet filij vti hæredes capere deberẽt, quod ab illo dependere videbatur, an feudum præſumeretur hæreditarium, tenuit Freccia, † præſumi hæreditarium, & licet Gapic. in inueſt. feudal. §. hæreditarium feudum, verſ. tertia concluſio, Andream ſtare poſſe pro vtraque parte renunciet, quod, & aduertit Iacob. de Franc. in prælud. feud. num. 125. attamen ipſe idem quod Freccia ſentit, idem ait Franc. de Ponte lect. 1. num. 111. omnesque Regnicolas hoc affirmare, tradit Camill. de Curte in diuer. feud. §. multoties
79 nu. 11. fol. 45. Ioan. Kopen. deciſ. 39. nu. 22. contrarias opiniones refert. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. præſ. 94.

80 Loquitur itaque tit. An agnatus † de feudo informi, ſeu rectius inquimus, de feudo recto, & implici in quo nulla ſit habita expreſſa mentio de filiis, vel de hæredibus, at quia tunc conceſſio realis diceretur, & non ſolum ſibi, ſed etiam ſuis hæredibus feudũ acquiri videretur poſſe affirmare creditmus
81 locũ ſortiri † in feudo hæreditario, vt puta ſi diceretur in inueſtitura, tibi, & hæredibus, nam cum ſecundum ſubiectam materiam vox, hæredibus, de deſcendentibus ſit interpretanda, & feudum, etiã informe pro hæredibus acquiri, præſumatur, vnum idemq. erit dicere, cõcedo tibi feudũ, & tibi, & hæredibus tuis, vel tibi, filijs, & hæredibus, cum in iſta vltima forma exprimi videatur, quod in prima tacitè, & virtualiter ineſſet. Veriſſimum igitur erit, affirmare, de huiuſmodi feudo loquutum fuiſſe textum in cap. 1. An agnatus, omneſq; aitos intellectus prorſus eſſe eliminãdos arbitramur, vt puta quia dsuinatiui, & ſuppletiui
82 ſint, immo literæ aduerſari, † in hanc enim ſententiam iuiſſe omnes Pyleanos vidimus, pro ea pugnat Bald. vt ſupra nu. 4. diximus ſtat Andreas in pluribus locis, & commu-

nis opinio de qua teſtatur Arr. Pinell. in loco ſupra citato.

Hinc ſemper arbitrati fuimus difficultatem nullam eſſe, in preſcrutando de quo feudo habuerit ille tex. ſed ſolum in inueſtigatione rationis differentiæ, inter
83 agnatos, & filium illã conſiſtere † Andreas in d. cap. 1. An agnatus, aſſerit, quia filius ſtrictius patris honorem ſartum tectumq; habere debet, quam teneatur agnatus: iniuria etenim infereretur patri, ſi illius hæreditas non adiretur, hanc rationem cõmuniter ſequuntur omnes, at poſtea eam limitando prorſus reijciunt, & nullius roboris reddunt: aiunt enim filium confectio inuentario nullatenus paternis creditoribus obnoxium eſſe; iterum ſi nihil in hæreditate paterna ſit, filium illam adire minimè teneri: at iſta via ſemper honor patris periclitaretur; ad quid enim obligare filium ob patris honorem, & poſtea tam facili negotio, vt eſt conficere inuentarium eidem prodere remedium, quo legis prouiſio delude
84 returè † iure, ac meritò illam ludibrio habet Andr. Kal. exercit. leg. 1. num. 17. & 18 idemq; ſentire videtur Harm. Piſt. q. 2. §. 45. & Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 20. n. 24. Siluan. conſ. 30. nu 23. Aliam limitationem, quando ſcilicet filius nil inueniet in hæreditate paterna vti contrariam verbis textus refellit Harman. Piſt. dicta quæſt. 3. num. 42.

Siluan. dict. conſ. 30. n. 23. reprobata ratione Andreæ & Bald. videtur ſequi illam
85 † quam commiſiſſe itur Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. An agnatus, quia filius acquirit feudum patre medio, agnatus vero non acquirit feudum medio agnato tunc mortuo, ſed medio patre ipſius agnati, nunc ſuccedere volentis. Atque vlterius addit Siluan. in ſucceſſione feudi, eam non fieri per ſaltum, ſed per continuationem de gradu in gradũ, ita quod nulla interruptio interuenire valeat, ideoque oporteat continuationem ipſã fieri de primo parente acquirente feudum in agnatos volentes ſuccedere, & per agnatum, nunc ſuccedere volentem repreſentari perſonam primi acquirentis feudum, aut mediate, aut immediate: repreſentationemq; primi parentis propriè nõ fieri niſi per eius heredem. Et propterea nil mirum ſi opus ſit filio hereditatem paternam adire, nam ſe ab ea ſubſtimendo non repreſentaret perſonam patris ſui, repreſentantis perſonam primi parentis, interrumperetur enim diſcurſus, qui neceſſariò fieri debet de primo

parentein ipſum filium. Agnatus vero non cogitur hæreditatem agnati morientis adire, quia ea opus non habet ad hoc, vt primi parentis repreſentatio fieret, nec continuatio lineæ deſcendentis abipſo parente procederet in agnatum, cum in lineâ tranſuerſali reperiatur, & licet perſonam agnati morientis nõ repreſentet, attamen quia nõ agitur de ſucceſſione vltimi, ſufficere quod hæres ſit mediatè, vel immediatè primi Hæc Siluan. idem videntur ſentire Pariſ. conſ. 23. nu. 180. vol. 1. Andr. Kol. exercit. lagar. p. num. 18. Harm. Piſtor. quæſt. 2. n. 39. Roland. à Vall. d. conſ. 28. num. 12. ab iſta ratione non aborret Cuiacius, & Fachin. quos ſupra nu. 32. recenſuimus.

At illud quod in redenda, inueſtigandaq; ratione elaborandum eſt haud profecto legis incertum reddit intellectum, nam etſi ſemper cum ratione legis conditorem fuiſſe loquutum preſumere debeamus, attamen, & multoties, nos fugit, ac latet ſepius propria, & ſpecifica; ſufficiet ſanè aliquam comminiſci, qua verosimilis cenſeatur, & quoquo modo ad legislatoris mentem
86 *collimare; certiſſimus † eſt intellectus tit. An agnatus, quod in feudo antiquo ſiue paterno loquatur, quia expreſſis verbis hoc ipſum habemus: ſed dubitare quare aliud in filio, & aliud in agnato obſeruandum, induxerit legis conditor, operari non debet, vt ab intellectu, qui literæ cõcinit, recedamus. Hæc de intellectu Cap. An agnatus.*

DOs inſolidum à ſucceſſore in feudo repetebatur, alio hærede exiſtente in paganicis: propterea hic ponderatur, quod licet diſpo-
87 *ſitio † l. ſi certarum, ff. de milit. teſtam. in milite loquens, procedere dicatur in feudatario: attamen integram dotem oneri feudi cedere minime debere, tuetur: cum etenim vtramque hæreditatem burgenſatieã, & feudalem reſpicere videbatur, vtique hæres vnus, illius ſatisfactionem ſubire haud æquum erat. Sed quo pacto dotis debitum ad vtrumque hæredem pertineat videndum erit.*

Camerar. in l. Imperialẽ de probib. feu.
88 *† alien. per Federic. fol. 12. lit. S in vltima limit. ad regulam, feudum non poſſe alienari abſque domini conſenſu, ait, illam non procedere ſi pro onere feudi celebraretur alienatio: pro cuius inueſtigatione præmittit, quædam eſſe feudi onera, & quædam ipſius feudatarij: ex Andr. in cap. 1. §. quid ergo de inueſt. de re. alie. facta. & in conſt. Si quis poſt litem. Feudi tamen onera tranſire cũ ipſo feudo, ſiue illud dño aperiatur, ſiue agnatis deferatur. Onera feudatarij*
89 *in triplici differentia † ſtare aſſeruit, eſſe etenim, quæ nullam habent cum feudo cõmunionem, vt puta ſi feudatarius mutuo accepiſſet pecunias, vt burgenſatica emeret. Quæ communionem habent, vt eſt ſeruire domino. Qua denique pro feudo, & ad domini vtilitatem fiunt, vt ſi vaſſallus pro domino fideiuberet. Pro duabus primis ſpeciebus onerum, nec dominum, nec agna-*
89 *tum obligari putat, vt in cap. 1. † An agnatus, & in cap. 1. §. his conſequenter tit. Hic fin. lex Corad. & in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nam contra agnatum nulla poteſt oriri obligatio, ea nimirum ratione, vt tenuit Andr. in dicta conſt. Si quis poſt litem, & in §. quid ergo. Le inueſt. de re. alie. facta. quoniam Vaſſallus, qui præcipit fructus ſeruire teneatur, & licet idem Andreas in cap. 1. An agnatus, & in d. §. quid ergo, & in dicta cõſt. Si quis poſt litem aſſerat, quod ſi vaſſallus pro faciendo ſeruitio obligauerit feudum, teneretur etiam dominus: attamen Andream loqui de aſſenſu præſtãdo in vita Vaſſalli: non autem feudo aperto domino eredit Camerar. hinc eautos voluit*
90 *mercatores, † dantes pecunias militibus, vt ad bellum vadant. Camerarium ſequuntur. Ioan Kopen. deciſ. 39. nu. 33. Roſent. de feud. cap. 9. coneluſ. 15. n. 14. Harm. Piſtor. quæſt. 2 feud nu. 69. Ioſeph. Cum. in cap. Si aliquem verbo onere. nu. 7. Hæc de oneribus feudatarij.*

91 *Onera feudi enumerat † Andreas in d. cap. 1. §. quid ergo, & in d. Conſt. Si quis poſt litem ſunt profecto Pro maritanda ſorore, vel amita danda militia fratri, & pro adiuuando domino, prater hæc: pro alijs non tenebitur filius ſuccedens in feudo ex pacto, & prouidentia, niſi hæres eſſet defuncti voluntarius, & abſque inuentarij beneficio gloſ. & DD. in cap. 1. An agnatus. Afflict. deciſ. 26. & deciſ. 240. & in Conſt. Si quis poſt litem nu. 17. Cap. deciſ. 198. Menoch. conſ. 127. nu. 19. Conarr. var. reſolut. cap. 18. n. 4. Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 43. Schrader. de feud. par. 7. cap. 7. nu. 33. Vinc. de Franch. deciſ. 3. num. 10. Peregrin. conſ. 4. n. 49*

92 *Sed an in feudo antiquo hæreditario teneatur filius ſoluere omnia onera diſcutitur Harm. Piſt. dict. quæſt. 2. nu. 42. Andreas Kol. exercit. leg. 1. n. 3. Regulariter tamen*
93 *† debita ob ceaſione feudi contracta, illius poſſeſſorem ſequuntur, & à ſucceſſore in*

feudo

feudo ſoluenda ſunt DD. in cap. 1. §. quid ergo Andr. n. 6. Affli. n. 9. Laudens n. 12. de Inueſt de re alie. facꝫ. Andr. in cap. 1. An agnatus. Harm. Piſt. r. queſt. 6. n. 70. Albert. Brun. conſ. 104. & in tract. de ſtat. excluſ. fem. art. 11. nu. 69. Grammat. deciſ. 103. n. 47. Lanar. conſ. 80. nu 51. Peregrin. conſ 4. n. 46.

At ſi ſupponamus feudum hæreditariũ, atque contingat defunctũ duos poſſe habe re hæredes, vnum in feudis, alterum in allodijs tunc quæri poteſt, an poſſit vnus, vel alter inſolidum cõueniri à creditoribus
94 *hæreditarijs, † vel pro rata, iuxta, text. in l. pro hæreditarijs C. de hæred. actꝫ. in quo articulo monet Afflict. in cap. Imperialem §. præterea ducatus n. 34. de prohib. feud. alien. per Federic. teneri ſucceſſorem pro ſua portione, ad ratam bonorum allodialium, quæ habet vltra feudum, feudiq. nomine nihil contribuere debere, nam licet feudum hæreditarium ſit, nihilominus ſucceſſor illud ex pacto cõſequitur. Cõtrarium*
95 *tamen cenſuit † verius Capic. atque fuiſſe ſta iudicatum, à Rege Ferdinando teſtatur in deciſ. 198. nu. 3. Vinc. de Franc. deciſ. 1. nu. 24. Camill. de Curt. in diuerſ. feudal. §. redeundo nu. 17. ea ſiquidem ratione, quia in feudo hæreditario, non niſi hæres ſuccedere valeat, Andr. Kol. exercit. prim. leg n. 26. Capic deciſ. 199. & Burſatt.*
96 *conſ. 80 nu. 27. Et licet feudum † hæreditarium peculiarem per ſe minime conſtituat hæreditatem, ſed vna illa ſit allodialium, & feudalium, attamen duplex patrimonium relinquiſſe dicetur, vnum allodiale, alterum feudale, neutrumq; ſub altero contineri Vinc. de Franc. deciſ. 1. nu 41. iuxta terminos in d. l. Si certarum Poſt Andr. & alios Camerar. in l. Imperialem in prin. Bal in Auth. ceſſante nu. 4. C. de legitim. hæred. Afflict. in d. cap. 1. §. quid ego nu. 6. de inueſt. de re. al. facꝫ. Fab. de Anna conſ. 53. nu. 110. Quod neceſſario fatendum erit, nam defuncto feudatario, ad vnum, eumdemque bona ſua, haud peruenire valent. feuda etenim non niſi ad hæredes ſanguinis, quos vocant conuentionales alia vero bona, ad quoſcumq; etiam extraneos*

Hæc in feudo hæreditario locum habent, nam reſpectu feudi non hæreditarij nil te-
97 *nebitur † contribuere ſucceſſor. Capic. deciſ. 199. Ann. all. g 96. Ant. ſola in conſt. Pedam. tit. de feud. gloſ. vnica nu. 1. fol. 76. niſi eſſent onera feudi, quorum ſupra meminimus.*

At quia in conſ. agitur de dotis debito
98 *videndum † erit primò, num illud feudi, vel feudatarij dicatur onus. Pro dote enim tenenda regulariter feudum obligari, ſiue alienari abſq; domini aſſenſu, minimè valet eſt text in cap. 1. §. donare qualit. feud. alit. nõ pot. nam in feudis nõ procedere Auth. Res quæ C. com. de legat. affirmant cõmuni conſenſu Præpoſ. n. 1. Aluarrot. nu. 7. Afflict. nu. 2. Bald. num. 2. in d. §. donare Iaſon. de feud. par. 9. nu. 40. Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 36. Mandell. conſ. 544. nu. 1. Capic. in inueſt. feud. Rub. Feuda pro dote Roſent. de feud. cap. 8. & cap. 9. nu. 17. Berett conſ. 21. nu. 5. Camerar. in cap. Imperialem ſol. 8. lit. H, & ſeq. fol. 82. lit. N. & fol. 84. lit. M, Peregrin. de fideicomm. art. 47. n. 63. De re agit Franc de Ponte de pot. Pro reg. tit. 6. In quo articulo diſtinctione vtũtur Doctores, vt patri, vel alij danti dotem*
99 *non liceat, fœminæ tamen † pro ſe maritanda concedatur poſſe in dotem dari feudũ non eſtimatum. In Regno habemus conſt. Fratribus, quæ fratribus permittit pro ſororibus matrimonio collocandis obligare feudum, ſi mobilia, vel hæreditaria non habeant: immo dari poſſe vnum ex pluribus feudum dotis nomine. De cuius in-*
100 *terpretatione agit Camerar. † in d. l Imperialem fol. 84. lit F, & ſeq. Hæc dotis conſtitutio inter onera feudi connumerari poteſt. An præſtat videre an idem dicere valeamus in illius reſtitutione, vt ſupra vidimus † dotis reſtituendæ onus à Doctoribus*
101 *inter onera feudi non poni, & propterea ſecundum regulam, illud, dominum, nec agnato, obnoxios habere: nam vt diximus paulo ſuperius, licet in bonis fideicommiſſo ſubiectis receptum reperiatur, diſpoſitionẽ dicti. Auth. Res quæ loquentem in conſtitutione, extendi debere ad dotis reſtitutionem, nihilominus, cum illam in ſuo proprio ſenſu non ſortiri locum in feudis dixerimus, eo magis nobis affirmandum erit, non procedere in reſtitutione, dixit in terminis*
102 *Roſental. † de feud. cap. 10. concluſ. 45. n. 2. qui alios congerit in gloſ. M. Ant. Sola in Conſt. Pedem. in decret. Blancæ gloſ. vn. nu. 1. idque veriſſimum atque probatiſſimũ eſt in iure feudorum: cum communi recipiatur calculo, in feudis Auth. Res quæ, nec in conſtitutione locum ſibi vendicare.*
103 *In Regno tamen † noſtro placulum eſſet hoc introducere; receptiſſimũ eſt enim, feuda, ex pacto, & prouidentia, in præiudicium agnatorum (verius inquimus) ad*

rui-

ruinam,& deuaſtationem nobiliſſimarum familiarum poſſe oppignorari, & alienari. Cumia in cap. Si aliquem, verbo Antiquis n.486.poſt Blaſc.Lanc. & Ioann. Aloyſ.de Septimo in cap.Volentes, eſſe opinionem in dubitatam in Regno teſtatur Milanēſ. de ciſ.7.lib.2.nu. 38.ex conſt. fratribus, & conſt. Si quis poſt litem, ſed conſt. fratribus,de conſtitutione dotis loquitur, conſt.Si quis poſt litem,nil ad rem facere videtur.

104 *Cannet.in cap.Volentes.† §. & cum ſuperius fol. 88. argumenta primo pro iſta opinione renuntians:tandem eam dicit non veram , cum nullibi caueatur,feudum pro*

105 *dotis reſtitutione poſſe alienari: duo† enim iura Regni conſtituti: ſcilicet Fratribus, de conſtitutione dotis loqui . Conſtitut. verò In aliquibus,de dote deparagio danda ſorori,vel amitæ verba facere;ſuper addit ipſe , quod ſupra nos premonuimus abſurdum,quod feudatarij ampliſſimas recipientes dotes eiſq; abutentes , maximum præiudicium agnatis inferant, quod veriſſimum eſt, experimentoq; edocemur in dies ; cuius contrarium obtinere non poſſe,licet ipſe fa-*

106 *teatur;attamen,† ad inſtar dotis de paragio , moderandum eſſe debitum reſtitutionis dotis arbitratur ; quod Regni vniuerſitatem ab Imp. Carolo V. non abolenda memoria petijſſe conſtat ex cap.246. vt feuda ob dotis reſtitutionem non cenſerentur obligata , niſi deficientibus allodijs , atque iſto in caſu non niſi pro tertia parte dotis reali*

107 *numeratione ſolutæ , ſed tantum † quod de iure cautum fuerat obtinere potuit,nimirum, quod feuda ad dotis reſtitutionem in ſubſidium dicerentur ornoxia , & pro dodario , ad ratam tantumodauæ paris dotis vere ſolutæ . At quia contigit dubitari illud quod de obligatione in ſubſidium dicebatur, comprehendere etiam dotis conſtitutionem,& ſic dotem de paragio , oportuit*

108 *declarari, † id tantum in dotis reſtitutione ſancitum fuiſſe à Maieſtate Catholica Regis Philippi Secundi, cuius decretum ad verbum tranſtulit Milaneſ. deciſ. 5. lib.1. num.64.*

Ex his itaque dicere valemus inter one-

109 *ra † feudi in Regno connumerari dotis reſtitutionis debitum , vt contrarium attentare non liceat. Sed antequam ad alia progrediamur , ad id quod D. meus nu.8 verſ.*

110 *Sed quantumcumque. addimus,† diſpoſitionem l.creditoris arbitrio,non procedere in feudis firmauit Ioan. Vinc.de Ann. alleg.66. num .25.& in rep. conſt. Diuæ memoriæ num. 239. Ioann.Thom. Minad. in rep. conſt.In aliquibus.verbo Comitum & Baronum nu.41. & ſeq. ſed Franc. Mila. deciſ.7. lib.1.n.57. teſtatur in Regno receptam fuiſſe opinionem Aſſiſt.in conſt ſi dominus Vaſſadum in 4. notab. & in Conſt. Fratribus in 3. notab. Bolognett. in §. diui nu. 91.& 92. ff de leg.1. & noſtri Prouinzalis in l. commodis ff de re. iudic.cum hoc tamen moderamine,vt procedat contra obligatum eiuſque præiudicium : opinio verò contraria reſpectu ſucceſſoris ex pacto in feudo vendicet ſibi locum.*

EPITOME.

Baro à Rege iure Vaſſallagij, & iuriſdictione non poteſt priuari ob malam tractationem Vaſſallorū, niſi ex magna, & iuſta cauſa, præcedente trina monitione.

SVMMARIVM.

1 *Princeps priuilegium ſuum ſine cauſa de poteſtate ordinaria reuocare non poteſt.*

2 *Eo maxime ſi reperiatur conceſſum ob merita,& ſeruitia.*

3 *Principi Deus opt. max. leges , non contractus ſubiecit.*

4 *Conceſſiones quæ ſunt de natura officij ligant ſucceſſores.*

5 *Vaſſalli Baronis dicuntur immediatè Vaſſalli ſui.*

6 *Vaſſalli Baronis an poſſint effici demaniales.*

7 *In iuramento aſſecurationis ſemper eſt exceptum ius ſuperioris.*

8 *Rex non poteſt de poteſtate ordinaria liberare Vaſſallos Baronis à perſonalibus & realibus ſeruitijs , quod non procedit ſi ex cauſa iuſta , & magna id efficeret num 9.*

10 *Rex in Regno feuda poteſt erigere in demania.*

11 *Baro malè tractans Vaſſallos , vt priuetur iuriſdictione, & Vaſſallagio, debet trina monitio,precedere.*

12 *Sindicatus eſt proditus contra Barones malè tractantes Vaſſallos.*

CON-

CONSIL. XIII.

BARONES, quibus à Rege Baroniæ, & feuda conceduntur siue gratis, siue ob seruitia, siue Pecunia intercedente, licitè, & iure optimo cõqueruntur, si tales concessiones reuocari attententur, cum tametsi de plenitudine potestatis speciale sit in Principe, † vt priuilegium suum reuocare possit etiam sine causa, Bald. post Nicol. de Matarellis in l. qui se patris col 8. vers. & scias C. vnd. lib. sequitur Soccin. cons. 4. in 2. col. lib. 3. & cons. 87. col. 7. in prim. com infinitis alijs, quæ consulto omittuntur: nihilominus de potestate legibus ordinata non licet. Paul. de Castr. in l. digna vox C. de legib. Roman. Sing. 463. Soccin. dict. cons. 4. & est tex. in cap. 1. de feud. sine culp. non amitt. & tradit Andreas in tit. quæ sint regal. in verb flumina nauigabilia, prima colu. & Paris. de Put in tract. Syndic. tit. de excess. Imp. 2. col. in fin. & tradit D. de Gregor. in tract. de conceff. feud. par. prima quæst. 7. versic. limito nunc primam conclusionem. Boss. rub. de princ. num. 13. & num. 22. DD. omnes in cap. Nouit, de iudic. & nouissimè Cesal. cons. 302. nu. 119. lib. 3.

1

2 Hæc fortius procedunt † si concessio sit facta, vel ob seruitia, vel ex contractu, tunc enim à Rege reuocari non potest, cum ex suo consensu teneatur, Omnes in dict. l. digna vox, Afflict. post Andr. in const. Regni. Ea quæ ad decus, Soccin. in prealleg. cons. 4. & 87. latè Petrus consil. 16. in feudalibus Abb. in consil. 3. quæst. 19. in 2. Boss. de

3 Principe num. 28. † Hinc dicebat Bald. in cap. 1. in princ. de natur. feud. Deum optimum maximum Regi subiecisse leges non autem contractus, ex quibus obligatus est, sequitur Abb. in dict. consil. 3. col. 17. vers. ex his infero Cesal. dict. cons. 302. num. 130. & late ponit prealleg. tus D. de Gregorio loco prealleg. vers. secundo casu principali, vbi quoque post

4 alios vult tales concessiones † ligare successores, cum sint de natura, & consuetudine sui officij, sicuti est in feudale, & tradit Curt. in tractat. de feud. in 2. par. quæst. 2. prin. & consil. 1. col.

5 14. & semel concesso † feudo, ac Baronia cum Vassallis, illi tam Baroni obedire tenentur quam Regi, Specul. in tit. de feud. §. quoniam vers. 14. quæritur, cum Vassalli Baronis immediatè dicantur homines, & Vassalli sui, quod dictum comendat Dominus meus Corsettus in tract. de excell. Reg. quæst 88. refert, & sequitur D. Gregor. de conceff. feudi 7. par. quæst. 4. vers. quartus effectus, vbi infert ad quæstionem de qua agitur in presentiarum, An scilicet Vassalli

6 possint † effici demaniales: concludit enim posse Baronem aduersus Vassallos talia facientes, aut prætendentes, ac volentes se ab eius obedientia subtrahere, & se regales, aut demaniales facere, arma mouere, & eos violenter cogere, aliorumq. subditorum auxilium implorare: allegat Petr. de Anchar. in cap. Grandi, de supplen. neg. prælat. num. 3. lib. 6. quem ibi sequitur prealleg. Dominus meus Corsettus in rep. col. 29. vers. & nota, ibi, impedientes. Rolad. à Vall. cons. vlt. num. 143. lib. 4. Et licet tunc Vassalli non dicerentur committere crimen lesæ Maiestatis, cum ius superioris sem-

7 per iniuramento † assecurationis dicatur exceptum capit. 1. in fine, Hic finit. lex, & ita dicat D. de Gregor. in prealleg. loco in fine fuisse de facto seruatum: Nihilominus talis pretensio Vassallorum explodenda est, nec à Rege admittenda,

8 cum Rex † non possit (de potestate loquor legibus ordinata) liberare Vassallos Baronis à seruitijs personalibus, vel realibus, & demum à iure Vassallagij, quandoquidem per indirectum reuocaret concessionem Baroniæ, ita formaliter D. de Gregor. in d. vers. quartus effectus, & pulchrè etiam Alber. Brun. in cons. 169. in 2. vol. nouiter impresso.

Præmissa tamen, non denegarem pro-

9 cedere, † nisi ex magna causa, & iusta Rex vellet hoc facere, quia sicuti quamlibet concessionem, magna, & iusta causa succedente, posset reuocare, Felyn. Aret. & alij in cap. nouit, de iudic. & in cap. 1. de probat. Afflict. in præind. const. reg. q. 24. ita ex eadem magna, & iusta causa posset rem feudalem in demanium erigere, & homines feudales, & vassallos à seruitijs, & iure Vassallagij Baronis liberare. Luodo-

Pen.

Pen. in l. poſſeſſores col. 7. C. de ſund. patrim. lib. 11. vbi tandem concludit, cõ-
10 munem opinionem peritorũ † in Regno eſſe, licere Regi feuda facere demania, ſi tamen adſit cauſa, & non ſit enorme, quod agit, & Lucam de Pẽna ſimpliciter refert, & ſequitur Frecc. lib. 1. de ſubfeud. Rub. de orig. Baro. n 33. ſequitur de Gregor. in prædallegato tract. 1. par. queſt. 7. verſ. 2. limito, ſubdens tamen id poſſe fieri, ſi vltra concurſum magnæ, & iuſtæ cauſæ pretium Baroni refarciatur, quod in feudo empto, & ex contractu habito, procedere pulchrè declarat Crauett. conſ. 6. num. 109. ſequitur Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 265. num. 16. & ſi aliter à Rege fiat, licitè conqueritur Baro, & iure optimo petit, vt prouiſiones de iuſtitia committantur, poſtquam alia remedia, á Panor. tradita in d. conſ. 3. pen. col. in Regno non admittenda, imò periculoſa eſſe dicat idem de Gregor. dicta quæſt. 7. verſ. etſi in caſu reuocationis, & eadem 1 par quæſt. 4. in fine.

In propoſito ergo caſu nulla adhuc apparet magna aut iuſta cauſa, vt dominus Terræ Naſi ſua iuriſdictione, & iure vaſſallagij priuandus ſit, ſuiq; Vaſſalli prætendere poſſint ſeſe demaniales fieri: nam tã etſi prætendant, & clamitent, ſe ab iſto domino oppreſſos eſſe, & grauari in dies, & contra eos plura obijciant crimina, & exceſſus, ſunt tamen voces infidorũ Vaſſallorum, & qui iugum iuſtitiæ, & iuſti dominij non valentes ſufferre, in infames voces, & querelas erumpunt, & ſeditioſos tumultus affectantes plebem concitant, & dominum pacifica, & quieta poſſeſſione, ac iuſto dominio priuare ſtudent, & ſatagunt; nec enim ad eorum querelas, & voces Baro priuandus eſt Baronia, aut ſua iuriſdictione, quinimo nec ſimplex Regis monitio ſufficit; vt Baro male tractans vaſ-
11 fallos primetur, † ſed trina monitio requiritur, laſ. in Auth. qui rem 1. & 2. col. C. de Sacr. ſanct. eccleſ. Iacobin. in tract. de feudis in verb. Princeps, & in verb. diſtigi Vaſſalli verſ. duodecima cauſa eſt, ſequi. D. de Gregor. eod. tract. de conceſſ. feudi par. 8. quæſt. 16. verſ. ſeptimum ius reſeruatum, & ſequitur Brun. in conſ. 169. verſ. verum bene credo in 2. vol. nouiter impreſſo, & Crauett. conſ. 6. nu. 108. & declarat Menoch. conſ. 2. nu. 197. & ſeq. Roland. conſ. 40. nu. 25. lib. 4. & ideo pro-
12 dirum † eſt remedium Sindicatus aduerſus Barones, & contra eos debet fieri proceſſus, vt ſeruatis ſeruandis, & audito Barone, poſſint exinde ſecundum Deum, & iuſtitiam terminari querelæ, & exceſſus obiecti, & ſi Baro repertus erit iniuſtus dominus, conuictus, ſe talia feciſſe, quibus priuationem meretur, tunc nulli dubium eſt poſſe procedere quæ idem de Gregor. prædallegata quæſt. 16. verſ. conſiſtit autem, poſt alios cumulat, & tradit Afflict. deciſ. 265. num. 72. & ibidem latè Vrſill. in add. num. 16. cum ſeq. Boer. deciſ. 55. & 304. & tradit etiam Boſſ. rub. de princ. num. 55. & ſeq.

Cum ergo hucuſque nec factus ſit, nec ceptus proceſſus Sindicatus, nec aliter cõſtet de prætenſis oppreſſionibus, & grauaminibus vaſſallorum, ſed tantum propoſitis querelis, nonnulli teſtes recepti ſintiſtis DD. Baronibus incitatis, & qui etiam nihil concludenter, aut quod releuet (vt creditur) dixerunt, videre non poſſumus, quo iure prætendatur, hos vaſſallos demaniales fieri poſſe, & hos dominos eorum iuribus Vaſſallagij priuari. Videre quoque non poſſum, quo iure eorum oblatio acceptata ſit in ſacro Concilio, & tantibus præmiſſis licentia data ſit, aut dari prætendatur, vt Vaſſalli Conſilium faciant, gabellas imponant, collectas exigant, & demum multa alia ad pecunias exigendas, ſeu rectius, extorquendas à pauperibus, ad finem redemptionis faciendæ, & vt regales, & demaniales fiant. Ea enim omnia priuationem horum dominorum, in neceſſarium antecedens præſupponunt, & ſubſiſtentiam iuſtæ, & magnæ cauſæ, & demum, quod facto, & compilato proceſſu Sindicatus locus ſit condemnationi, & condemnatio ſequuta fuerit. Tunc ergo erit locus, vt Vaſſalli modum quærant, & demum vt de redemptione facienda tractetur, alioquin ab extrema parte, & non dum ſubſiſtente cauſa, ac non interuenientibus neceſſario requiſitis, reuocaretur conceſſio, & iure dominij, & Vaſſallagij iſti domini priuarentur.

Iure optimo ergo adhuc conqueſtus eſt d. Don Carolus, & verbo, & in ſcriptis, ſuæ ſuæque vxoris cauſam defendens, & iuſtitiam implorans, & iuſtius idem nunc faciet apud ſupremũ, & iuſtiſſimum Tribunal ſuæ Catholicæ Maieſtatis, Barones enim, & de ſua Catholica Maieſtate, & anteceſſorũ, & proprijs meritis, & ſeruitijs benemeriti, ita ad iniuſtas voces, & Vaſſallorum que-

querelas, nec priuandi ſunt, nec ſatigandi. Quo fit, vt ſimiliter iniuſtè admodũ, & cõtra omnem formam iuris prætendatur licentiã, cõcedi imponendi gabellas, rum ne pauperes Vaſſalli vexentur, tum etiam ne præiudicium fiat Baronibus in eorum iuribus, & gabellis; alioquin antequam eonuincantur, & nulla adhuc ſubſiſtente cauſa præiudicium patetentur, & damnũ, & ab execurione eſſet incipere. Et ideo arbitror iſthæc omnia nõeſſe concedenda, nec hos Vaſſallos in aliquo eſſe audiendos, niſi vt ſeruatis ſeruandis, & iuxta formam à iure Regni Conſtitutionibus, & Ritu traditã aduerſus iſtos dominos proceſſum faciant iſtud enim eſt quod ſolum eis pro modo concedi debet, nec grauari ſe poſſunt, prętendere ſi alia denegentur. Et in proceſſu vbi defenſiones horum dominorũ admittentur liquidò conſtabit, quam infideliter ſe geſſerunt ſeditioſi iſti Vaſſalli in tot, & tantis exceſſibus proponendis, adeo vt caſtigandi omnino ſint, in eorum particularem pœnam, & aliorum notabile exemplum.

ANNOT. PETRI FILII.

Reip. moderatores publicam quietem ſarctam tectamque colere debent; hinc eos Athenienſes, à iuuando Διονύσους *quaſi Iouis filios, &* σωτῆρας, *quod à periculis, & maris tempeſtatibus ſaluos, incolumeſque cæteros redderent, dixere, illorum iure propterea demandatum eſt, vt qui populos expilent, iniuriaſq; afficiãt, pœnas luãt condignas, ac beneficio priuentur, veriſſimũ itaque eſt dominum male verbis, vel factis*

1 *†accipientem vaſſallos ſuos, pœna dignũ eſſe aiũt; à Principe ſupremo puniri poſſe, ſed quo pœnæ genere plectendus veniat, diuerſa multi ſentierunt; ſunt qui profiteantur criminaliter poſſe caſtigari, etiã capitis pœna, vt Boſſ. in tit. de princip & priuil. eius nu. 58 & alij. Multi aſſerunt poſſe iuriſdictione priuari propter nimiam ſeueritatem, Bart. in l. 1. ff de his qui ſunt ſui, vel al. iur. Bald in Cap. 1. §. publici latrones de pac ten. Iaſ in Auth. qui rem. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Ioan. Fab. in §. fin. inſt. de his qui ſunt ſui, vel alien. Iur. & in l. vn. per illum text. C de offic. com ſac. pal & in l. 1. C. ſi quacunque præd. pot. Curt. Iun conſ. 174. nu. 39. Boer. deciſ. 34. n. 7. Gugliel. de Bened. in cap. Rainuttus, in verbo condidit, il primo, n 46. De teſtam. Gramm deciſ. 10. Lanar. cõſ. 5. n. 23. Parlad. quotidian. quæſt. lib. 1. cap. 1 n. 26. Rom. & Alex. in l. diuortio §. ſi fundum ff. ſolut. mat. Boer. deciſ. 55. Afflict. deciſ. 265. nu. 32. Alfonſ. de Azaued. lib. 6. tit. 4. l. 22. thom. 4. Guid. Pap. deciſ. 62. & ibi addentes Caſtr in auth. qui rem C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Bouad. polit. lib. 2. cap. 16. n. 82. & ſeq. Ioan. Franc de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 1. num. 1. & ſeq. Gram. deciſ. 104. Roland. à Vall. conſ. 40. lib. 4. Ferd. Vaſ. contr. illuſt. lib. 1. cap. 8. nn. 18.*

2 *Alij dixerunt congendum eſſe† vt vendat Caſtrum, argumẽta tex. in §. ſed & maior aſperitas dominorum Inſt. de his qui ſunt ſui velali. Iur. & ibi Ioan. Fab. Guid. Pap. deciſ. 62. Crauett. conſ. 6. Franc. de Ponte deciſ 16. n. 36. Camill. de Curte in diu. feud. §. licet autem veriſſima n. 45 fol. 9. Multi*

3 *† quod feudo, & vaſſallagio valeat priuari; nam quemadmodum Vaſſallus, & beneficiarius ſi male vtatur feudo deteriusillud reddendo, eo debet priuari per cap. 1. § quicumque aduocatiam, & ibi Bald. Aluar. Præpoſ. & Afflict. de pac. ten. & eius violat. Innoc. & Gemin. in cap. ad apoſtolica, argumento illius text. extra de ſent. & re iudic. Bald. Alex & Iaſ in l diuortio §. ſi fundũ ff. ſolut. mat. Paul Caſtr. Iaſ. & Dec. in Auth qui rem C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Iacob de Sanct. Georg. verſ. queritur etiam, & verſ. dictiq; Vaſſalli nu 36. Curt. in tract. de feud. 4. n. 44. Zaſ. in tract. de feudis 10. par. nu 64. Afflict. deciſ. 265. num. 72. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. caſ. 78. Schrader. de feud par. 9. cap 6. n. 59. ita, & procedere ſupradictã cõcluſionẽ, ſi beneficiarius habitãtes in feudis male tractet, affirmãt DD. in locis præallegatis, & Afflict. in cap. 1. §. licet, ſi de feud defunct cont. fuer. facit. Menoch. de recup. poſſ. rem. 10. q. 13. nu. 68. & de arbitr. iud. lib. 1. cent. 1. caſ. 78. Schrader. vbi ſupra nu 61. Andr. Gail. lib. 1. obſer. 17. Miſing. cent. 5. obſer. 8. Ferdin. Vaſq. contr. illuſtr. cap. 8. nu. 20. multos refert Roſental. de feud. cap. 10 concluſ. 33 num. 16. & ſeq. Petr de Gregor de conceſſ feud par. 8. quæſt. 16. rub de iure boni trattamenti erga vaſſallos. Intrigliol. de feud cent. 2. art. 81. nu. 32. Menoch. conſ 2. n. 197 & de recup. poſſ. remed. 10. n. 86 Ann. ſingul. 155. Harman. Vult. de feud. lib. 1. cap. 11. ante nu. 37. Has penas, & opiniones circa eas recenſet Ioan. Franc. Capiblan de iur. Baron ſuper prag. 3. nu. 43. ſed in hoc, an requiratur monitio*

4 † *illa trina, vt ad penam feudi priuationis possit deuenire, variant Doctores. Pro affirmatiua stare infra recensitos. quos omnes perlegimus. Asserunt aliqui vt Roland. cons. 18. lib. 3. Bald. in cap. 1. §. publici latrones, de pac. ten. sed potius videtur inclinare in illam distinctionem Innoc. in cap. extirpanda, de præbend. quod scilicet intege loquente negatiuè requiratur monitio, secus autem si affirmatiuè, quam sequitur Gram. dict. decis. 104 nu. 22 licet postea dicat, quod potest moneri, vt desistat à vexationibus, alias priuari feudo valeat.*

Idem Bald. in auth. statuimus C. de epis. & cleric. potius allegari potest pro contraria parte, nam loquēs in Iudice non faciente iustitiam, ait speciale esse in clericis, quod trina præmissa monitione possit iurisdictione priuari, secus in alijs, vt bene aduertit Affict in cap. 1. de milit. vassall. qui cont. est num 29.

Paul. Castr. in auth. quirem C. de sacr. sanct. eccles. num. 3. verba faciens de emphiteota, rem deteriorante, tātum asserit, quod soluēdo interesse, penam expulsionis euitat, idemque esse de feudatario dicendum male trattante subditos credit.

Ias. de feud. par. 10. nu. 63. idem affirmat.

Ias. in auth. quē huiusmodi, de sacr. sanct. eccles. requiri trinā monitionem, per text. in cap. 1. de milit. vassall. qui cont. est, & ibi glos. & in cap. 1. § fin de pac. tene.

Roman in l. diuortio §. si fundū ff. solut. mat. nu. 6. loquitur in deteriorationefeudi, & quod monitus beneficiarius priuaretur feudo, sequens Bal in d. §. publici latrones.

Præpos. in prælud feud. nu. 8. sequitur Bal. in d. §. publici latrones, & ait si monitus non desistat, dominū priuari feudo posse

Alciat. cons. 107. nu. 12. allegat Præpositum illumq; sequitur.

Franc. Curt. de feud. par. 6. vers. quaro igitur in primis n. 2. sequitur Bald. in d. §. publici latrones, quod dominus potest monere, & deinde feudum auferri.

Gugl. de Benedic in cap Rainutius, verbo concludit, il primo nu. 46. de testam sequens Bald. idem quod Curt. affirmat.

Lopes in l. 22. tit. 13. par. 2 glos. 6.

Boss. tit. de Principe nu 55. & seq vbi de communi, Andreas Gail lib. 1. obser. 17. n. 4. vbi quod in praxi seruatur opinio contra Gram decis. 104.

Misinger cent. 5. obser. 8. nu. 16. sequitur Bald in d §. publici latrones, supponitq; præmissa monitione feudo priuari posse.

Schrader. de feud par. 9. cap. 6. n 61. vers. secundo hac cōclusio nu 67. loquens de absente feudo, vtramq; sententiam recenset de quo non est quæstio nostra.

Bursatt cons 160. nu. 92.

Roland. à Vall cons. 18. n 29. & seq. lib. 1.

Marin. Frece. de subfeud. 8. author. n. 2.

Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 81.

Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 16 tit de iure bon. tract nu. 2.

Boer. decis. 304 nu. 7.

Alfons. de Azaued. lib. 4. tit. 15. leg. 8. n. 5. 2. thom. sequitur Roland. cons. 18.

Cravett. cons 6. nu. 108.

Socin. Iun. cons. 134. nu. 51. lib. 3.

Vuesenb. cons. 57. nu. 10. vol. 2.

Curt. Iun cons. 1. 7. nu. 10.

Petr. Ant. de Petra de pot. princip. cap. 8. nu. 74. testatur de veriori.

Albert. Bru. cons. 176. videtur id sentire.

Foller. in const. præsenti nu. 15. fol. 113.

D Garsias Mastril. cons. vnico past. decis. Io. Domin. de Cauallar. incausa Nasi fatetur requiri monitionem quo ad priuationem feudi, licet secus sit dicendum vt cogatur vendere.

5 *Contrariam sententiā quod † non requiratur monitio tenuit Gramm. d. decis 104. sed in casu non fuit actum de feudi priuatione sed tantum de iurisdictionis abdicatione.*

Rosent. al. de feud. cap. 10. conclus. 33. nu. 52. ait nullibi cauere quod trina monitio requiratur, & potius ei videtur probabile, quod vna sufficiat ad text. in §. quicunque aduocatiam de pac. ten. multas accommodat responsiones. Primo quod monitio ibi nō requiratur de necessitate, sed ad cautelā aliàs enim, cōcederetur absurdum, quod scientia, & fellonia cōmissa contra subditos non esset culpa, nisi recte rata. Secūdo quod ille text. interpretandus sit secundum distinctionem Innoc in cap. extirpanda de præb. vel quod distinguēdum sit, inter deuastationem abusum, aut inornatam tractationem in omittendo scilicet, non administrādo iustitiam, non defendēdo, edificiorum refectionem negligendo: tunc enim requiratur monitio, at si deteriorationes incommittendo sequātur tunc absq; alia monitione priuari possit beneficiarius feudo. Delictum à vassallis obiectum Comiti Flandriæ in omittendo confitebat, denegatq; iustitiq, propterea Petr. de Bellaper. in auth. statuimus C. de epis. & cleric. huiusmodi querelas vassallorum non reputauit sufficientes, vt iurisdictione priua-

uaretur Comes, & Iacob. de ſanct. Georg. dat remedium de facienda monitione adiecta comminatione priuationis feudi, in verbo Marchio in Italia num. 2.

Menoch. conſ. 2. nu. 198. monitionem non eſſe neceſſariam arbitratur, quando notorie, de exceſſibus conſtaret, vel periculum eſſet in mora.

Roland. Auall. conſ. 40. num. 30. lib. 4. licet diſtinctionem illam in omittendo, & committendo explodendam ducat, nihilominus idem, quod Menoch. tenuit, de notorio idque verum eſſe arbitratur.

6 Hanc tamen diſputationem † beneficiarijs, & Baronibus noſtris vix ſecundum iuris terminos applicare poterimus: ea etenim ab illa regula originem ſumit, qua habet, dominum debere reddere vicem vaſſallo per text. in l. imperialem in fine, & ibi Andr. de probib feud. alien. per Federic. proindeque quemadmodum ſi vaſſallus committeret contra dominum felloniam, amitteret feudam, ita ſi dominus contra vaſſallum eamdem perpetraret, dominio priuari debeat, per text. in 9. committente domino ſi de feud. defunct. content. &c. & extat tit. Qualiter domin. proprietat. priuetur. Hoc ipſum innuens exornat Affict. in ſua deciſ. 265. vtrobique Andreas, ait, dominum priuari directo dominio ſi committeret felloniam in caſibus, in quibus, ſi eadem domino infereretur à vaſſallo is vtile dominio deſtitueretur, qui & licet referat tenentes, ex nulla cauſa dominum
7 perdere dominium, † attamen ipſe, ex omni cauſa, ex qua vaſſallus amitteret vtile, dominum priuari directo dominio profitetur.

At quid hæc vox, fellonia ſignificet, † tam in feudis ſepius repetita, non ab re erit diſquirere, Cuiac. forte à barbarie volens vendicare Feudiſtas in cap. 1. in princ. quib. mod. feud. amitt. à græco vocabulo φιλονικία, ſiue φιλαυτία, quod eſt fraus, culpa, ſeu improbitas, impoſtura, deducit Zaſius vero in epit. feudor. par. 2. num. 2. delictum, & perfidiam, & par. 10. numer. 75. barbaram eſſe vocem dixit Franc. Ottoman de verb. feudal. ſub litera F. in verbo fellonia Gotis, & Longobardis ſignificaſſe, quod latinis ſcelus aſſerit: Roſental. de feud. cap. 10. in princ. ab italo ſermone ductam eſſe ait, villania, quod iniuria verbalis interpretatur, Alij alia dixerunt. Si itaque, tunc priuari ob felloniam dominus feudo dicatur, quam ſi vaſſallus committeret in dominum, deſtitui mereretur vtili dominio, quod habet in ipſo feudo, & noſtri beneficiarij, & Barones, de quibus eſt quæſtio, vtile tantum habeant, directo ſi quidem penes Regem permanente, & burgenſes, & habitantes, quos & vaſſallos nominamus, nil in feudo habeant, niſi incolatum; merito dicendum eſt, terminos, de quibus habent textus ſupradicti, non poſſe locum ſibi vendicare in iſtis Baronibus, nam ſi vellemus à iactura, quam faceret vaſſallus arguere, ad priuationem domini, id aſſequi minime valuerimus, eum profecto nil quo priuari poſſint incolæ, & burgenſes in feudo, inueniatur.

Accedat, quod nec regula procederet ſuis retentis habilibus terminis, † ex omni cauſa, & culpas niſi ex expreſſi, in cap. domino committente, ſi de feud. content. &c. & in tit. quib. ex cauſ. feud amitt. & in tit. quæ fuer. prim. cauſ. benef amitt. quas iuxta morem latiſſimè proſequutus fuit Roſental. de feud. cap. 10. Herman. Vulteius de
10 feud. lib. 1. num. 11. & ſeq. Quod † non ex omni culpa priuetur Beneficiarius proprietate feudi, tradit Alex. conſ. 104. numer. 15. & ſequ. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 137. num. 17. quos ſequitur Menoch. de arb. iudic. caſ. 275. num. 16. Iacobin. de ſanct. Georg. de feud. in verbo Dictique vaſſalli, il primo, nu. 24. immo Curt. Iun. d. conſ. nullibi iure caueri, vaſſallum delinquentem contra homines ſuos, feudo priuandum eſſe aſſerit.

11 At in propoſita re dicendum eſſe † credimus, quod ponderauit Albert. Brun. conſil. 176. in 2. volu. is enim loquens in noſtris terminis, quando, ſcilicet, dominus male habens homines ſuos priuari poſſit feudo, duos caſus diſtinguit, primum de domino offendente, & iniurijs afficiente homines, qui aliquid in feudum ab eo tenent, vt in his procedat regula, de qua ſupra diximus,

dominum ſcilicet parei vices reddere debere vaſſallis ſuis : alterum , quando dominus male homines ſua iuriſdictioni commendatos accepit, nihil ab eo tenentes , vt tunc tantum eximi debeant ab illius iuriſdictione , & facta monitione priuari feudo ; in iſto ſecundo caſu nos verſari dicimus , in quo ex natura culpæ , & fellonia & ratione illa , quod vaſſallus , & dominus ad imparia non debeant iudicari , minime feudum amittere poſſit male habens vaſſallos ſuos : ſed quia crimen hoc penam meretur , ea ſi quidem eſſe poteſt , vel arbitraria , vel extra ordinem , non tamen amiſſionis feudi ; aſt ſi facta

12 *monitione , à ſuperiore Principe † adtecta comminatione pœnæ amiſſionis feudi , non reſipuerit dominus feudi , tunc eo priuari ratione contumaciæ in non parendo ſuperioris mandatis credimus , quod & ſentiunt omnes , qui pro illa opinione , quod requiratur trina , vel ſaltem vnica monitio , allegantur , hoc eiare ſentit Bal. in d. §. publici latrones, vbi habet , quod poteſt moneri , quod deſiſtat : idem habent Roman. Iaſ. & alij , & Vueſemb. conſ. 43. num. 129. lib. 1. tria requirit , vt ſubditos vaſſallus male tractet , & inſignibus damnis afficiat . Secundo vt ter iuridice ad faciendam iuſtitiam citetur ac moneatur . Tertio vt ſub comminatione pœnæ ablationis , & reuocationis feudi id fiat, allegat Bald. Iaſ. Boer. Curt. & alios , quos ſupra recenſuimus . Hinc inferimus priuari non poſſe feudo vaſſallum , niſi trina vel ſaltem vnica præceſſerit monitio , comminata illius amiſſionis pœna, non quidem natura culpæ , ſed contumatia Rei.*

Hæc quo ad priuationem feudi , &

13 *vaſſallagij , quo vero ad hoc † vt Burgenſes , & homines habitantes in feudo, à Baronis iuriſdictione eximantur , & ſi de iure communi aliqualem haberet difficultatem , & in hoc maxime ponderandum eſſet , quod ait Roſental in ſupra allegato loco , circa grauitatem , & leuitatem exceſſuum , & iniuriarum , inſuper , & eſſet conſideranda diſtinctio Innocentij in d. cap. extirpanda de præbend. nihilominus in Regno videtur penitus ceſſare pœna iſta , ſcilicet exemptionis à iuriſdictione Baronis , & in ea dicendum eſſe putamus quod de pœna amiſſionis feudi pronunciauimus , nimirum , quod, vt habeat locum , trina , vel ſaltem vnica deberet præcedere monitio , cum comminatione huiuſmodi pœnæ : tunc enim ratione contumaciæ , & contemptus veniret Baro iſta pœna plectendus, quod hoc medio probamus.*

In Regno habemus conſtitutionem ,

14 *incipit , † præſenti conſtitutione decernimus tit. de non oppriemendis vaſſallis à dominis, in qua habetur , vt nullus dominorum vaſſallos ſuos contra iuſtitiam opprimat , vel abeis contra conſtitutionem noſtram illicitum auferat , quod qui fecerit , expenſas vaſſallo ſuo victori refartiat , & ablati duplum Curiæ noſtræ componat , quæ ait Foller. ibi ſtare loco monitionis arbitratur ; at cum ex iſta conſtitutione imponatur pœna certa , videtur propterea receſſum a pœna priuationis iuriſdictionis , quam iura vetera ſanxerant , in quo veni-*

15 *ret diſcutienda diſputatio , † quam indigere deciſione cæſaria dixerunt Doctores , cum poſuit Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 4. à num. 338. vſque ad num. 398. vbi primo Iacob. de Beluiſ. in l. 1. C. de requir. reis Alberic. de Roſat. in tract. ſtatut. par. 1. q 8. Gandini Marſilij ; Blanci , & Boſſij , & aliorum , refert opinionem affirmantium pœnam ſtatuti mitiorem , tollere pœnam iuris veteris , quam crebriorem dicit ſub num. 371. ipſe tamen contraria ſe ſubſcribere maluit , motus ex verbis claris tex. in l. 3. §. diuus Hadrianus ff. de ſep. violato.*

Quod placuit in tract. de arbitr. caſ. 342. num. 18. Proſp. Farinat. de var. & diuerſ. crimin. quæſt. 111. art. 6. in pœna iudicis per baractariam iudicantis quæſtionem exagitat , qui poſtquam per regulam , & ampliationes , vnam non tollere aliam pœnam , ſed cumu-

16 *latiuè omnes † venire aſſerat , tandem num. 97. limitat in pœna ſtatutaria ; quam abrogare pœnas omnes à iure ciuili impoſitas , cenſet , & Gramat. conſ. 35. num. 56. cuius opinionem rationabiliorem , & veriorem , quam uis Menoch. ſupra de Arbitrar. non arriſerit , reputat , magis communem , & obſeruatam dicit Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 85. verſ. debit etiam Iudex , Burſatt.*

conſ.

conſ. 94. num. 4. de magis communi, & in toto mundo obſeruata, teſtatur Alb. ric. prim par. ſtatut. queſt. 8. nu. 10. in fine, Antonius Gomes lib. delict. cap. 1. n. 38. in fine Ant. Scappa. de iur. ſcrip. & non ſcrip. lib. 5. cap. 207.

17 *Inficias ire tamen non poſſumus, † vt ſi enormia commiſerent Baro in ſuos homines, alia grauiori pena non poſſit plecti, vt puta ſi communia delicta perpetraret, homicidia, ſcilicet, adulteria, rapinas, & ſimilia, tunc enim tanquam quilibet alius puniendus veniret, etiam pœna capitis, vt cenſuit Boſſ. in tit. de Principe: penam namque conſtitutionis intelligimus circa ea, que den. gatam iuſtitiam, vel alias oppreſſiones, que in nominata crimina non tranſirent, concerneret.*

18 *Ad data quod Baro † priuari poſſit iuriſdictionis amiſſionis pœna, an tantù hoc quo ad homines, quos grauaſſe conſtiterit, aſſirmandum ſit, Roland. à Vall. conſ. 18. in fine ait, quod ſi dominus in alıquos tantum ſeuiſſet, & non in vniuerſos, vel in conſilium repreſentans totam vniuerſitatem, particulares tantum illis eximendi, & liberandi à domini iuriſdictione eſſent; non tota vniuerſitas, allegat. Alex. in conſ. 101. vol. 1. & Graſſet. conſ. 198. num. 8. Capiblan. in tract. de iur. Baron. prag. 3. num. 73. moleſtiam, & oppreſſionem debere eſſe genericam, vt Baro iuriſdictione poſſit priuari, tradidit, allegat Gram. & Andr. Gail. quod ſentit Franc. de Ponte deciſ. 16. num. 36. & Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 31. num. 71. & ſeq. at in hoc eſſare*

19 *videtur ſcrupulus in Regno, † nam habemus conſtitutionem, incipit, ſi vaſſallus à domino, vbi diſponitur, dominum Vaſſallum verberantem, vel eum vxore adulterantem, vel filiam deflorantem, ab eius iuriſdictione eſſe eximendum, & Curig Regia immediatè ſubijciendum, ex qua iniuria particularibus illata, Baronem non eſſe deponendum e tota iuriſdictione elicitur.*

At & licet nobis hic duo corollaria ſuper addere, Primum num culpa commiſſa † per dominum feudi in male acciipiendo vaſſallos ſuos, ob quam mereretur feudo, vel iuriſdictione priuari, aliquando remiſſa dicatur. Alterum an ex mortuo afficiat ſucceſſores in feudo, vt contra illos poſſit pœna executionis mandari.

Quo ad primum habent Doctores, omnem fellonıam à vaſſallo commiſſam, per inueſtituram, & canonis, & ſeruitiorum receptionem dici remiſſam † Andr. in cap. 1. num. 60. de probib. feud. alien. per Feder. Aluarot. in cap. licet num. 8. ſi de feud. defunct. fuer. contr. & ibidem Præpoſ. num. 3. Curt. de feud. par. 4. nu. 61. & par. 6. num. 52. Capic. in Inueſt. feud. rub. feuda amittuntur caſ. 33. §. limita quarto. Thom. de Marin. tit. 2. nu. 80. Iacob. de ſanct. Georg. in verbo qui dem inueſtiti nu. 18. Intriglol. queſt. 98. n. 121. Menoch. conſ. 304. num. 56. Roſental de feud. cap. 6 concluſ. 61. & cap. 10. concluſ. 38. late Schrader. de feudis par. 2. 9. part. prin. ſect. 14. n. 23. & ſeq. proſequitur modos, quibus cenſetur remiſſa fellonia, & per omnes actus, in quibus colligi poteſt voluntas remittendi, arbitratur poſſe dici remiſſam, dummodo dominus ſciens vaſſallum eam perpetraſſe, faciat, Herm. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 11. num. 63. & ſeq.

Alterum in duo diſſecari poteſt, vt quædo vaſſallus, quiob culpam cõmiſſam, antequã actio ad priuationem feudi inſtituatur, mori contingerit; & rurſus quando ſequuta ſententia priuationis in ſucceſſores illius effectus tranſeat. Quo ad primum regulari-

21 *ter non poſſe ad priuationem feudi † procedi affirmandum erit per gloſ. in cap. 1. §. inſuper, in verbo nõ ſuccedit. de probib. alien. feud. per Fideric. vbi Bald. n. 5. Aluarot. n. 4. Affict. n. 15. & in cap. 1. §. porro n. 33. quib. mod. feud. amitt. Iacobin. in verb. dicti; vaſſall. n. 51. verſ. vorstenebitis, Siluan. de feud. recognit. queſt. 28. & ſeq. Zaſ. de feudis par. 10. n. 75. Roſental de feud. cap. 10. concluſ. 40. Harman. Piſtor. queſt. 35. n. 2.*

22 *quod † ſanè intelligendum erit ſi dominus ſeiuerit culpam commiſſam, & agere potuerit, & non egerit. Doctores in d. §. inſuper Sonsbee de feud par. 12. nu. 31. Myſinger. obſer. 97. cent. 3. in fine. Menoch. conſ. 99. num. 18.*

Inſuper hæc dicta erunt ſi tamen culpa

23 † *commiſſa non ſit tiuſmodi, vt ipſo iure à feudo cadere faciat: tũc enim hæres Vaſſalli à domino conuenıri poterit. Affict. & Iacob. in ſupra allegatis locis, & Roſental. cap. 10 concluſ. 106. Harm. Piſtor. d. queſt. 35. n. 5. at quia culpa, de qua ſupra diximus,*

ipſo

ipſo iure feudum amitti, non operetur, nam & monitiones plures, & ſententia declaratoria requiritur, Roſet. al de feudis cap. 11. concluſ. 19. n. 14. ideo dicendum erit, mortuo Vaſſallo, qui in ſuos homines ſeruierat, non poſſe amplius cõtra eius ſucceſſores de pœna priuationis tractari. Hæc omnia, quæ de actione competente, & non competente ad aduerſus Vaſſallum dicta fuere, e conuerſo procedere ſi dominus aduerſus Vaſſallum, eiuſmodi felloniam commiſiſſet, ex qua proprietate feudi priuandus eſſet, tradidit Harman. Vult. de feud. d. lib. 1. cap. 11. num. 68.

Quo ad alterum diſtinguẽdum erit inter
24 *feudum nouum, & antiquum, in feudo † nouo ſiue felonia reſpiciat perſonam domini, ſiue cuiuslibet alterius, ad dominum, excluſis filijs, & magis agnatis, quos non habere dicitur tale feudum, vedit, & aperitur text. in cap. 1. §. fin. qua fuit prim. cauſ. benef. amitt. in cap. 1. quid iur. ſit ſi poſt alien fact. & in cap. 1. de Vaſſall. qui contra conſtit. Lothar. & in cap. 1. §. item ſi fuerit. quib. mod. feud. amitt. & in cap. 1. §. eum autem. An ille qui interf. fratr. dom. ſui, & in cap. 1. §. callidis de prohib. feud. alien. per Feder mille allegat. Roſental. de feud. cap. 12. concluſ. 1. Herm Vulteius de feud. d. cap. 11.*
25 *n. 70. In feudo antiquo † ſi delictum contra dominum non ſit, ad agnatos pertinere affirmant Doctores communiter, at quibus illud defferendum ſit variant; ſunt qui, ad eos, qui in quarto, vel vlteriori gradu exiſtunt, ſpectet, ita Iacob. de Beluiſ. Bald. & Sebenck in cap Vaſſallus culpam, ſi de feud. defunct. content ſit Iacob. de Sanct. Georg. in inueſt. feudal. verſ. dicliq; Vaſſalli promiſerunt n. 53. Curt. de feud. par. 5. nu. 10. verſ Tertio principaliter concluſio, Caſ. de feud. par. 12. n. 103. Franc. de Aren. de feud. cap. 17. n. 3. Sonsb in vſ feud. par. 11. n. 8. Clar. §. feudũ queſt. 66. Menoch. d. cõſ. 99. n. 147. Burſatt. conſ. 148. n. 7 ſunt tamen qui contrariam ſententiam profeſſi ſunt, vt Alua-*
26 *rott. † in cap. 1. §. vlt. qua fuer. prim. cauſ. benefic. amitt. concluſ. 11. quem ſequitur Prapoſ. col. 4. & alij, quos refert. Harman. Piſtor. lib. 2. par. 1. quæſt. 15. num. 12. affirmantes feudum ad proximiorem deferendum eſſe. Hanc diſputationem contrarietas textuum eorumdemque obſcuritas induxerunt, ſed præſentis inſtituti de veritate harum ſententiarum eſſe, haud reputamus, ſufficiet offendere domino feudum non aperiri, ſed agnatis.*

27 *Si tamen fellonia perſonam domini † reſpiceret, num feudum antiquum indiſtinctè domino aperiatur, non idem affirmant Doctores, de quo late per Roſental de feud. cap. 11. concluſ. 4. qui concluſ. 5. probabiliorem, mitiorem, & veriorem ſententiam, quæ habet, ob delictum patris, ſiue in perſonam domini, ſiue in alium perpetretur, feudum antiquum ex pacto, & prouidentia non domino aperiri, ſed filijs deferri, putat.*

28 *Feudum verò hæreditarium † domino applicari cenſet, aſſi nec de huius articuli veritate diſquirendum eſſ, de quo etiam agit Herman Vulteius lib. de feudis cap. 11. nu. 71. & ſeq.*

Hæc tamen culpam Vaſſalli delinquentis in perſonam domini, vel alterius reſpiciunt, at vt ad terminos de
29 *quibus verba fecere propoſuimus, propriusaccedere videamur, † videndum eſſet, quid ſi dominus in vaſſallum deliquerit, cui enim tunc feudum, cuius proprietate meretur priuari deferendum ſit. In ſuperioribus diximus, dominum feudi proprietate priuari, & iuris dominici indignum reddere eiſdem de cauſis, quibus vaſſallus ſuo vtili dominio deſtituretur, de quo Roſental. de feud. cap. 11. concluſ. 19. quo loci inſert, quod ſicut hæres domini contra vaſſallum, ex culpa, viuo defuncto, in ipſum commiſſa, ad priuationem agere non poteſt, ita nec vaſſallus offenſus a domino, contra eius hæredem eiuſmodi actionem rectè tentabit: hinc & nos affirmare poſſemus, vt ſi ob ſeuitiam dominus pœna priuationis feudi, vel iuriſdictionis mulctandus eſſet, vtique vaſſalli eo, mortuo contra eius hæredes eam minime exposcere valebunt, ſed ſi de feudi proprietate ageretur, cui nam illud deuoluatur vaſſallo ſcilicet, an alteri, queruntur*
30 *Doctores, † & quia per text. in cap. 1. de form. fidelit. cauetur, dominum, & vaſſallum ad imparia non debere iudicari, & per tex. in cap. 1. qualiter dom. proprie. priuetur, ſiue delictum ſit in vaſſallum, ſiue in alium commiſſum, feudum ipſi vaſſallo adiudicari, ibi proprietatem feudi ad vaſſallum pertinere, ſiue*

ſine peccauerit in vaſſallum, ſiue in alium proindeque pares non eſſe vices domini, & vaſſalli, cum dictum ſit, vaſſallo delinquente plerumq; agnatis feudum deferri, ideo Aluarott. diſtinctionem premiſit, vt tex. in cap. domino committente, in illis verbis, ſiue in alium, de feudo nouo intelligendus ſit, in quo ſine vllo diſcrimine, illud vaſſallo cedat, at feudum antiquum, ſi ſuperſint domini agnati, iiſdem ſit applicandum, Aluarot. diſtinctionem in d cap. domino committente, ſequitur Petr. Rauenn. Alij verò † *reiecta hac diſtinctione, feudum ſiue nouum ſiue antiquum ob delictum domini, vel in vaſſallum, vel in alium perpetratum, vaſſallo ſemper applicari credidérunt, excluſit penitus domini agnatis. Primus omnium Aluarotti opinionem confutaſſe reperitur Prepoſ. in d. cap. domino committente, argumento ipſiuſmet. tex indiſtinctè loquentis, ſequitur Frider. Sebenc. ibidem Laurent. Siluan. de feudi recognit. quæſt. 32. Franc. Sonsbec de feud. par. 13. n. 70. Zaſ. de feud. par. 10 nu. 80. Roſental. de feud. cap. 11. concluſ 20. n. 4. arbitratu noſtro optimè in hac materia ſe habet,* † *diſtinguens, aut ius dominieſt allodiale, aut eſt feudale, quod ſcilicet à domino ſuperare, ſiue ab alio illud idē recognoſcat, priori caſu vaſſallo adiudicetur altero vero, quem in ſeq. concluſ. 21. exagitat, licet aliqui ſint, qui communem ſententiam auſi ſint dicere, vaſſallum tunc effici liberum, nec ius in illum, quod habebat dominus ſubaltinus ad ſuperiorem dominū deuolui, quod ipſe recenſet ingloſ. A. ipſe tamen contrarium verius dici credit, vt vaſſallus, contra quem deliquiſſe dominum conſtiterit, ab illius iuriſdictione eximatur, ſuperioriq; domino immediate ſubijciatur, ſi tamen ſint, vel agnati non eſſent, quibus primo deferendum eſſe feudum ſentit. quod & habere locum arbitratur, ſiue in vaſſallū, ſiue in alium commiſſa ſit fellonia, multis argumentis, & auctoritatibus hoc ipſum firmat. Hæc ſufficiet ſummis labijs deguſtaſſe, tum vt dilucidius liqueſiat, quod ſuperius dictum eſt, & rurſus vt exinde deducamus, quod data, & commiſſa fellonia in vaſſallos, quos committens dominus feudo, vel aliquo, quod feudo inhereret, vt putat iuriſdictione, vaſſallagio deſtitus meretur, quod bis caſibus agnatis, vel filijs, ſi feudum dixerimus antiquum, & ex pacto, & prouidentia, deferendum eſſe, quod eo libentius amplectendum eſſe credimus, cum peccata ſuos tenere authores deceat l. ſanctimus C de pen. l. ſi filius C. de bon. proſcript. ne quis odio alterius opprimi debeat l. ſi quis in ſuo C. de inoff. teſtam. cum ouig.*

EPITOME.

Iuſtantia cauſę tranſactione finitur. Aſſenſus Regius licet in alienatione feudi poſt factam reuocationem vigore Conſtitutionem diuæ memoriæ, non opituletur: attamen ſtante capit. Volentes, & reſeruatione facta in contractu ab initio, alienatio non dicetur nulla.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia dicitur finita facta tranſactione, & ceſſione litis hinc inde.*

2 *Tranſactio ob contrauentionem licet reſoluatur, & in pœnam incurratur ipſo iure, nihilominus declaratoria requiritur cauſa cognita.*

3 *Tex. in l. ſi quis maior C. de tranſact. an cõprehendat vniuerſitatem remiſſiuè.*

4 *Aſſenſus Regius non poteſt amplius impetrari, ſi eo reſeruato antequam ſit preſtitus, recedatur à contractu.*

5 *Feudo vendito ſine aſſenſu Regio, eſt ipſo iure nulla venditio, & requiritur aſſenſus Regis viuentis; antequam impetretur ergo talis aſſenſus, poteſt venire contra factum proprium vendens, & reſilire à contractu. An indigeat declaratoria, vel poſſit hoc facere propria authoritate num. 10.*

6 *Feudi tranſactio in terminis capituli Volētei, eſt licita abſque aſſenſu Regio, dummodo fiat de integro feudo, quia ſi diſmembratur, requiritur Regius aſſenſus. Et quid in terminis iuris communis nu. 7.*

8 *Aſſenſu Regio reſeruato cum clauſula (& non aliter nec alio modo) facit valere actum, & ſtat in ſuſpenſo, donec eſt ſpes preſtandi aſſenſum. Et an in hoc caſu retrotrahatur aſſenſus quò ad hypotecam, & obligationem.*

9 *Nullitas actus licet ſubſiſtat ipſo iure, tamen ſēper indiget ſententia declaratoria.*

11 *Contrarium imperium competit his, & vt denegetur tale remedium requiritur vt latæ sint tres interloquutoriæ conformes, & procedit etiam licet ab interlocutoria fuerit appellatum.*

CONSIL. XIV.

IN articulo peremptinis instantiæ causæ restitutionis in integrum, vertente inter vniuersitatem Sancti Perij de Pactis, & Baronem eiusdem Terræ, tota difficultas redditur ad validitatem, vel invalidit atem transactionis, olim initę inter dictas partes, post iam petitam restitutionem in integrùm per dictam vniuersitatem. Præsupponitur enim Baroni transactionem prædictam non obstare, prætextu quod fuerit nulla: item, & quod ei contrauentum fuerit ex parte vniuersitatis: prætenditur in consequentiam ad vlteriora procedere, suasq; actiones extinctas, & resolutas vigore dictæ transactionis, iterum reuiuixisse: & sibi quoque non obstare petitam restitutionem in integrum ob prætensam instantiæ peremptionem; circa quam vario modo hucusque reperitur decisum per Magnam Curiam. Arbitror igitur ego, pro vt alias coram Magna Curia allegando obtinui, nullo modo posse tractari de instantię per emptione in proposito, stante dicta transactione, quæ, dum nulla non est declarata, vel ei fuisse contrauentum non est decisum, suum plenissimum effectum necesse est sortiri, prætensis ex aduerso in aliquo non obstantibus.

1 Præsupponędum est igitur in iure † absolutissimum esse, facta transactione, & hinc inde liti cessione, instantiam esse finitam *l.* postquam liti, vbi omnes C. de pactis, l. fratris C. de transact. & ob id clarissimè infertur conclusio, non posse tractari de peremptione instantiæ, cum non entis nullæ sint partes, & priuatio habitum præsupponat. Aduersus hanc solidissimam conclusionem, duo principaliter allegat Baro, alterum est, quod transactio prædicta non obstat, quia ei contrauentum fuit ex parte vniuersitatis, tum in non soluendo in tempore promissas pecunias; tum etiam in constituendo Sindacos, & multa alia faciendo, in prosequutione litium, super quibus fuerat transactum: tanto magis (inquit Baro) quia in transactione est pactum expressum, quod incasu contrauentionis liceret Baroni redire ad primeuas actiones, pro vt erat ante prædictam transactionem: & quo pacto stante videntur cessare tradita per Doctores in l. si diuersa C. de transact.

Sed licet aduersus hæc, multa possent in facto dici, quæ pretensam contrauentionem, excludant nihilominus vnica sola ratione potest hæc machina cõtrauentionis destrui: nam admisso millies, quod vniuersitas contrauenerit, non potest tamen de hoc modo tractari in articulo, cum super dicta contrauentione omnino
2 sententia declaratoria requiratur: † nam quatumcumque ob contrauentionem ipso iure resoluatur transactio, & ipso iure incurratur in pœnas l. si quis maior C. de transact. nihilominus semper declaratoria requiritur sententia, quæ ferri debet parte citata, & habita plena causæ cognitione: ista est magis communis resolutio, quã tenent Omnes ind. l. si quis maior, & refert eam etiam sequutus Bolognettus notissimè in dcl. si quis maior num. 83. et seq.
3 Et licet † etiam posset tractari, an vniuersitas in hoc casu comprehendatur in dispositione d. l. si quis maior, de quo, aliqua est apud Doctores controuersia, et refert etiã Bolognettus vbi supra num. 19. nihilominus de hoc, modò non est disputandum, cum satis sit allegare, non esse super contrauentione declaratum; tanto magis quia aduersus prætensa, ex parte Baronis, multa essent in facto probanda, tum de solutione facta, de qua video certos testes receptos per Tribunal Patrimonij, licet parte incitata: tum etiam quia si pretenditur ex parte vniuersitatis, fuisse cõtrauentum,] oteſt allegari, et ita in facto etiam præsupponitur, quod fuerit primo loco contrauentum ex parte Baronis: cum ergo hęc esset releuantissima exceptio, vt omnibus notissimum est, & indubitatum apud Doctores in d. l. si quis maior, & pendeat resolutio, ex hijs, quę in facto deducerentur, & probarentur, ego non video, quomodo vis fiat in prætensa contrauentione in hoc articulo, pro claro præsupponendo, super quo, vt dictum est, solemnis processus, & solemnis requiritur sententia declaratoria; ob id meritò decisum

decisum fuit per Magnam Curiam in primo contrario imperio, quod instantia declararetur non peremptа, saluis iuribus, facta declaratione validitatis, seu nullitatis transactionis, quæ interlocutoria transiuit in rem iudicatam, & meritò stante ea, non posset ad vlteriora, nec hodie procedi in articulo. Nec verum est, vt præsupponit pars aduersa, quod exinde ex nouo iure fuerit iterum missum, & decisum super peremptione, ob lapsum termini, facta computatione temporis, vt pars aduersa prætendit nam apparet clarissimè ex verbis predictæ reseruationis, Magnam Curiam non fuisse in decisione, alia ratione, motam, nisi quia stante dicta transactione finita erat instantia, vel saltè non poterat super ea aliquid determinari, quousque super eius validitate, vel nullitate non fuisset decisum, & declaratum, nam alioquin frustratoria fuisset talis reseruatio, quæ, vt ex verbis claris apparet, fuit restricta, & facta prædicta declaratio: & ratio hęc vniformis est, facta quacumq; cõputatione; nam donec non est declaratum super transactione prædicta, vrget semper ratio, & supradicta conclusio, non posse agi de instantia, iam sopita, & extincta per transactionem, & hęc ratio apud me adeo est efficax, vt per eam solam arbitratus sim semper rem esse clarissimam pro vniuersitate, & iniustissimam esse prętensionem Baronis, quicquid sit tamen de exceptione rei iudicatę. Stante prędicta interloquutoria adhuc dico ego, ex eisdem iuribus, non esse tractandum de instantia, dicta transactione stante aduersus quam si excipiatur de contrauentione, replicatur clarissime, non esse verum fuisse contrauentum, et super eo requiri sententiam declaratoriam, cui replicationi, ego nullum vidi vnquam responsum, nec arbitror sine cauillo posse dari; ob id miror vehementer quomodo bis fuerit declaratum per Magnam Curiam, instantiam fuisse peremptam. Nec Baronem iuuat interloquutoria, alias, lata, quòd audiretur in prosequutione causæ, non obstante transactione, quia in ea interloquutoria adest clausula salutaris, vt audiretur, et in fine causæ de omnibus haberetur ratio, et licet ego etiam arbitrer malè fuisse ita decisum, quia debuisset interloqui liberè, quod Baro non audiretur, stante transactione, quæ litis ingressum impediebat, et talis exceptio nõ erat reseruanda in fine causæ, cum

sunditus excludebat actionem, iuxta tradita in l. ille à quo §. Sempronius ff. ad Trebel cum similibus; nihilominus per dictam clausulam, talis interloquutoria non reluat Baronem, vt per eam possit prætendere, fuisse decisum, transactionem non obstare, immo tanto magis aperit interloquutoria, hoc non posse dici, cum omnia reseruet, determinanda in fine causæ, et ob id meritò dictum est, hodie non esse liquidum transactionem non obstare, et consequenter ante omnia requiri necessariò, super validitate; vel nullitate, seu resolutione transactionis esse decidendum, pro vt à Magna Curia in dicto primo contrario imperio declaratur.

Alterum quod principaliter ex parte Baronis deducitur, licet aliqualem colorem habeat, adhuc meo iudicio friuolissimum est.

Præsupponit enim transactionem prædictam fuisse ipso iure nullam, tum quia fuit transactum super ijs, quæ tangebant feudum, contra dispositionem constitutionis, Constitutionem diuæ memorię, et licet fuerit reseruatus consensus Principis, & donec per partes non erat reuocata, ipse fuisset confirmationis, 4 nihilominus post quam fuit recessum per partes, amplius non potuit impetrari assensus, ex ijs, quę notat affictus decis. 335. nu. 11. & 14. Capic. decis. 100. Paris. de Puteo in tract. reinteg. feud. fol. mihi 158. ver. an si vassallus, Paris. cons. 14. lib. 2. Marinus Frecc. de subfeudis lib. 2. in 28. limitat. 6 ne constitutionis constitutionem diuę memorię, num. 86. fol. mihi 119. Quę decisiones licet in se veræ sint, & in terminis, in quibus loquuntur, possent forte procedere, tamen quantum attinet ad casum nostrum, nihil prorsus faciunt, Nam in primis illud, quod præsupponitur, nempe in transactione fuisse actum circa tangentia feudum, & Baroniam, & de eius dismembratione, nec insacto, nec in iure procedit; nam ea, quæ in transactione continẽtur, à nouissimo, & vetustissimo tempore litigiosa sunt, nec docet, aut docebit Baro ea, quæ in transactione, per eum remissa sunt fore feudalia, ac de membris, & pertinentijs feudi, & quantumcumque hoc pretendisset, quia nec in priuilegio continentur, nec aliter notorię de eis apparet sequitur prima fronte obstare trãsactionẽ, & de nullitate non posse dici, non verificatis ijs, quæ necessariò præsupponuntur

in tali allegatione, ſicuti in ſententia, & trã ſactione eſſe tradit Socc. ſen. conſ. 59. col. 3. in 3. vol. & eſt clariſſima concluſio, maximè in terminis noſtris nam in iſto articulo nõ agitur de nullitate trãſactionis Principaliter, ſed de alio, nempe peremptionis inſtantiæ, ad quam deducendam Baro allegat nullitatem trãſactionis ex capitibus, quæ requirunt alriorem, immo quæ neceſſariam diſcuſſionem in facto exigunt, & ſententiæ prolationem; nec quantum attinet ad ceſſionem litium factam in tranſactione, poteſt aliquod prætendi, quod agatur de re feudali: tum quia hoc non eſt verum ex ijs, quæ tandem dicit ſuiſſe vota tum, in ſacro Conſilio Capicius deciſ. 156. tum etiam quicquid ſit de quæſtione, an in ceſſione litis requiratur aſſenſus, & ſimus in terminis conſtitutionis Cõſtitutionem diuæ memoriæ, non poteſt hodie pacto aliquo, vt dictum eſt, pro abſoluto teneri, quod requiratur aſſenſus Principis, quod ſimus in materia d. conſtitutionis niſi prius per ſententiam terminato, quòd ea, ſuper quibus fuit ceſſum, erant de pertinẽtijs Baroniæ & conſequenter quod actum ſuit de diſmembratione feudi; Ob id rectè deciſum fuit pro modo, inſtantiam eſſe nõ peremptam, præſuppoſita pro valida tranſactione, ſaluis iuribus partium ſuper illius nullitate, vel validitate.

5 Hinc † conſequenter infertur, quantum extra rem allegetur in propoſito dictum Paridis de Puteo in tract. de reinteg. feud. ver. an ſi vaſſallus fol. mihi 158. cum alijs, de quibus, ſupra. Iſtæ enim deciſiones, vt diximus, præſupponunt pro claro, quòd fuit facta venditio feudi ſine aſſenſu, quæ venditio eſt ipſo iure nulla in terminis intis communis feudorum, cap. Imperialem, de prohib. alien. feudi, & ob id requiritur conſenſus Regis viuentis; Ante quam ergo talis aſſenſus impetretur; licitum eſt vendenti, contra factum proprium vendi tionem reuocare, remedio dictæ conſtitutionem diuæ memoriæ.

Facta ergo reuocatione, & quæſito iure parti reuocanti, nõ poteſt impetrari aſſenſus, quia nihil reperit talis aſſenſus', quod confirmet. Et iſtæ ſunt rationes, de quibus per Paridem, & alios ſupra allegatos.

6 In terminis † verò noſtris alienatio, de per ſe non eſt nulla, quia ſtante diſpoſitione capituli Volentes, in Regno, valida eſt omnis alienatio, vt traditur communiter per Scribentes Regni, & eſt expeditiſſimum, feudo integro remanente: nec requiritur alius aſſenſus Regis viuentis.

In tranſactione in ſpecie tradit D. Cannicius in dict. cap. volentes, fol. mihi 169. vet. at non eſt omittendum, num. 8. & ante eum Dom. de Gregorio tractat. de conceſſ. feud. part. vltima quæſt. 16. Quando verò venditur pars; ſeu quota, quia tunc feudum diſmembratur, tequiritur aſſenſus; & in tali caſu ſimiliter ſorte procederent deciſiones, ſed pro modo de fieri extremum, ſuper quo deberet fundari nempe quod agatur de feudi diſmembratione, & cum, vt dixi, hæc ſententiam requirant, & longam facti diſcuſſionem, ſatuiſſimum eſt, meo iudirio, hodie in hoc articulo, de quo agitur, ea præſupponere; nec deciſiones allegatæ, in hoc quicquam dicunt, tanto magis, quia in tranſactione nihil de feudo tollitur, ſed fit accordium, & tranſactio ſuper pretenſionibus vtriuſque partis. Et licet † inſpecto 7 iure communi feudorum, difficultas ſit aliqua, vt ex ijs, quæ refert Capicius dict. deciſ. 156. & Frece. de ſubfeudis in 8. limitatione conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ habetur; in Regno tamen, vt dictum eſt, nullus aſſenſus requiritur in ijs ceſſionibus, & tranſactionibus, niſi quatenus feudum diſmembraretur, quod nos in propoſito negamus; nec eſſe tractandũ dicimus in hoc articulo, quæ ſi benè conſiderentur, ponunt gladium ad radicem præſentis difficultatis, & ſufficiant pro vera, & reali reſolutione multorum, & quæ, audio, ad pompam, & extra propoſitum fuerunt allegata pro parte Baronis.

8 Addo † etiam ad maiorem cauthelam, in propoſito, ex toto, tolli difficultatem, ſtante reſeruatione aſſenſus Principis, de qua in tranſactione; ſtante enim tali reſeruatione, maximè cum clauſula (& non aliter, nec alio modo tranſactio ipſa quantum vis eſſet ſuper feudalibus, & eſſemus id terminis conſtitutionis, Conſtitutionem diuæ memoriæ, non eſſet ipſo iure nulla, ſed ſtare in ſuſpenſo, donec eſſet ſpes aſſenſus Regis, & recognalescentiæ & licet in hoc puncto, non diſtinguendo terminos, aliqua poſſet prima fronte apparere difficultas, & in fortioribus terminis, etiam nulla facta reſeruatione, voluerint pleriq; contractum non eſſe ab initio nullum, vt refert Io. Vincent. de Anna in repetitione conſtitutionis, Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 135. nihilominus

nus quando eſt facta expreſſa reſeruatio, maximè cum clauſula, (& non aliter, nec alio modo) res eſt extra omnem difficultatem, & fuit originalis opinio Lucę de Penna in l. nulli, C. de fund. patrimonial. lib. 11. quem refert, & ſequitur Afflictus in propria materia in conſtitutione, conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 41. & 42. & licet Marinus Freccia in d. lib. 2. de ſubfeudis in limitationibus dictę Conſtitutionis fol. mihi 110. num 5. verſ. 4. poſſet addi, dicat in Regno, alio iure vti, tamen ſentit Lucam de Penna loqui indiſtinctè, in omnibus alienationibus, vt intelligatur conſenſus reſeruari, & quod alienantes conditionaliter alienent. Nos ergo loquimur preciſè in caſu, quo fit alienatio ſub conditione, & ſub clauſulis illis, de quibus per Afflictum loco prælegato, & ita quoque intelligēdus eſt idem Afflictus deciſ. 335. num. 11. dum dicit ſub eodem præſuppoſito, tacitæ conditionis, fuiſſe opinionem Lucæ damnatam, & ſaltem procedete poſſet deciſio Lucæ de Penna, vbi expeditum non eſt, alienationem, & tranſactionem non fieri in caſibus permiſſis, vt declarat Vrſillus ad Afflictum deciſ. 111. num. 8. & deciſ. 335. num. 7. & noniſſimè quod ſtante clauſula reſeruationis aſſenſus, quod contractus non ſit nullus, ſed ſtet in ſuſpenſo, poſt Curt. Inn. conſil. 77. Andream de Iſetn. Patid. de Puteo Alber. Brun. & Capic. ab eo allegatos, determinat D. de Anna vbi ſupra nu. 194. nec contrarium aſſeruit Burſattus conſ. 56. in primo vol. nam licèt quæſtio ſit quò ad hypotecam, & alios effectus, an aſſenſus retrotrahatur addiem contractus, vel operetur ex nunc, maximè in tertij præiuditium, tamen quò ad ipſum alienantem, & vt non valeat reuocatio, donec Rex interpelletur, nihil dicunt, immo cōtrarium ſentiunt, & iam dixímus in hoc eſſe formales, & veras deciſiones, quibus in ſpecie ego non vidi contradicentem in terminis, de quibus agimus. Et in ſimili in conceſſione, & alienatione rei eccleſiaſticæ, reſeruato conſenſu ſummi Pontificis, quod omnia pendeant ex futuro euētu in fortiori caſu, nemptè, quò ad ſucceſſorem alienantis, multa deducit, quæ ad rem cōferunt, Vincentius de Franchis deciſ. 163. cuius deciſio finalis ſaltem adaptatur ad deciſionem caſus noſtri, dum dicit fuiſſe deciſum concedendum eſſe remedium, de quo in cap. Regni Neapolis, ſuper poſſeſſione, non obſtāte quod allegaretur nullitas contractus rei eccleſiaſticæ, cum, vt ibi dicitur, iſthæc omnia in plenario iudicio
9 eſſent diſcutienda. † & ſuper nullitate requirebatur ſententia declaratoria, quātūcumque actus ipſo iure annullaretur, poſt Doc. in cap. cùm ſecundum, de hæret. laſ. in l. ſi quis maior, in 3. notab. C. de tranſactio: & Ruiſ. conſ. 50. in 4. col lib. 1. quod pluries in caſu noſtro diximus, & nunc licet repetere, cùm agamus ſolum de deciſione articuli peremptionis inſtantiæ, in quo, præmiſſa omnia, quæ deducuntur, nec poſſunt, nec debent aliter diſcuti, & ideo reſeruanda ſunt iuxta formam interloquutoriæ latæ primo loco per M. C. in
10 contrario imperio. † Nec quicquam facit Afflictus in d. Conſtitutione diuæ memoriæ, num. 77. & 77. quatenus vult poſt lſer. reuocationem fieri iure proprio, & non per ſententiam, pro vt quoque tradit Anna vbi ſupra num. 271. cum ſeq. nam quatenus ex hijs infertur, non requiri ſententiā declaratoriam, maximus eſt error in reſolutione terminorum; aliud enim eſt, aſſerere reuocationem non dependere à ſententia, ſed fieri ipſo iure; & aliud quod in reuocatione feudi, & poſſeſſionis, & ſuper declaratione non requiratur ſententia, nā iſtud vltimum, nec dicunt Afflictus, & alij, immo contrarium expreſſè decidunt, & talis aſſertio eſt contra omnes iuris concluſiones, quæ requirunt ſententiam declaratoriam, quantumcumq; nullitas actus ipſo iure fiat, & iſto iure vtimur paſſim in Regno, quia prætendentes Barones feudorū dismembrationem, agūt in iudicio, & cauſæ ſunt feudales, & ſollemniter quotidie terminantur. Poſſent quoque infinite allegari deciſiones ſuper alienatione rei emphiteoticæ, ſaluo conſenſu domini, tum vt contractus ſtent in pendenti, donec conſenſus requiratur, tum etiam vt requiratur ſententia. Sed ſatis arbitror præmiſſa ſufficere, maximè in re tam clara, & in deciſione preſentis articuli. Et maximè conſideranda eſt in propoſito quia non magis tenebatur requirere conſenſum vniuerſitas. quàm d. Baro. & cum ſimus in ſolitis concedi à Principe, maximè in tranſactionibus, ad lites finiendas, interim non poteſt Baro reuocare contractum tranſactionis, pro vt in ſimili pulchrè decidit Burſatus d. conſ. 58. col. pen. & finali, & tanto magis quia emanauit prouiſio Principis, quę voluit debere ſuperſederi in cōfirma-

tione contractus; quo fit, vt ſtantibus omnibus præmiſſis, ego non Poſſim videre, qua fronte, modo alleratur, & præſupponatur tranſactionem eſſe nullam, & taliter nulla, vt vniuerſitate non audita, nec datis terminis aduerſus ea, quæ infacto præſupponuntur tam ſuperpretenſa contrauentione, quam etiam ſuper nullitate ex capite diſmembrationis feudi & demum nulla prolata ſententia, pretendatur inſtantiam eſſe peremptam, quæ iam per prædictam tranſactionem erat extincta, & ſopita. Nec vis debet fieri in temporum calendatijs, vt in computatione quę ſit ad euadendam ſententiam, & interloquutoriam latam per M. C. in primo contrario imperio, quia, vt dictum eſt, tùm ex forma, & verbis expreſſis dictę interloquutorię, tum etiam ex hijs, quę in iure, & in facto deduximus, clariſſima reſultat concluſio, nô poſſe agi de inſtantię peremptione, niſi prius declarata nullitate tranſactionis. qua etiam declaratione facta, adhuc quęſtio erit, an inſtantia interim dormierit, & an vniuerſitati remedia alia competant preſertim reſtitutionis in integrum aduerſus pretenſum lapſum inſtantię. Hęc enim omnia in propoſito non ſunt diſcutienda tametſi ex parte Baronis ad confuſionem potius, quàm ad neceſſitatem ad multa fuerit, vt audio, ingreſſum, & ad nauſeam vſque.

11 Nec dubitandum † eſt aduerſus eas, hodie competere remedium contrarij imperij, quia ex hijs, quę poſt alios tradit Ripa in *l.* quod ſuffit num. 38. ff de. re ind. communis opinio eſt, quòd bis competat remedium reuocationis côtrario impetio, nam requiritur, quòd tres ſint conformes interloquutorię, vt denegetur tale remedium. Rip. vbi ſupra, & num. 25. quod etiam procedit quantumcumque abinterloquutoria ſit appellatum, idem Ripa vbi ſupra, col. 3. verſ. 6. amplia, & num. 18. 25. & 35. & ita alias in Magna Curia memini obtinuiſſe, & teneo eſſe expeditiſſimum, & ita in præmiſſis arbitror de iure concludendum eſſe, ſaluo ſemper, &c.

ANNOT. PETRI FILII.

ET SI ea, quæ habet Doctores de conſenſu à domino præſtando in feudorum alienatione, in Regno noſtro haud procedere videantur, num per cap. Volentes, feuda ſine domini aſſenſu alienari valeant: attamen præter notatum inſtitutum, minimè iudicamus, dum Dom. meus ſub nu 4 aliqua de hac materia tangit, & nos nonnulla alia annotare.

1 *Feuda itaque abſque domini † cõſenſu ad libitum primitus, in alium transferri poterant, poſt modum p conſt. Lotharius, pœna priuationis beneficij indicta, illorum alienationem, niſi dominus conſentiret, interdixerat: at quia præteritis non prouiderat, Imperatoris Federici lex Imperialem ſucceſſit, quæ etiam tranſactis alienationibus idem cautum eſſe voluit. Demum conſtitutione Regni, incipit, Conſtitutionem diuæ memoriæ, ſancitum fuit, alienationes omnes, ac quoſcumque contractus, ſuper feudis, aut ſuper rebus feudalibus diminuendis, aut commutandis, ſine domini conſenſu celebratis, irritos fore, ac inualidos, quam dominorum auctoritatem auxiſſe, beneficiariorum minuiſſe, dixit Ioann. Vinc. de Anna, in repet. d. Conſt. ſub nu. 41. tribuit tamen eisdem contrahentibus, alienationes huiuſmodi poteſtatem reuocandi. At retentis iiſdem terminis, dubitari contingit inter Doctores, num domini conſenſus, poſt factam reuocationem, adhibitus, † alienationẽ*

2 *roborare valeat, Afflict. deciſ. 335. n. 10. nullam huiuſmodi alienationem dicendam eſſe cenſuit, ea nimirum ratione, quia conſenſus tunc materiam non inueniret, ſuper qua ſonitis poſſit; ſed ipſe idem in deciſ. 111. n. 4. reuocationis præcedentes regium aſſenſum, apud antiquos practicos, nullius fuiſſe conſiderationis, quod aduertit Frane. de Ponte, de poteſt. Prorcg. tit. 6. §. 1. & Vrſil. ad Afflict. nu. 7. Fuſtq; opinio † Luea de*

3 *Penna, in l. nulli C. de fund. patrim. lib. 11. verſ. ſed pone vaſſallus, vbi quærit, quid de feudo fiet, donec dominus non conſentit, concludit ſtare in pendenti: penes namque emptorem eſſe non valet, quia domini conſenſus abeſt: nec penes emptorem, cum ei iuramenti vinculum obſtet: nec penes dominum donec illud reuocare non intendit. Hanc tamen opinionem non fuiſſe in Regno obſeruatam, teſtantur Afflict. d. deciſ. 335. Freec. de ſubfeud. lib. 2. Rub. Quis dicatur Princeps §. pluribus autem, ante nu. 6. Vrſillus tamen ad Afflict. dict. deciſ. 335. num. 7. & Capic. in l. Imperialem fol. 73. verſ quarto nota ſi vaſſallus, Luea de Penna opinionem admittunt, quando feudi alienatio, pro cauſis onus feudi reſpicientibus, celebrata inueniretur, ac ita obtinuiſſe in datione feudi*

fratri

fratri secundogenito pro vita, & militia testatur, ibiq; alium considerat casum, quã do scilicet interuenisset reuocatio reuocatio nis, postea sequeretur assensus, in quo valere alienationem tuetur, de quo disputat Fran. de Ponte decis. 6. per totam, vbi quod li cita non sit reuocatio, si à Rege circa assensus præstationẽ facta reperiretur commissio.

Sub num. 8. in dubium reuocari potest, an
4 *contractus super refeudali, † cum clausula (reseruato assensu domini) nullus dici valeat ab initio, vel potius in pẽdenti maneat, Doctores inter alias, priuationis feudi causas, illam profecto enumerant, quando, scilicet, illud in alium sine domini consensu transfertur, quod supra testigimus, & est text. in cap. 1. in fine, de feud. sine culp. non amitt. cap. 1. de vassall. qui contr. Conſtit. Lothar. cum concor. Curt. in tract. de feud. 4. par. nu. 81. Iacob. de Sanct. Georg. in verb. Dicliq; vassalli nu. 45. quam regulam procedere, etiam si vassallus protestationem emittat, alienare feudum saluo iure domini, affirmant Bald. in cap. 1. §. fin. nu. 5. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Aluarott. in cap. 1. nu. 15. & ibi Præpoſit. nu. 6. Afflict. nu. 54. de Probib. feud. alien. per Federic. Gramm. deciſ. 49. num. 3. Roland. Auol. conſ. 51. nu. 28. lib. 2. ſententiam hanc communiorem dicit, quidquid dixerit Bald. in §. donare, Qualis feud. alien. & in cap. 7. verb. libellarie, & Pac. Conſtant. Schrad. de feud par. 9. cap. 1. ante nu. 21. At hoc ipſum non procedere, ſi forte adderentur verſilla (nec aliter, nec alio modo) idem Schrader ſub. nu. 21. multorum auctoritate freti; aſſerit. ſequitur Roſental. de feud cap. 9. memb. 1. concluſ. 6. 1. quod Frecc. de ſubfeud. auth. 1. in prine. num. 22. & ſeq. domino nõ declarante, admittit, idem Thom. de Marin. tit. 2. par. 2. n. 22. Capicc. in l. Imperialem fol. 46. verſ. Quarta concluſio. Alienatio, ſanè, in pendenti manet, donec domini ſequatur aſſenſus, Camerar. in d. l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 27. lit. N. & ſeq.*

Aſt quia, vt ſupra prælibauimus, ſtante lege Regni Volentes, hæc haud in praxim deduci valent, vnum, tantum, adiicere poterimus, num ſcilicet conſuetudine introduci valeat, vt feuda abſque domini aſſenſu in alium transferri, vel oppignorari poſſint, diſputauit quæſtionem Roſental. de feudis cap. 9. memb. 1. concluſ. 8. vbi pro affirmatiua concludens, id tamen, in præiudicium agnatorum non procedere, docet, quod & noſtrates admiſere, cum ca. Volentes, forma non repugnante, tantum locum ſibi verſdicare tradiderint, quod idem eſt, quod dicere, in præiudicium agnatorum, quos forma vocarat, feudum non poſſe alienare.

5 *Alienatio tamẽ feudi catenus † fieri permittitur à cap. Volentes, quatenus eiuſdem diuiſio nõ ſequatur. Feudi diuiſionem, quã & nos diſmembrationem vocamus, iura feudorum communia conceſſerunt cap. 1. §. iterum ſi fuerint duo. Quib. mod. feud. ammitt. capit. 1. §. omnes filij. Si de feud. defunct. content. cap. 1. de nat. feud cap. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud alien. per Federic. & ibi Doct. & Noſtrates in cap. Volentes Feuda tamen dignitatis indiuidua dixere, caſi quidem ratione, quia dignitas, quid in diuiduum ſit, quodq; non niſi ad vnum primogenitũ peruenire valeat cap. 1. §. præterea ducatus vbi Affict. eaterique de prohibit. feud. alien. per Federic. Camer fol. 98. lit. N. & ſeq. Tiraq; de primogen. quæſt. 4. nu. 21. Andr. Gail pract. obſeruat. lib. 2. obſerv. 153. limitationes tamen ad hanc regulam habes à Schrad. de feud. par. 8. cap. 2. nu. 38. & ſeq.*

6 *In Regno tamen noſtro, nõ † ſolum feuda regalia, & dignitatem annexam habentia, verum etiam, & omnia alia feuda, quia in ijs iure francorum viuitur, atq; ad vnum ſemper, nimirum, ad primogenitum ſpectãt, indiuidua cenſentur, ideq; ſancitum etiam fuit, ne domini obſequium diminueretur, obq; alias rationes, de quibus per Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi par. 4. quæſt. 12. nu. 12. Cannes. in cap. Si aliquem §. ſed præſtat quærere nu. 6 Franc. de Ponte conſ. 3. nu. 48. nec cap. Volentes aſſenſum præſtat, vbi diuiſio ſequatur feudi, vt aduertit Dõ minus meus in ſeq. conſ. 15. nu. 19.*

EPITOME.

Feudum pro dote deparagio alienari poteſt, ac pro fructibus eiusdem dotis, Agnatus feudi alienationem non poteſt reuocare niſi poſt mortem Agnati. Feudiq; refutatio debet eſſe ſimplex, & nuda, illiuſq; diuiſio per Cap. Volentes prohibetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Forma ſtricta, & forma ex pacto, & prouidentia idem eſt in Regno Sicilia.*
2 *Feudum vendi, & alienari poteſt pro dote deparagio debita ſororj, quia onus preeipuum eſt feudi, & etiam pro fructibus paragij nu 6.*
3 *Dotis de paragio onus tranſit contra dominum, agnatum, & quemlibet tertium poſſeſſorem.*
4 *Pro dotibus de paragio aſſignandis deſcendentibus teſtatoris, poſſunt bona ſubiecta fidei commiſſo alienari.*
5 *Argumentum de feudo ad fideicommiſſum validum eſt.*
6 *Dotis de paragio, pro fructibus, poteſt feudum alienari ſicut etiam poſſet poſſet pro ipſa dote deparagio contra Can. n. 9. & 17.*
7 *Diſpoſitio in obligationibus quæ inducũtur à lege facta in principali, trahitur etiam ad vſuras, quod ſecus eſt in obligationibus hominis.*
8 *Aſſenſus preſtitus ſuper principali, non extenditur ad intereſſe.*
10 *Feudum poteſt capi in eauſam iudicati etiam ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, & in vita feudatarij per creditorem poſſideri, & maxime in Regno Sicilie in quo per cap. reg. Volentes int elligitur aſſenſus Regis interuenire.*
11 *Adiudicatio quæ fit per iudicem dicitur alienatio.*
12 *Agnatus etiam in feudo pacti, & prouidentia non poteſt impedire alienationem niſi poſt mortem alienantis, & num. 13. & 14.*
13 *Fidei commiſſarius non poteſt impedire alienationem factam per grauatum in vita ipſius grauati qui poteſt ad eius vitam imponere ſeruitutem, quam vult.*
14 *Feudum poteſt alienari per feudatarium licet ex pacto, & prouidentia, & durante eius vita per agnatum non poteſt impediri talis alienatio.*
15 *Feudi alienatio ex pacto, & prouidentia facta in vlteriorem agnatum per proximiorem, reuocari non poteſt, niſi infra annum, alias alienationem approbaſſe cenſetur.*
16 *Feudum ſub forma pro ſe, & hæredibus ex legitimo corpore, poteſt transferri in remotiorem, non obſtante proximiore agnato.*
17 *Dotis de paragio, & eius fructum onus ſequitur quemcumque tertium poſſeſſorem.*
18 *Refutatio feudi debet eſſe nuda, & pura, & ſi fiat reſeruato vſufructu per refutantem, tunc non tenet refutatio: idem debet fieri agnato proximiori. non inſpecto tempore refutationis, ſed mortis.*
19 *Feudi alienatio licet concedatur abſque aſſenſu Regio per cap Volentes, attamen non conceditur per illud cap feudi diuiſio, & pro inde non concedatur alienatio retento vſufructu.*
20 *Vſufructus eſt pars dominij.*
21 *Feudorum diuiſio ex reſeruatione vſufructus inducitur ſecundum communem in Regno.*
22 *Donatio inter eo niuncl as perſonas præſumitur facta in fraudem, cum donans, rerum ſit in poſſeſſione, maxime facta poſt litem motam.*
23 *Exequi poteſt ſententia contra tertium ſtante vitio litigioſi, etiam ſi ſit actum actione perſonali, ſine aliqua actioni reſciſſoria, ſi in fraudem executionis ſit facta alienatio, vt ſi ſciuit litem fuiſſe motam nu. 24.*
24 *Executionem non poteſt impedire tertius ſi non habet penes ſe poſſeſſionem rei.*
25 *Tertius ſi ab initio non comparet, & ſcit litem fuiſſe motam, non poteſt amplius ſe opponere.*
26 *Agnatus proxime ſucceſſurus in feudo ex pacto, & prouidentia ſi ſciuit litem fuiſſe motam non ſe defendit, ſententia lata in illo iuditio ſibi nocebit.*
27 *Sententia lata cum poſſeſſore rei & vſufructuario principale, intereſſe prætendente, maxime ſi ſe defendit, alijs nocet.*

CONSIL. XV.

NVLLO iure exequutio. ſententiæ latæ in fauorem D. Beatricis de Marinis ſuper ſtatu Marchioniſſæ Fabariæ, tam pro paragio, & fructibus, quam pro pretio granorum debitorum impediri poteſt ad inſtantiam Marchioniſſæ Auole, nouiter ſubintrantis: nã ſine agat ex natura, & lege feudi, non alienabilis, ſiue ex donatione ſibi per dictam Marchioniſſam Fabariæ facta, audiri non debet,

debet, dato enim quod ſtatos prædictus
1 poſſideatur † in forma ſtricta, ſiue ex pacto, & prouidentia, quod idem eſt in Regno Siciliæ, & vt per D. Gugliel. de Per. 10 conſil. 4. 6. 11. & 18. & per Bern. de Medico in cap. volentes, etiam quod Marchioniſſa Auolæ tamquam proxima ſuccedatrix aliquod ius prętendere poſſet, ne
2 ſtatus prædictus alienaretur † tamen clarum, eſt. quod pro ooere feudi vendi poſſet, & ſignanter pro paragio debito filiæ, velſotori, quod precipuum onus eſt feudi, vt per Andr. in conſt. in aliquibus, & In conſt. Si quis poſt litem, & in cap. 1. §. qoid ergo num. 6. de inueſti. de re alien. fact. & in cap. 1. an agnatus. Camerar. in l. imperialem fol. 13. Freccia in tract. de ſub feudis lib. 2. §. pluribus autem modis num. 75. & per Siculos Doctores Cumia in repetitione d. C. Si quis aliquem in verbo Onere num. 3. & in verbo Antiquis ou. 466. & Cannicium in d. cap. volentes §. & cum ſuperius num. 12. & 13. fol. 88. & in §. colligitur num. 13. & ſequentibus fol. 32. †
3 & quod tranſeat onus prædictum contra dominum, & agoatum, & quemlibet tertium poſſeſſorem, vt per Camer. d. l. imperialem fol. 12. litera V. & per Cumi. in d. verbo Ohere Verſ. ſed Camerarius, & in d. verbo Antiquis num. 467.

4 Et ſimile dicimus quod pro dotibus aſſignandis deſcendentibus teſtatoris, bona fideicommiſſo ſubiecta (quæ feudalibus
5 equiperaotur † cum validum ſit argumentum de feudo ad fideicommiſſum, vt per Andr. in cap. 1. §. hoc qoque de ſucceſſ. feud. & late per Decium conſ. 445. vendi poſſunt l. mulier §. cum proponeretur l. à filia ff. ad Trebell. & in auth. res, quæ C. com. de leg. & ibi cõmuniter per Scribentes, & late per Molinam in tractat. de primogen. hiſpanorum lib. 4. cap. 6. num. 2. & 16. nam cum paternum ſit officium dotare filias, & alias deſcendentes 10 ioninitũ vt conſiderat in terminis maioratus Molina: 10 d. tract. de primog. lib. 2. cap. 15. vtiq; pro earum dotibus, tamquam pro debito, bona ipſorum etiam fideicommiſſaria, vendi poſſunt l. 2. & ibi per gloſſ. & Doct. C. ad Trebell. §. ſed quia vbi Angel. & cæteri inſtit. de fidecomm. hæred. & in l. filius fam. §. diui il 2. & ibi Doct. deleg. 1t. per Ioannem Lupum in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 16. num. 14. & pro inde nullo iure, per Marchioniſſam Auolę exequutio pro dote paragio impediri poſſet.

6 Et licèt † hæc locũ habeant in paragio idem ſtatuendum eſt in fructibus ipſius, vt in ſpecie tenuit Blaſcus Lanza in repetitione d. cap. volentes 2. nott. limit. 2. fol. 8. & in conſ. pro Comite Goliſani contra Marchionem Hieraci, vbi dicit ita plures fuiſſe iudicatum in Regno Siciliæ, licet contrarium tenuerit Cannetius in d. cap.
7 volentes, & male, † cum in obligationibus, quæ fiunt, & inducuntur à l. diſpoſitum in principali trahatur etiam ad vſuras per tex. in l. Lucios C. qoi pono. in pign. habean. & per Bart. & Doct. in l. ſi cum dotem §. fin autem in ſeuiſſimo ff. ſo lut. matrim. & in hijs quicquid eſt acceſſorium tamquam eiuſdem naturæ veniat, etiam ſi non dicatur vt per Aret. in conſ. 83. col. 2. licet ſecus ſit in obligationibus, vel aſſenſu hominis, in quibus cum ſint ſtricti iuris, & de caſu ad caſum non extendantur, diſpoſitũ in vno non cenſetur diſpoſitum in alio, niſi ſit expreſſum, & pro inde non eſt mi-
8 rum † ſi aſſeoſus pręſtitus ſuper principali, oon extendatur ad intereſſe, vt per Aſflict. in l. imperialem in 12. notab. quæſt. 8. & Freccia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 10. qui in hijs terminis loquuntur, & non in terminis noſtris.

9 Et quod idem † ſit cenſendum in caſu noſtro de ioteresſe paragij, vt de ipſo paragio firmat Petrus de Gregorio in tract. conceſſioois feudi par. 2. quæſt. 10. nu. 13. & verſ. ſequenti quem refert, & ſequitur Cumia dict. verbo ooere num. 3. verſ. tertium eſt onus. & io ver. antiquis in 12. limitatione oum. 533. & maxime cum per hoc non totus ſtatus eſſet alieoaodus, & ipſa domina Beatrix omni vſa fuerit diligẽtia pro dote teeuperaoda, quo caſu hoc eſſet indubitabile, vt dicit idem Cumia in d. 12. limitatione num. 540.

Quo, vero ad pretium granorum, licet ſeudi onus oon ſit tamen pro eo exequutio prædicta impediri non poſſet, ſaltem durante vita ipſius Marchioniſſę Fabarię,
10 nam clarum eſt † quod feudum poteſt capi incauſam iudicati vt in conſtit. ſi quis poſt litem §. in feudalibus, etiam ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, vt ibi dicit Andr. in verb. feudalia verſ. miſſio, ergo, & in vita feudatarij per creditorem poſſideri; vt per Brun. conſ. 37. & per Freccium in tract de ſubfeud. lib. 2. in 5. limitatione ad conſtit. conſtitutionem fol. 155. io nouis, & maxime in Regno Siciliæ, in quo per capitulum Volentem, aſſenſus Regis intelligitur, interc-

teruenire, vt per Ioann. Aloyſ. in dicto capit. Volentes in tertio effectu, & per Cum. in dicto cap. Si aliquem in verbo antiquis num. 562.

31 Imò, cum † huiuſmodi executio, ſiue adiudicatio, quæ per Iudicem fit, dicatur alienatio argum. l. qui fundum C. de euictio, & habetur per Bald. in conſ. 306. volum. primo, & per Tiraquellum de re-
32 tractu ſanguinis §. 1. gloſ. 14. num. 14. † & clarum eſt, quod agnatus, etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, non poteſt impedire alienationem, niſi poſt mortem alienantis. In cap. Titius ſi de feud. defunct. fuer. controuer. habetur per Andream, & alios in cap. primo, de alienat. feud. pater. & in cap. primo, §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. dixit idem Andr. in cap. primo, §. ſed etiam res. ver. & hæc venditio, per quos fiat inueſtitura. Late Brunus in conſ 80. & ne Siculos omittamus, firmat hoc Gugliel. de Perno in conſ. 6. col. 3. ver. ad aliud. dubium, & in col. 5. ver. præſupponito. Cumia in dict. cap. Si aliquem in verb. antiquis num. 351. cum ſequentibus, & Cannetius in repetitione dicti capit. Volentes. §. procedit num. 16. fol. 77. & maximè in Regno Siciliæ, vt dixi, eum per diſpoſitionem dicti capituli Volentes, aſſenſus directi dominj ſemper dicatur interuenire, vt firmãt ibi com.
33 Scribentes, † & in fidei commiſſo probat hoc tex. in l. fin. §. ſed quia noſtra, & in §. ſin autem C. comm. de leg. & in l. ſeruo legato § primo, & in l. filius familias §. diui vbi gloſ. & Doct. ff. de leg. prim. cum alijs allegatis per Molinam in dict. tractat. primogen. lib. 1. cap. 16. nu. 33. nam in re fideicommiſſa emphitheotica, & feudali, quilibet ad eius vitam poteſt imponere ſeruitutem, quam vult, pro vt in emphitheota dicit gloſ. & Doct. & nouiſſimè Anton. Padill. num. 6. in l. 3. C. de ſeruit. & aqua, & latè per Arrium Pinellum in l. 1.
34 par. 3. num. 70. C. de bonis maternis, † et in feudo probat tex. in cap. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alien. facta dixit communem Alex. conſ. 18. vol. 5. num. 5. Pariſius conſ. 98. vol. 2. num. 4. Curt. in tract. feud. in 4. parte quæſt. 14. cum ſequentibus, et Iulius Clar. in 4. lib. ſententiarum §. feudum quæſt. 73. et propriè in feudo maioratus, quod idem eſt, cum feudo ex pacto, et prouidentia, ſiue in forma ſtricta, de iure francorum, dixit Arius Pinell. in d. l. 1. C. de bonis materni is in 3. parte num. 31. et Antonius Padill. in dict. l. 3. C. de ſeruitut. et aqua num. 13.

Vlterius dici poteſt Marchioniſſam Auolæ admicti non poſſe, aduerſus exequutionem prædictam, eum á die ſententiæ latæ ſuper ſtatu prædicto in fauorem ipſius D. Beatricis, pro granis prædictis, lapſi ſint plures anni, et ipſa D. Beatrix ſit ſoror conſanguinea Marchioniſſæ Fabariæ, pro
35 vt dicimus in alienatione † feudi ex pacto, et prouidentia facta in vlteriorem agnatum, quod per proximiorem reuocari non poteſt, niſi infra annum: alias alienationem approbaſſe cenſetur, vt in d. cap. Titius in fin. et ibi Andr. Bald. et Aluar. in cap. 1. §. donare ver. porro qualiter olim feud. alien. poter. arg. cap. 1. §. præterea, et ibi Andr. quib. modis feudum amittet. cap. 1. §. fin autem, et ibi Andr. ſi de inueſt. inter Dom. et Vaſſal. dixit Alex. in conſ. 15 num. 10. vol. 5. Gozad. conſ. 8. num. 33. et 35. Curtius ſenior conſ 82. Decius conſ. 395. num. 9. et conſ. 328. num. 2. Curt. in 4. parte tractat. feud. num. 53. et 146. Gramm. dec. 103. num. 18. latè per Tiraquell. de retract. ſanguinis gloſ. 10. §. 1. num. 8. et 9. et per Cumi. in d. cap. Si aliquem, in verbo antiquis num. 355. et ſequentibus.

36 Quod † ſi forte forma inueſtituræ huius ſtatus eſſet pro ſe, et hæredibus ex legitimo corpore, vtique expedita res eſſet in Regno Siciliæ, quod ſtatus prædictus quo cumque modo transferri poſſet in dominam Beatricem, non obſtantibus iuribus et proximiori agnatione Marchioniſſæ Auolæ, tamquam ex eodem ſtipite deſcendentem, vt firmat Gugliel. de Perno. in conſ. 40. col. 5. verſ. ſi vero. et in conſ. 6. col. 4. verſ. quinimo, et in d. cap. Volentes verſ. poſtremo, et per Cum. in d. cap. ſi aliquem in verbo antiquis num. 386. cum ſequentibus, et multo fortius ſi inueſtitura eſſet in forma larga, pro ſe, et hæredibus quibuſcumque; nam nullo pacto ius aliquod diſſentiendi competeret agnatis; vt firmant Blaſcus Cannet. Pernus Saccuraſa: Cumi. et alij Doct Siculi in d. cap volentes et cap. ſi aliquem, et communiter eſt receptum.

Aut intendit Prædictam adiudicationem impedire vigore donationis ſibi factæ per-
37 Marchioniſſam Fabariæ, † et non eſt dubium, quod pro paragio, et fructibus, cũ onera feudi ſint, nullo iure admitti debet, cum hęc quecumq; poſſeſſorem ſequan-

tur,

tur, vt ſupra diximus, & dicit Aodreas in cap. 1. an agnat, & ibi per Camerar. in 2. oppoſitione num. 3. & io 22. queſt. num. 154.

Quo vero ad quantitates debitas pro ptetio granorum, aut illa donatione vti in
18 tendit, tanquam reſtauratione, & certum † eſt, quod reſutatio nuda, & ſimplex eſſe debet, & cum traditione poſſeſſionis, vt pec Andr. in cap. 1. §. ſi liuellus col. 2. de alien. feud. patern. Sed illa donatio fuit facta reſeruato vſufructu, & ſic oec pura, nec ſimplex: & donans in poſſeſſione remanſit, vnde non tenet, vt in ſpecie dixit Loffred. in conſ. 3. & Camerar. in l. Imperialem fol. 242. in paruis, verſ. ex quibus. Item cequiritur, quod reſutetur agnato proximiori, ooo inſpecto tempore reſutationis, ſed tempore mortis, vt per Aodr. in cap. Imperialem §. præterea ducatus col. 7. & in cap. 1. In final. verbis de nat. ſucceſſ. feud. (vt Siculos noo omittamus) poſt Petrum de monte, tenet Petrus de Gregor. in tractat. conceſſ feud. in 4. parte quæſt. 10. verſ. 3. infero, & propterea cum Marchioniſſa Auolæ poſſet præmori reſutanti, & ſucceſſiuè reperiri proximior d. D. Beatrix tempore mortis, iſta reſutatio non eſt adhuc io conſideratione, vt io proprijs tec minis reſutationis factæ inter collaterales per primogenitum ſecondogenito, tenet Cumi. in d. cap. Si aliquem in verbo antiquis num. 376. & 381. cum ſeq.

Aut intēdit vti illa donatione in vim al-
19 terius cōtractus, ſiue donationis, † & tunc dico ptimo ſine expreſſo Regis aſſenſu non teneri, cum aſſenſus legis qui inducitur per capitulum volentes, aliquid oon opituletur, nam per capitulum illud licet concedatur alienatio, non tamen coocedi tur diuiſio, vt per Doct. in d. cap. volentes vbi latè Cannetius §. explicatis fol. 39. & pro inde nō conceditur alienatio reten-
20 to vſu fructu, eū † vſus fructus ſit pars Do-
21 minij l. 4. ff de vſu fructu † & per eius reſeruationem feuda diuidantur, vt poſt Loffred. in d. conſ. 3. dicit eſſe communem in Regno Sicilię, idem cannet. §. ſed quid premittit iſta lex. fol. 154. & in §. ſeq.

Vlterius, quod ex iſta ſiue donatione, ſiue reſutatione nullum ius oriri poſſit; cōſiderandum eſt, donationem prædictam vmbratilem, & inanem eſſe, cum nihil. ex ea acceperit Marchioniſſa Auolę, quę omnino poſt mortem donantis ſucceſſura erat in ſtatu donato, & nihil dederit donans, quę reſeruato vſufructu, vita durante, omnino poſt mortē caritura erat ſtatu predicto; vode donatio, ſiue reſutatio dici non poteſt arg. tex. in l. 1. ff. de donat.

22 Item dici poſſet † ſimulata, & in fraudem, tum quia inter coniuntas perſonas iuxta reg. tex. in l. data quidem C. de donatio; tum quia donās remāſit in poſſeſſione per. reg. tex. in l. ſicut, §. ſuperuacuum ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. maxime. cum grandis prætendi poſſit cauſa ſimulationis, ſcilicet, excludendi ſtatum, ab exequutione fienda, ad inſtātiam ipſius D. Beatricis, pro vt conſiderant Bart. & Alij in l. Poſt contractum, ff. de donat. nu. 2. & 3. cum ſequen. & per Io. Fab. in §. item ſi quis io fraudem, in inſt. de act & per Deciū, & alios in l. Imaginaria, ff. de reg. iur. & per Decium conſ. 225. num 2.

Secuodo de donatione prædicta nulla
23 poteſt † haberi ratio, cum fuerit facta poſt litem motam per ipſam D. Beatricem, pco conſequutiooe dictarum quantitatum, contra tex. in l. fin. ff. & C. de litig. ac Regni cooſtit. Eorum Fraudibus, ac quaſi in fraudem, paratæ exequutionis, vndè etiam quod pro dotis quaotitatibus eſſet actum actione perſonali, cooſiderato titulo lucratioo, ac ſcieotia Matchioniſſæ Auolę, quæ io facto negari non poteſt, & preſumi de iure debet, vt infra dicam, ſine aliqua actione reſciſſoria poſſet exequi contra ipſam donatariam l. chirographis §. fio. ff. de admin. tut. & per Bald. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. quem ſequuntur Paul. Hercul. & Iaſ. in l. à diuo pio §. ſi ſuper ceb. ff. de exequu. rei iudic. & latè proſequitur Didac. Couarr. lib. pract. quæſt. cap. 15. nu. 7.

Dato tamen quod dicta donatio de iure ſubſiſteret, non tamen donataria impedire poſſit hāc exequutionem ſuper ſtatu do
24 nato. Primo † quia donans retinuit pęoes ſe ſtatus poſſeſſionem, et fructus, et ipſa donataria in ſtatus poſſeſſione non reperi tur; vnde cootra exequutionem prędictam auditi oon poteſt, ita per Gloſ. in verbo fiat, et per Bart. num. 3 et aliōs communiter in dict. §. ſi ſuper rebus per Ioann. Fabrum in leg. 1. C. de priuileg. fiſc. & Rupellan. in lib. 1. forenſ. Inſtit cap. 55. cum 15. tantum qui poſſidet contra exequutionem ſe opponere poſſet.

Secundo, quia negari non poteſt, quod Marchioniſſa Auolę de lite contra Marchioniſſam Fabarię ſuper ſtatu per dominā

Beatricem Mota, notitiam non habuerit, pro vt habuisse de iure presumitur, cum fuerit agitata publice inciuitate Panormi vbi Donataria residebat, & inter duas germanas sorores, iuxta ea, quæ habentur per Bart. in l. si cui §. idem num. 3. ff. de accus. & not. in cap. quosdam, & in cap. quanto extra de præsupp. † Et proinde, cum ab initio, non comparuerit, frustra hodie se opponere posset, vt post Ant. & Abb. firmat Felynus in cap. veniens il. 2. extra de testib. & habetur per Boer. decis. 79. in 1. col. sicut dicimus †quod si agnatus proximè succedurus in feudo ex pacto, & prouidentia, sciuit litem motam contra possessorem, & non se defendit in iudicio, sentētia lata in illo iuditio sibi nocebit, vt per And. in cap. si vassallus il 2. si de feud. fuer. contro. Affitt. decis. 396. in primo dubio late per Tiraquell. in tractat. primogenitur. q. 35. & per Frecciam de subfeud. lib. 3. cap. 9. in fine differ. inter feud. ex pacto & prouidentia, & hæred. fol. 443.

Immo †si dicta sententia esset lata super statu, vtiq; noceret ipsi Marchionisse Auole, cum iuditium fuerit agitatum, cum Marchionissa Faberiæ quæ possidebat, & principale interesse habebat in causa, siue erat domina, siue vsufructuaria, cum vsufructuarius sit quasi dominus l. vsufructus ff. de aqu. plu. arcen. & in iudicio loco domini habetur l. in vendicatione, ff. de bon. aut. iud. possid & per Alexan. l. naturaliter, §. nihil communi col. 5. ver. Sic, & facit ad quæstionem & ibi recentiores, ff. de acqui. poss. Et propterea ipsi Marchionissæ Auolæ preiudicare, iuxta regulam tex. in l. si suspecta, & in l. papinianus §. fin. ff. de in officio. testam. cum simil, & habetur per glos. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. & per Doct. in l. si superatus, ff. de pignorib. & in l. sæpe, ff. de re iudicat. In alijs adductis per couar. in lib. pract. quæstionum cap. 13. vers. 2. prēn otandum erit. Maximè quando cōuentus se legitime defendit l. qui repudiantis §. vltimo, ff. de in offic. testam. cum simil. Bar. & Bal. inl. ingenuum, ff. de stat. hom. Bald. in l. 2. C. quibus res. iudi. non nocet.

Et hæc dixisse sufficiat in præsenti causa.

ANNOT. PETRI FILII.

DOtis debitum esse feudi onus supra dictum simus: Cæterum nos peculiares habemus in Regno constitutiones hoc ipsum clarissimè disponentes, & tradit Petr. † de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæst. 3.

1 *hoc sanè verissimum est, sed difficultate aliquando non caruit, num idem de fructibus*

2 *dotis asserendum sit. † Idem de Gregor. vbi supra quæst. 26. disputauit, an filiæ Baronis, dotis fructus percepti à fratre, à die mortis patris, vsque ad petitionem deberentur: prima fronte, negatiuam sententiā quinque argumentis tuetur, tandem pro affirmatiua concludit, tum maximè, quia dos, quid vniuersale, sicut hæreditas dicitur,*

3 *† in quā ventre fructus ex natura reipsa cōsuere rem ipsam augere. nemo est, qui ignoret l. item veniunt §. fructus, ff. de petit. hæredit. tam etiam quia in dote sit text. expressus in l. si maritus, ff. solut. matr. quæ eum inflar legitimæ succedat, vna cum fructibus debeatur. † l. Papinianus §. vnde si quis ff. de inoff. testam. At Cannet. in cap. Volentes. §. at non erit otiosa quæstio fol. 92.*

5 *† etsi fateatur datem de paragio esse onus feudi authoritate Andr. in cons. in aliquibus, & in cons. Si quis post. litem, & in cap. 1. §. quid ergo de inucit. de re alie. fact. nihilominus, cū de interesse doti nihil cautum inueniatur, non idem dicendum esse, sicut de dote, censuit, neutiquam opitulante tex. in l. Lutius ff. qui pot. in pig. hab.*

6 *cum ibi legatur, † initio contractus, pro forte, & vsuris hipotecam, & pignus super inductum, ideoque nil mirum si pro vtrisque detur bonorum obligatio, non tamen ita in casu nostro, cum dotis vsura nō ex primeua natura, sed ex mora non soluentis descendere videantur, proindeque, non sortiri dotis priuilegia censet. quibus annectit, durum esse, in arbitrio patris, vel fratris ponere, totum feudum in præiudicium agnatorum posse alienari: neque hic obstare Bart. doctrinam in l. si cum dotem §. sin autem in fœnissimo, ff. solut. mat. putat, cum contra stare veriorem opinionem*

7 *profiteatur. Atque ideo dum const. Regni In aliquibus, paragium † tantum fœmine, à feudo excluse tribuat, ad vsuras extendi non debere credit quippe quæ non ex primæ vsa obligatione, sed ex mora non soluentis prouenianr: opinionem Blasei Lanca in fructibus perceptis à fratre ante dotis constignationem, procedere arbitratur, sed si pro dote fiat reddituum constitutio, præstationes quæ inde sequuntur esse onus feudi prorsus negat; contra Cannet. † tamen in hoc*

8 *Milanes decis. 8. lib. 1. num. 360. tenet red-*

redditur pro dote impoſitos eſſe onus feudi, & ſucceſſores afficere, contrariſque argumentis facere ſatis conatur, quem allegat, & ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 43. num. 34.

In hac queſtione, & ſi recepta ſit opinio
9 † in Regno contra Cannet. attamen, vt clarius res eniteſcat, vnum erit conſiderandũ, nimirum illud, quod nõ appoſitè dixit Cannet fructus dotis à mora non ſoluentis cauſari, nam ſi hoc concederemus, vtique huiuſmodi acceſſiones non feudi, ſed feudatarij eſſent onus, atque propterea feudi ſucceſſores non afficerent: rurſus, ex nouo contractu originem traherent, qui vocatis ex prima inueſtitura præiudicium afferre, non
10 valerent, ſed falſum eſt hoc, non enim † ex mora, ſed ex natura ipſiuſmet rei, vſura prouenire dignoſcuntur, nec opus habere credimus, diſpoſitione tex. in l. Iulius, cui reſponderi poſſet, illam procedere, † in re omni caſu alienari permiſſa, quod in feudo, vel in fideicommiſſo contingere minime dicitur, cum illa tantum in cauſam dotis alienari conceſſum ſit, vt aduertit Franc. deciſ. 613. in fine, & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 43. num. 27. loquens in terminis Auth. Resquæ C. comm. de legat. hæc enim, & alia, in intereſſe dotis reſtituendæ, & in alimentis mu
12 lieri preſtandis, procederent, † de quibus Dec. in l. pecuniam in primo notab. ff. ſi cert. petat. Ripa in l. priuilegia in 8. ampliat. ff. de priuil. credit. Fau. de pignor. in 5. part. prin. membr. 2. in 13. ampl. Auton. Padill. in l. ſi quis à liberis §. parenſ. n. 12 ff. de lib. agnoſcend. Bart. in l. pignorum C. de vſur. Cæſar. Barzius deciſ. 108. nu. 1. Franc. de Ponte conſ. 76. nu. 12. Franc. deciſ. 613. qui videtur inclinare, quod intereſſe prouenions ex mora non ſoluentis dotem, fideicommiſſaria bona non afficiat, licet puntum non fuiſſe deciſum à ſacro conſilio teſtetur, infine tamen allegat Cumiam, ceteroſq; noſtrates, ex quorum allegationibus arguit Franc. de Ponte deciſ. 36. nu. 39. Francum ſentire contrarium, quod ſupra firmauerat. † Et quod non idem iudicium ſit de intereſſe, ac de ipſa dote, tuetur Barboſ. in l. 1. par. 3. nu. 28. ff. ſolut. mat. ſequens Bald. nouell. de dot. priuil. 7. part. 6. ad finem quidquid dixeris Fan. vbi ſupra: at quæ
13 ratio noſtra haud eſt de intereſſe dotis reſtituendæ, quod proprie ex mora non ſoluentis originem habet, ſed de fructibus dotis de paragio, ideo quid verius ſit, in illa diſputatione pro modo omittimus. Dos itaq;
14 de paragio † vt noſtrates oĩs fatentur inſtar legitimæ, & portionis feudi à qua fœmina excluditur, debetur, ideoque ſecundum naturam veniunt fructus, & acceſſiones, circumſcripta omni mora nõ ſoluentis; cũq; vnum quid vniuerſale ſit, fructus augent ipſam, eiuſdemq; naturæ fiunt. Iu legitima
15 † aiunt fructus venire, non data hæredis mora Cin. & Bal. in l. non eſt C. fam. erciſcund. & ſicut legitima portio hæreditatis dicitur, ita, & dos de paragio portio eſt feud. à quo fœmina arcetur: propterea quemadmodum in illa, ita in ipſa dãtur acceſſiones l. item veniunt §. fructus, ff. de pet. hæredit. & per alia de quibus per Petr. de Gregor. vbi ſupra, etiam ceſſante mora hæredis Bald. conſ. 227. lib. 4. iure etenim dominij
16 debentur † Alex. conſ. 69. in princ. Ruyn. conſ. 56. nu. 4. in 2. Fabian. in Aut. Nouiſſima, C. de inoff. teſt. num. 58. Franc. deciſ. 16. & alij quos allegat, & ſequitur Peregriu. de fideicom. art. 36. num. 69.

Ex iſto fundamento oriri poteſt reſponſum ad id, quod aſſerit Cannet in Conſtitutionibus, nimirum, cautum non eſſe de fructibus, ſed tantum de dote, quam appoſitè replicare poterimus fructus augere dotem, ac
17 eiuſdem naturæ eſſe, cuius eſt ipſa dos † eum de acceſſionibus, & appendinis dotis idem ſit iudicium, ac de dote Alex. conſ. 27 n. 7. vol. 5. Cæſar. Barzius dicta deciſ. 108. nu. 13. & ſeq. & in ſpecie dixit Viuc. de Anua alleg. 70. nu. 9. & ſeq. qui ſub nu. 94. expendit vnum notatu dignum, ex Neapod. in cõſuet. Neapol. nempe dotis eſſe intrinſecum & in bonis eius cui debetur, vnde ſequi, fructus, & acceſſiones perceptas tanquam ex re ipſius ſibi deberi. Dum itaque Conſtitutiones dari dotem de paragio iubent, dari etiam omne id, quod ex natura ipſiuſmet dotis venit, ſancire videntur, ideoq; & dos, & illius fructus onus eſſe feudi, affirmandum erit.

EPITOME.

Dos de paragio non debetur ſuper feudo, vbi ceſſat ratio excluſionis fœminæ: cum ea non debeatur ratione legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio debetur ratione exclusionis in feudo tantum, & vbi cessat ista ratio, cessat dos de paragio, & quod non debeatur ratione legitimæ, contra Cann. cum Petr. de Greg. tenet D. auctor. & maxime in feudo nouo, quod potuerat per primum acquisitorem extraneo relinqui, licet tunc esset quæstio, an debeatur legitima ratione pecuniæ.*

2 *Feudum ab inferiore à Rege, an possit dari vt in eo succedatur aliter, quam sit dispositum, & quod in hac quæstione Andr. in cap. 1. de eo qui fib. & hæred. loquitur in feudo pacti, secus autem erit in feudo nouo, & hæreditario.*

3 *Dos si fuit data, antequam feudum emere tur, non debet dari postea supplementũ empto feudo, super eo, contra Petro de Greg. & Cann. tenet hic auctor, vbi quod debeat attendi tempus date dotis, licet secus esset in legitima, quæ opinio pluribus authoritatibus comprobatur.*

4 *Dos de paragio nõ debetur super feudo, quod non fuit patris, quia in feudo transiuer sali non debetur dos de paragio.*

5 *Pro feudi recuperatione, pretium solutum a fratre, vel alio succedente debet restitui.*

CONSIL. XVI.

SENTENTIA lata per M. C. in fauorem Baronis Castaniæ, debet omnino confirmari, si quidem apparet exequutionẽ causatam pro assertis dotibus de paragio, esse retractandam. Et perstringendo difficultatem, omissis multis, dicimus dictas dotes nullatenus deberi, nec re & e fuisse actum ista via.

1 Primo non debetur talis dos, quia Dos debetur ratione exclusionis ex forma constitutionis, Vt de successoribus, & Const. In aliquibus, quæ licet loquantur etiam in burgensaticis, tamen in Regno, receptæ sunt tantum in feudalibus D. de Gregorio, quæst. 19. vbi ex hoc infert, idem esse ab intestato, quia in tali casu habet locum ius francorum, & passim dicunt Doct. Regni in cap. Volentes, & in cap. Si aliquem.

Sic ergo, vbi non procedit ratio exclusionis, cessat dos de paragio; & licet d. de Cannizo in cap. Si aliquem vers. At pulchra, & nodosa quæstio nu. 34. & num. 56. & 59. velit, hanc non esse rationem, in ea quæst. an debeatur in feudo transuersali, & velit rationem esse legitimæ, sequendo Blasium in quæst. 21. tamen quicquid sit de dicta contraria opinione, illa Gregorij quæst. 23. quæ fuit aprobata à sacr. consil. Neapoli. testę Capic. decis. vltima, ratio scilicet exclusionis, est communior, & eam etiam approbat Capic. dict. decis. vltima si ratio legitimè esset in causa, sequeretur non deberi dotem, nisi in filijs primi gradus primi acquisitoris, nam filijs viterioris gradus non debetur, Doct. in l. In quartã: etsi attendimus vltimum morientem, non debetur super Bonis restitutioni subiectis, quale esset feudum ex pacto, & prouidentia.

Si ergo ratio exclusionis est, ergo in hijs feudis debetur dos, in quibus viget ratio, cum ergo in casu nostro; tum quia fumus in primo acquisitore; tum etiam quia de Baronia fuit dispositum, & Mulieri vltra dotes, fuit factum certum legatum, non debetur alia dos.

Et ita in indiuiduo, determinat D. de Gregorio de dot. de paragio quæst. 21. distinguens in successione ex testamento, & ab intestato in feudo nouo. Et facit ratio viua, quia de tali feudo potuit disponi in extraneos, ergo si in filium, non debet esse deterius conditionis.

Est bene verum, quod quæstio esset, an debeatur legitima, ratione saltem pecuniæ & restitutionis, de quo Andr. & alij in cap. Imperialem, §. præterea ducatus num. 39. Capic. decis. 2. Freccia de subfeudis lib. 3. quæst. vltima cum alijs. Sed tunc aliavia procedendum esset, quia causa vel ordinaria, vel sumaria esset, licet alias longa fuerit, quæstio inter D. Ioannem Alliata, & Antoninum Lumbardo.

Et quicquid sit, in modo procedendi, & in modo taxandi, est differentia, quia in casu nostro est facta taxatio secundum introitus Baroniæ, & secundum onera; in legitima non sic, sed debet haberi consideratio ad omnia bona tempore mortis, & ad pretium, seu extimationem Baroniæ, & ad omnia onera hæreditaria.

Et ideo pro modo, debet retractari exequutio, cum actum fuerit pro dote de paragio, tametsi, competat sibi actio pro legitima.

gitima. Ita in simili in causa, qua actum sit contra tertium possessorem, tradit Afflict. decis. 162. Et quod magnum sit es alienum, constat in processu, etiam respectu Baronis conuenti, ex administratione tutelæ, & alijs causis.

2 Non obstat † regula l. nemo potest, ff. de leg. 1. & dictum Andreæ in cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis; nam lex contraria non est, & dispositio constitutionis In aliquibus, & Vt de successionibus procedit in feudis antiquis, vel ab intestato, & Andr. loco prealligato disputat, an inferior à Rege possit dare feudum, & in eo succedatur aliter, quam sit dispositum per constitutionem, Vt de successionibus; & loquitur secundum iuris communis dispositionem, secundum quam nulla dispositio feudatarij attenditur cap. 1. an aguatus; & loquitur etiam in materia infeudationis, in qua nullus nisi rex pōt facere; idē Andr. in cap. si vero contingerit de pac. iuram. fitm. & habuimus in causa feudorum S. Philippi

Et ob id, inquit, Audeas, dato quod possit, concessa tamen erit potestas, secundū formam constitutionum Regni.

Præterea Andr. loquitur in feudis pacti, secus in feudo dono, & hæreditario Afflictus in tit. de filijs natis ex matri. ad morg. num. 8, Aret. cons. 162. Loffredus cons. 14. nu. 26. Liparulus ad Andr. vbi supra; & seimus in plerisque Baronijs, esse exclusas fœminas, & in Baronia Cæsale, & alijs. Si ergo fœminæ possunt in totū excludi, multo magis possunt excludi à dotibus de paragio licet, eis competat legitima super bonis omnibus, vt dictum est supra.

Secundo† principaliter, nō debetur alia doti quia fuit dotata à patre, ante quam Baronia esset empta, & ideo auctis facultatibus patris non debetur, quia attenden dum est tempus dotis. Et licet Petr. de Gregor. quæst. 12. & 31. videatur sentire contrarium, & Cannicius in d. cap. Si aliquem ver. sed quantum fol. 314. nu. 7. dicens hanc veriorem, & magis communem, tamen mouetur auctoritate Neapod. Bald. nouelli Luex de Penna, & Dec. cons. 276. & Gramm. decis. 57. nu. 29. qui tamen tener contrarium, vt infra dicetur.

Ista tamen opinio est falsa, quia quicquid sit in legitima, in dote, est magis cōmunis opinio, quod attendatur tempus dotis, Gram. dicta decis. 59. etiam siue renuntiatione, vt in fine: & secundum hanc pluries fuisse decisum Neapoli, testatur Camillus Salom. in consuet. Neap. rub. de succes. ab intestato fol. 96. & Vrsill. ad Afflict. decis. 160. Boer. decis. 62. Rnyn. cons. 56. lib. 3. Anch. Iun. quæst. 51. Menoch. lib. 2. de Arb. Iud. casu 149. num. 16. & cons. 6. num. 22. & cons. 71. latissimè Riminald. Iun. cons. 97.

Et quicquid sit, respectu nimij excessus omnia essent computanda tēpore mortis, & habito respectu ad omnia tēpore mortis

Alioquin non posset considerati, si fuerit congruenter dotata, quodcumque tempus consideremus.

Tertio, hæc Mulier fuit dotata ante emptionem, in excambium bonorum donatorum, & fuit empta baronia ex pretio granorum, & videatur contractus sponsalium, & contractus emptionis Baronix, cum nota in pede.

4 Et sic † non debetur dos super feudo, quod non fuit patris. Et sic tamquam de feudo transuersali non debetur dos, secundum opinionem Blasci quæst. 21. & Cannicij vbi supra, & Petrus de Gregorio loquitur ab intestato, in feudo nouo, in quo etiam succeditur per ius scancorum, per cap. Si aliquam ratione prædictæ exclusionis.

Et in feudo antiquo considerat ratione, ex eo, quia feudum prouenit à communi parente, licet progressum fecerit respectu vltimi morientis in transuersales.

In casu ergo nostro, secundum quamcumq; opinionē, quia agimus de successione ex testamento non debetur dos. Et saltem, cum Baronia fuerit empta de bonis donatis, & pretio eorum, in taxatione debet deduci, sicuti † in pretio soluto pro re-
5 cuperatione feudi à fratre, vel alio successore, determinat Gregorius quæst. 24. de dote de paragio, & est opinio veriſſima.

Ex quibus omnibus ita succinctè, & breuitet deductis, ob temporis breuitatem, arbitror indubitanter sententiam M.C. esse confirmandam, & exequutionem retractandam.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *PEtr. de Greg. † de dot. de parag. quæst. 1. propter quid fuerit ea inducta in Regno, quærens, ait, olim de iure communi feudorum, fœminas fuisse, feudi successionis incapaces per cap. 1. §. filia vero. De succes. feud. rationibus de quibus Bald. in l. quotiens*

in

in 3. col. verſ. & die quod mulier. C. de ſuis & legit. & noſ. ſupra aliqua diximus. Superueniſſe poſtmodum ius conſtitutionum Regni, quod fœminas ad feudorum ſucceſſionem habiles fecit. At quia ſatis durum videbatur exiſtente maſculo, illas mutari induxiſſe, vt à maſculo marſtarentur ſecundū paragium, & à feudo excluderentur, quod ex mēte Andr. colligi arbitratur. Hinc habemus dotem de paragio, ratione excluſionis, à ſucceſſione feudi fœminis deberi, addit tamen Gregor. in finalibus verbis, hæc verba. Quia intentio ſtatuti fuit vt haberēt dotem loco legitimæ. Idem Gregor. queſt. 21. nu. 23. quærens an dos de paragio ſuccedat loco legitimæ, in eiuſdem loco ſubrogari ex ex Andrea firmat, ibidemque ait, ſuccedere loco portionis feudi à quo fœmina repellitur. Et queſt. 4. verſ. ſecundo infero dotem de paragio ſororis excluſæ per fratrem debitam cenſet, quia in ea, eadem rationem militari, excluſionis ſcilicet ab eadem ſucceſſione credit, & in verſ. Tertio infero arguendo à ſorore ad amitam, eidem dotem deberi arbitratur, ratione excluſionis, à feudo. Et in q. 5. an primogenitæ debeatur dos de paragio, in motiuis pro negatiua expreſſe dixit, maximè quia in perſonis primogenitarum ſuccedentium in feudo, ceſſat ratio, excluſionis à ſucceſſione feudi. Et queſt. 6. pro regula tradit, dotem ratione excluſionis eſſe deberi. Queſt. 20. nu. 2. ait vbicumq; mulier, à ſucceſſione feudi per maſculum arcetur, eidem ſemper dos de paragio debetur ſuper eo feudo, à cuius ſucceſſione reperitur excluſa. Queſt. 23. dum queſtionem illam diſputat, an debeatur ſuper feudo nouo, aſſerit quandocumque ab eo excludi fœminam, rationeq. huiuſmodi excluſionis deberi dotem, vt puta ſi in eo ab inteſtato vocetur maſculus, per ius francorum, quoloci D. Garſias Maſtrillus in add. lit. A. d. authorem allegat lib. 1. queſt. forenſ. prim. Queſt. 23. nu. 2. docet rationem generalem introductiuam dotis de paragio, excluſionem ſucceſſionis feudi propter ius francorum eſſe, ac ſexcētis inlocis hoc ipſum affirmaſſe ob ſeruari poterit. Canet. † tamen in repet. cap. Si aliquem, in 3ª queſtione, quam ibi propoſuit, nimirum, an in ſucceſſione tranſuerſalium debeatur dos de paragio in S. Apulebra, & modeſta queſtio nu. 16. refert Petrum de Gregorio in queſt. 23. dicentem dotem de paragio introduxiſſe rationem, excluſioni à feudo, & ſub nu. 34. prorſus negat hanc rationem, cum in conſtitutionibus nullibi legatur aliquid, quod adſenſum Petri Gregorij applicari valeat, neque ea in uenia tur ſcripta, & propterea ſub nu. 57. rationem introductiuam dotis de paragio eſſe ne filiæ præuarentur legitima arbitratur

3 *cuius opinionem D. meus refellit. † At notatu dignum videtur, rationem excluſionis à feudo expreſſit verbis legi in conſt. In aliquibus, promdeq; mirandum eſſe, quod contrarium dixerit Cannet. ac primum aduertendum erit conſtit. Regni In aliquibus capaces reddidiſſe fœminas ad feudum, quod tradidit Gregor. in queſt. 2. de dot. de parag. quod etiam ex contextu conſt. elicitur, vbi Patre mortuo tam filios, quam filias pu beres, aut maiores, minoreſque ad parentum ſucceſſionem vocari. Idemque cauetur conſtit. Vt de ſucceſſionibus ibi. Feuda teneātis filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & vſque ad infinitum ex deſcendēti limea deſcendentes cuiuſcunq; ſexus ſint, libere, & abſolutè poſſe ſuccedere. Verum in vtraque diſpoſitum extat cæteris paribus ſeruari ſexus prerogatiuam, & maſculum fœmine præferri, ſed in conſt. In aliquibus maſculi fœminis præferuntur, dum tamen ſorores, aut amitas fratres, aut nepotes pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero ſecundum paragium debeant maritare. Et in conſt. vt de ſucceſſionibus, filias exiſtentes in capillo excludere maiores coniugatas, & dotatas diſponitur, ex quibus eluitur in conſt. expreſſum eſſe, dotem cauſari ab excluſiuæ; ponderando maximè dictionem illam, dum tamen in conſtitut. In aliquibus cuius natura facit modum, quo non adimpleto deficere dicitur diſpoſitio Soccin. conſ. 137. lib. 1. &*

4 *conſ. 43. nu. 3. lib 2. excluduntur † itaque fœminæ, exiſtente maſculo, dum tamen dotentur, alias enim non excluderentur, ergo excluſio eſt ratio, qua dotes fuerunt introductæ. Legitur propterea huiuſmodi ratio in ipſis Conſtitutionibus. Ex interpretatione Andreæ, in conſt. in aliquibus Clarius hoc ipſum deducitur. Ait, enim ipſe paria eſſe, ſiue modum, ſiue conditionem importet dictio illa dum tamen, ac nouum dicit legem aliquid præripere adijciens modum, vt certum quid fiat; etſi non fiat, non habeat locum quod precipit, exponetur ait ipſe, dum, pro donec ideſt in tantum, hoc eſt, volumus præferri, tamen in tantum, quod debeat maritare: ſunt verba Andreæ, & paulo infra verſ. totum hoc eſt diſputare, Voluntas legis eſt, vt dos peræquim dotis*

pro

pro maritagio, in quo ſi deficit frater noluit priuare fœminam hac conſtitutio in ſucceſſione. Sed quia lex fauorem maſculorum conſideranit, ideo ſi maſculus nollet dotare, ſed admittere ſororem ad ſucceſſionem
5 non compelletur dotem tradere.† Clariſſimè itaq; ideo datur dos, quia fœmina à maſculo excluditur, & propterea optimè Gregor. & Dom. meus dixerunt, rationem introductiuam dotis fuiſſe excluſionem à feudo; prout ideq; vbi ceſſare illa videtur, non eſſe tractandum de dote de paragio, aſſeruerunt. His concinit Afflict. in dicta conſt in ali-
6 quibus nu. 25. ait, † enim ipſe, filiam fœminam propter maſculi filij exiſtentiam totaliter, à ſucceſſione paterna non eſſe excluſam, ſed conditionaliter ſi dotetur à fratre pro modo facultatum, & ſecundum paragiũ at ſi frater nolit dotare ſororem poſſet illa ſucceſſionem petere, nec fœmina dicetur excluſa, ſed ſuſpenſa à ſucceſſione, non tamen propter exiſtentiam maſculi: ſed propter id, quia frater effectualiter dedit dotẽ de paragio: vnde ſi non dat dotem de paragio ſuccedit cum fratre in hæreditate paterna,
7 ſunt verba Afflict. vbi ergo fœmina † ad feudi ſucceſſionem admiſſa non valet, ad dotem actionem aliquam habere non dicitur, cum propter excluſionem quam maſculus prætenderet, dos ſit aſſignanda, quodq; dos de paragio debeatur ratione excluſionis, & ideo in feudo nouo non competat dixit Vinc. de Franc. deciſ 74. nu 23. & Io. Thom Minad. in conſt. In aliquibus in 7. notab. n. 3. ait fratrem non teneri dotare ſororem, niſi eauſatiue, vt excludat à feudo, & licet aliquando Gregor. & noſtrates dixerint, dotẽ ſuccedere loco legitimæ, vt Gregor. in queſt. 1. & queſt. 33. ſentire videtur attamen nõ ideo aduerſari eorum dicta videntur ſupra firmatis, dotem ſcilicet deberi ratione excluſionis: contraria etenim quis nõ affirmaret, ſi dixerit, rationem introductiuam dotis de paragio fuiſſe excluſionem, & eamdem loco legitimæ ſuccedere, primum namque dictum de ratione propter quid intelligeret eauſſam denotant. Alterum verò ſolum ſub rogationem ſaperet vt ſcilicet in caſibus in quibus militaret excluſionis ratio, & deberetur dos, tunc ea ſuccedat loco legitimæ, quod ſecundum quid diffiteri nõ poteſt, mul-
8 ta† etenim ad inſtar legitimæ obſeruantur in dote de paragio, ſed in omnibus legitimæ comparari non poteſt, propterea Io. Thom.
9 † Minad. in conſt. Iu aliquibus in 7. notab. nu. 9. dotem de paragio non ſuccedere loco legitimæ arbitratur, quia legitima debetur ſine onere etiam reſpectu temporis l. quoniã in prioribus C. de inoff. teſtam. ſed dos poſt nobilem etatem competit, idem dicit in conſ. 2. nu. 5. Fuit tamen quæſtio inter Doctores,
10 † an dos data per ſtatutum fœminæ excluſæ à ſucceſſione patris, dicatur ſuccedere loco legitimæ de qua Bart. in l. Titio centum §. Titio genero ff. cond. & demonſtr. Ceſal. conſ. 145. nu. 18. Menoch. conſ. 238. n. 54. Decian. conſ 54. num. 11. lib. 1. & conſ. 46 nu. 20. lib. 3. & alij quos recenſet Fab. Tur. rett. conſ 30. nu 9. lib. 1. late poſuit Pereg. de fideicomm. art. 38. nu. 20. & ſeq. quæ quidem
11 † diſputatio aliam implicat diſputationem, num ſcilicet excluſa à ſucceſſione dicatur excluſa à legitima, quæ primo diſcutienda eſſet, de qua Bald. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib & poſthum. ſentit, quòd excluſus à ſucceſſione, dicatur etiã à legitima excluſus, cum legitima ſit quota ſucceſſionis l Papinianus §. quarta autem, ff. de inoff teſtam. & fuit de mente Bart. in l. 1. §. ſi pater ff. de contung cum emanc. lib. & iul. l. 1. §. ſciendum ff de ſuis, & legit. Roll. à Vall. conſ 25. nu. 7. lib 1. de commun. Hiſtron. Gabriel. conſ. 11. Ceſal conſ 95. n. 1. & conſ. 145. nu. 5. quæ opinio rationibus fulcitur de quibus Soccin. Sen. conſ. 150. nu. 4. & ſeq lib. 1. qui nu. 6. verſ. in contrarium: tamen: rationes aduerſus primam opinionẽ recenſet, & licet Salicet. in Auth. nouiſſima C. de in ff. teſtam diſtinctionis fœdere contrarias ſententias nixus fuerit conciliare, vt prima ſcilicet procedat quando ſtatutum ob delictum priuaret legitima, ſecunda vero quando hoc idem diſponeret ad fauorem agnatorum, attamen, nec tuta videtur hæc diſtinctio, & conciliatio per argumenta de quibus per Soccin. in d. conſ. 150. verſ. vnde Bart de Saliceto, & propterea ſub num. 12.
12 verſ. Illud tamen dicimus, ait, quod dos † data per patrem in vita, aut danda poſt mortem filiæ per agnatum ab inteſtato voeatum filia excluſa, vt dixerunt aliqui non capitur iure inteſtati: non iure legitimæ, ſed vt proprium quoddam extrinſecus patrimonium, quia non defertur, vt quota hæreditatis, quod proprium eſt ſucceſſionis inteſtati, & legitimæ: tum quia dos poteſt eſſe legitimum patrimonium: tandem Soccin. arbitratur dotem poſſe peti condictione ex ſtatuto. Decian d cto reſp. 46. referens. Soccin. d. conſ. 150. in caſu ſuo, aſſerit dotem partem ſapere legitimæ partis iuſt ſucceſſionis. Sed Honded. conſ. 33. n. 10.

13 lib. 2.

13 lib. 2, id † procedere arbitratur, si statutum de legitima mentionem faceret, vt puta si diceretur, dotem non debere esse minorem legitima, vel commensurandam esse cum legitima, vel quid simile, licet in hoc, etiam statuto commensurante dotem cum legitima, eam non succedere loco legitimæ dixerint Ruyn. conſ. 52. num. 5. in 5. Berthazol. conſ. 118. nu. 3. Corn. conſ. 303. lib. 1. Boſſ de pub. bon. num. 2 At vt ad rem noſtram reuertamur, dicimus, quicquid ſit de veritate ſupradictorum, conſtitutiones noſtras de legitima nullum verbum facere, immò, exinterpretatione communi nonnulla concurrere, quæ nos perſuadent, dotem de paragio non ſucceſſiſſe in locum legitimæ nam primo, vt aduertit D. Auctor, illa debetur filiabus vlteris gradus, quibus non debetur legitima Bart. cæterique in l. Gallus §. & quidſi tantum, ff de lib. & poſth. iterum non eſt commenſuranda cum legitima, nam paragium vt fatentur omnes noſtrates, poteſt aſcendere ad tantam portionem quam habitura foret filia, ſi ab inteſtato in feudo ſuccederet, & ſic tranſcenderet legitimam, vt virum parem inueniri poſſit.

Sed quia ſupra cenſuimus, dotem, in om-
14 nibus † non æquiparandam eſſe legitimæ ideo non ab re erit diſquirere, in quibus conueniant, & in quibus differant dos, & legitima, ex Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 149. num. 28. habemus ſex differentias, alias ex Flam. Rub. conſ. 5. nu. 69. & ſeq. Prima differentia eſt quod excluſa a legitima, non cenſetur excluſa à dote. Secunda legitima bonorabili inſtitutionis titulo eſt relinquenda, in dote vero hoc fieri non oportet. Tertia à legitima repellitur quodcunque onus, & grauamen, non item in dote. Quarta, legitima eſt certa, & limitata fine perſonarum diſcretione, dos vero, ex perſonarum qualitate congrua, vel incongrua dicitur, & mos regionis conſiderandus venit, Petr. de Greg. quæſt. 27. in fine, & quæſt. 31. Quinta legitima non debetur viuo patre, dos verò deberi poteſt aliquando in vita patris. Sexta, legitima non debetur niſi deſcendentibus, qui primum locum tenent, cum non debeatur niſi iis, quib' querela inofficioſi teſtamenti competit §. 1. in Auth. de trient. & ſemiſſ. quæ non datur niſi primum locum ſucceſſionis tenentibus. l. ſi is qui l. pater filium, ff. de inoff. teſtam. ideog. tranſuerſalibus haud debetur: in dote dicendum eſt ſecus & de noſtra dote de paragio loquentes nullã poſſumus dubitationem habere, cum illa debeatur omnibus fœminis quantumcũq; vlterioris gradus, reſpectu acquirentis feudiẽ, ſi amaſculo excludantur à feudi ſucceſſione. Septima, legitimæ detractio ſemel tantum fit 1. §. Inde Neratius, ff. ad Trebell. dos vero ſæpe, quia ſi mulier illam amiſerit, tenebitur pater filiam ex integro dotare, & licet Bald. in l. fin. verſ. ſed numquid C. de dot. promiſ. teneat contrarium, attamen Bart. in l. ſi cum dotem §. ſi poſt ſolutum. ff ſolut. matr. tenuit iterum dotandam eſſe filiam, & in terminis loquendo de dote de paragio dixit Pet. de Gregor. in eodẽ tract. quæſt. 10. & eſſe opinionem cõmunem dixit D. Garſias Maſtrillus in addit. B. Octaua differentia ex diuerſitate nominum colligi poteſt, quæ rei diuerſitatem arguit l. bene à Zenone ff. de quad præſcrip. Nona, legitima debetur incorporibus hereditarijs, & nequaquam in pecunia, Port. conſ. 82 nu. 5. dos verò in pecunia debetur, Gregor. de dot. de parag. quæſt. 31. nu. 5. & quæſt. 12. nu. 2. Hæ differẽtiæ omnes reperiuntur inter legitimam, & dotem noſtram de paragio: in aliquibus tamen conueniunt, vt puta, vt quemadmodum legitima pure debetur, ita, & dos de paragio, Gregor. quæſt. 2. nu. 9, licet tantũ regulariter debeatur ſi nuptiæ ſequantur l. 3. ff. de iuridot. dos tamen de paragio debetur volenti ſtare in celibatu. Greg. q. 14. & Andr. in conſt. in aliquibus Cum. in cap. ſi aliquem, verbo maritata nu. 107. Iterum legitima etiam non agnita tranſmittitur, vt per Alex. conſ. 150. lib. 3. etiam ad extraneos hæredes, Cranet. conſ. 312. n. 5. Cæphal. conſ. 56. nu. 21. lic, & dos noſtra de paragio, vt ait Petr. de Gregor quæſt. 2. nu. 6. licet ſecus ſit in dote, Gualt. de art. teſtandi tit. de legat. caut. 5. relatus à Cæſal. conſ. 56. n. 21. lib. 1. Sed licet in iſtis dos non deferat à legitima, nihilominus propriam naturam retinet, Surd. conſ. 488, nu. 33. Nec in taxatione, quo ad numerum filiorum eõueniunt legitima, & dos de paragio, nam vt dicit Gregor. quæſt. 20 ſemper dos eſt tertia tertiæ, aliqua non adhibita diſtinctione ſi filij ſint vltra quatuor.

15 His præmiſſis attentãri poſſet, nullo modo dicendum eſſe, dotem de paragio ſucceſſiſſe loco legitimæ, per ea quæ dixit Brun. de ſtatu exclud fem. art. 11. quæſt. 3. nu. 46. & quæſt. 2. nu. 17. cum qualitates legitimæ doti de paragio competere minimè videantur, licet Ioſeph Cum. in cap. ſi aliquem, verb. Maritata n. 93. & ſeq. aliter dicendum arbitretur, nihilominus quod attinet ad noſtrũ

in-

inſtitutum ſufficit præſtitiſſe, admiſſa opinione, dotem ſcilicet de paragio ſuccedere loco legitimæ, non ideo ſequi, eam non deberi ratione excluſionis, poteſt enim vtrumq; verum ſtare, quod ratio introductiua fuerit excluſio, & quod illa ſtet loco legitimæ, ſed tunc demum, quando ratio excluſionis militat.

16 *Iactis itaque huiuſmodi fundamentis, ad aliud eſt deueniendum, an dos congrue data in ſpectis facultatibus tẽpore aſſignationis, debeat augeri, ſi tempore mortis patris facultates creuerint. Et primo quid in legitima dixerint Doctores erit recenſendum, vt ijs etiam ſatisfactum ſit, qui dotem de parragio loco legitimæ ſubrogari, cupiunt.*

In legitima, quod tempus mortis ſit ſpectandum, & iuxta facultates, tunc in hæreditate repertas, ſit commenſuranda, dixerunt.

Bald. in l pactum in 6. opp. C. de collat. & in l quamuis n. 8. C. de fideicom.
Ripa in cap. cum M. ferr. nu. 38. de conſt.
Filipp. Franc. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. col. 3. verſ. limit. 1.
Gul. de Bened. in cap. Rainutius, verb. in eo teſtamento num. 220.
Couarr. in eod. cap. Rainut. §. 1. nu. 8.
Paul. Caſtr. Alex. & Herculan. in l. in ratione l. 2. ff. ad leg. falcid.
Fernand. Bereng. in præfat. l. inquartam. nu. 124 ff. ad leg falcid.
Ferd. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. nu. 291.
Iaſ. in l. quod ſeruius, nu. 12. ff. de cond. cauſ dat.
Surd. conſ. 216. nu. 7.

17 *Contrarium tamen, † quod legitima nõ augeatur auctis facultatibus cẽſuerunt.*

Butrigar. in l. pactum quod C. de collat.
Bald in l. 2. C. qua in fraud. credit. & in l. fin. C. de excep. rei iudic. & in Auth. Res quæ C. com. de legat.
Angel. in l ſtipulatio hoc modo conceptaſſ. de verb. obligat. & ibi Imol & Rom.
Paul. Caſtr. in d. Auth. Res quæ.
Alex. conſ 180. lib. 5.
Georg. Nati. in cap. Quamuis pactum fol 3. de pact. in 6.
Barb in cap. cum M. ferr. de conſt.
Iaſon conſ. 104. vol. 4.
Ripa conſ 60. n. 4. tit. de legib.
Corn. conſ. 1. nu. 18. vol. 4.
Aretin in l. 1. in 2. not. ff de pact.
Boer. deciſ. 62. & in conſuet. Burg. tit. de teſtam. §. 6.
Curt. Sen. conſ. fin.
Grammat. deciſ. 57 nu. 35.
Crauett. conſ. 11. n 16.
Alciat. in l. bonorum la 2. nu. 9. ff. de verb. ſignif.
Laur. de Palat. tract. Quod ſtant. maſc. nu. 94.
Fab. de Monte in Auth. nouiſſima n. 87. C. de inoff teſtam.
Gul de Bened. in cap. Rainutius, in verbo Duas n. 242. de teſtam.

Quam opinionem communem, & magis cõmunem appellat. Alex. Trentacinq; var. reſol. tit. de legit. reſolut. 2. qui auctoritatibus rationes etiam addit, atque aduertit nonnullos, qui contrarium ſentierunt, fuiſſe varios, vt Bald. Iaſonem, & Ripam, & alios.

18 *Hæc de legitima, † quæ ad dotem extendi poſſet, quatenus loco legitimæ ſubrogari dicetur, at loquendo in terminis dotis, tempus mortis ſpectandum eſſe, adeo, vt ſi tunc facultates auctæ reperiantur, etiam, ſi tempore datæ dotis congrua poſſit dici, debeat augeri, dixerunt.*

Bald. conſ. 372. vol. 3. & in l. quamuis C. de fideicomm.
Caſtr. conſ. 210. vol. 3. & conſ. 265. lib. 1. & in l. in ratione la 2. ff. ad leg. falc. & ibi Alex.
Soccin. conſ. 100. vol. 3.
Dec. conſ 276. nu. 3.
Crott. conſ. 120. nu. 45.
Crauett. conſ. 682. num. 6. & conſ. 647. num. 12.
Peruſin. in cap. Quamuis n. 6. in 6.
Ripa in cap. Cum M. ferr. nu. 38 de conſt.
Iaſ. in l. quod ſeruius col. fin. ff. de cond. cauſ dat.
Vaſquez de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 20. num. 291.
Caſal. conſ. 165. nu. 17.
Viu. com. opin. lib. 1. opin. 200.
Simeon de Pret. conſ. 138. n. 103.
Bald. nouell. 6. par. princ. priuileg. 17. num. 4.
Caſtr. conſ. 210.
Soccin. Sen. conſ. 100. vol. 3.
Boniſat. Roger. conſ 27. lib. 2.
Crauett. conſ. 647. & conſ. 683.
Decian. conſ 60. nu. 28. lib. 4. & conſ. 19. n. 12. lib. 5. hoc tamen arbitratur quando dos ſuccedit loco legitimæ.

19 *Sed quod tempus † dotationis ſit inſpiciendum, ſenſere.*

13 lib. 2. id † procedere arbitratur, si statutum de legitima mentionem faceret, vt puta si diceretur, dotem non debere esse minorem legitimæ, vel commensurandam esse cum legitima, vel quid simile, licet in hoc, etiam statuto commensurante dotem cum legitima, eam non succedere loco legitimæ dixerint Ruyn. cons. 152. num. 5. in 5. Bertazol. cons. 118. nu. 3. Corn. cons. 303. lib. 1. Boss de pub. bon. num. 2 At vt ad rem nostram reuertamur, dicimus, quicquid sit de veritate supradictorum, constitutiones nostras de legitima nullum verbum facere, immò, exinterpretatione communi nonnulla concurrere, quæ nos persuadent, dotem de paragio non successisse in locum legitimæ nam primo, vt aduertit D. Auctor, illa debetur filiabus vlteris gradus, quibus non debetur legitima Bart. cæterique in l. Gallus §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. iterum non est commensuranda cum legitima, nam paragium vt fatentur omnes nostrates, potest ascendere ad totam portionem quam habitura foret filia, si ab intestato in feudo succederet, & sic transcendere legitimam, vt virum parem inueniri possit.

Sed quia supra censuimus, dotem, in omnibus † non æquiparandam esse legitimæ ideo
14 non ab re erit disquirere, in quibus conueniant, & in quibus differant dos, & legitima, ex Menoch. de arbitr. Iudic. casu 149. num. 28. habemus sex differentias, alias ex Flam. Rub. cons. 5. nu. 69. & seq. Prima differentia est quod exclusa a legitima, non censetur exclusa à dote. Secunda legitima bonorabili institutionis titulo est reliquenda, in dote vero hoc fieri non oportet. Tertia à legitima reseitur quodcunque onus, & grauamen, non item in dote. Quarta, legitima est certa, & limitata sine personarum discretione, dos vero, ex personarum qualitate congrua, vel incongrua dicitur, & mos regionis considerandus venit, Petr. de Greg. quæst. 27. in fine, & quæst. 31. Quinta legitima non debetur viuo patre, dos verò deberi potest aliquando in vita patris. Sexta, legitima non debetur nisi descendentibus, qui primum locum tenent, cum non debeatur nisi ijs, quib° querela inofficiosi testamenti competit §. 1. in Auth. de trient. & semiss. quæ non datur nisi primum locum successionis tenentibus. l. si is qui l. pater filium, ff. de inoff. testam. ideoq. transuersalibus haud debetur: in dote dicendum est secus & de nostra dote de paragio loquentes nullã possumus dubitationem habere, cum illa debeatur omnibus fœminis quantumcũq; vlterioris gradus, respectu acquirentis feudi, si a masculo excludantur a feudi successione. Septima, legitimæ detractio semel tantum fit 1. §. Inde Neratius, ff. ad Trebell. dos vero sæpe, quia si mulier illam amiserit, tenebitur pater filiam ex integro dotare, & licet Bald. in l. fin. vers. sed numquid C. de dot. promis. teneat contrarium, attamen Bart. in l. si eum dotem §. si post solutum. ff. solut. matr. tenuit iterum dotandam esse filiam, & in terminis loquendo de dote de paragio dixit Pet. de Gregor. in eod. tract. quæst. 10. & esse opinionem cõmunem dixit D. Garsias Mastrillus in add. lit. B. Octaua differentia ex diuersitate nominum colligi potest, quæ rei diuersitatem arguit l. bene à Zenone ff. de quad præscrip. Nona, legitima debetur in corporibus hereditarijs, & nequaquam in pecunia, Port. cons. 82 nu. 5. dos verò in pecunia debetur, Gregor. de dot. de parag. quæst. 31. nu. 5. & quæst. 12. nu. 2. Hæ differẽtiæ omnes reperiuntur inter legitimam, & dotem nostram de paragio; in aliquibus tamen conueniunt, vt puta, vt quemadmodum legitima pure debetur, ita, & dos de paragio, Gregor. quæst. 2. nu. 9. licet tantũ regulariter debeatur si nuptiæ sequantur l. 3. ff. de iur. dot. dos tamen de paragio debetur volenti stare in celibatu. Greg. q. 14. & Andr. in const. in aliquibus Cum. in cap. si aliquem, verbo maritata nu. 107. Iterum legitima etiam non agnita transmittitur, vt per Alex. cons. 150. lib. 3. etiam ad extraneos hæredes, Cranet. cons. 312. n. 5. Cæphal. cons. 56. nu. 21. sic, & dos nostra de paragio, vt ait Petr. de Gregor quæst. 2. nu. 6. licet secus sit in dote, Gualt. de art. testandi tit. de legat. caut. 5. relatus à Cæfal. cons. 56. n. 21. lib. 1. Sed licet in istis dos non deferat à legitima, nihilominus propriam naturam retinet, Surd. cons. 488, nu. 33. Nec in taxatione, quo ad numerum filiarum cõueniunt legitima, & dos de paragio, nam vt dicit Gregor. quæst. 20. semper dos est tertia tertiæ, aliqua non adhibita distinctione si filij sint vltra quatuor.

15 His præmissis attentãri posset, nullo modo dicendum esse, dotem de paragio successisse loco legitimæ, per ea quæ dixit Brun. de statu. exclud fem. art. 11. quæst. 3. nu. 46. & quæst. 2. nu. 17. cum qualitates legitimæ doti de paragio competere minimè videantur, licet Ioseph Cum. in cap. si aliquem, verb. Maritata n. 93. & seq. aliter dicendum arbitretur, nihilominus quod attinet ad nostrũ

in-

inſtitutum ſufficit præhibaſſe, admiſſa opinione, dotem ſcilicet de paragio ſuccedere loco legitimæ, non ideo ſequi, eam non deberi ratione excluſionis, poteſt enim vtrumq; verum ſtare, quod ratio introductiua fuerit excluſio, & quod illa ſtet loco legitimæ, ſed tunc demum, quando ratio excluſionis militat.

16 *Iactis itaque huiuſmodi fundamentis, ad aliud eſt deueniendum, an dos congrue data inſpectis facultatibus tẽpore aſſignationis, debeat augeri, ſi tempore mortis patris facultates creuerint. Et primo quid in legitima dixerint Doctores erit recenſendum, vt ijs etiam ſatisfactum ſit, qui dotem de parragio loco legitimæ ſubrogari, cupiunt.*

In legitima, quod tempus mortis ſit ſpectandum, & iuxta facultates, tunc in hereditate repertas, ſit commenſuranda, dixerunt.

Bald. in l pactum in 6. opp. C. de collat. & in l. quamuis n. 8. C. de fideicom.
Ripa in cap. cum M. ferr. nu. 38. de conſt.
Filipp. Franc. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. col. 3. verſ. limit. 1.
Gul. de Bened. in cap. Rainutius, verb. in eo teſtamento num. 220.
Couarr. in eod. cap. Rainut. §. 1. nu. 8.
Paul. Caſtr. Alex. & Herculan. in l. in ratione l. 2. ff. ad leg. falcid.
Fernand. Bereng. in præfat. l. inquartam. nu. 124. ff. ad leg falcid.
Ferd. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. nu. 291.
Iaſ. in l. quod ſeruius, nu. 12. ff. de cond. cauſ dat.
Surd. conſ. 216. nu. 7.

17 *Contrarium tamen, † quod legitima nõ augeatur auctis facultatibus cẽſuerunt.*

Butrigar. in l. pactum quod C. de collat.
Bald in l. 2. C. qua in fraud. credit. & in l. fin. C. de excep. rei iudic. & in Auth. Res qua C. com. de legat.
Angel. in l ſtipulatio hoc modo conceptaſſ. de verb. obligat. & ibi Imol & Rom.
Paul. Caſtr. in d. Auth. Res qua.
Alex. conſ. 180. lib. 5.
Georg. Nati. in cap. Quamuis pactum fol. 3. de pact. in 6.
Barb in cap. cum M. ferr. de conſt.
Iaſon conſ. 104. vol. 4.
Ripa conſ 60. n. 4. tit. de legib.
Corn. conſ. 1. nu. 18. vol. 4.
Aretin in l. 1. in 2. not. ff de pact.
Boer. deciſ. 62. & in conſuet. Burg. tit. de teſtam. §. 6.
Curt. Sen. conſ. ſiu.
Grammat. deciſ. 57 nu. 35.
Crauett. conſ. 11. n. 16.
Aleiat. in l. bonorum la 2. nu. 9. ff. de verb. ſignif.
Laur. de Palat. tract. Quod ſtant. maſc. nu. 94.
Fab. de Monte in Auth. nouiſſima n. 87. C. de inoff teſtam.
Gul de Bened. in cap. Rainutius, in verbo Duas n. 242. de teſtam.

Quam opinionem communem, & magis cõmunem appellat. Alex. Trentacinq; var. reſol. tit. de legit. reſolut. 2. qui auctoritatibus rationes etiam addit, atque aduertit nonnullos, qui contrarium ſenſerunt, fuiſſe varios, vt Bald. Iaſonem, & Ripam, & alios.

18 *Hæc de legitima, † qua ad dotem extendi poſſet, quatenus loco legitimæ ſubrogari dicetur, at loquendo in terminis dotis, tempus mortis ſpectandum eſſe, adeo, vt ſi tunc facultates auctæ reperiantur, etiam, ſi tempore data dotis congrua poſſit diei, debeat augeri, dixerunt.*

Bald. conſ. 372. vol. 3. & in l. quamuis C. de fideicomm.
Caſtr. conſ. 210. vol. 3. & conſ. 265. lib. 1. & in l. in ratione la 2. ff. ad leg. falc. & ibi Alex.
Soccin. conſ. 100. vol. 3.
Dec. conſ 276. nu. 3.
Crott. conſ. 120. nu. 45.
Crauett. conſ. 682. num. 6. & conſ. 647. num. 12.
Peruſin. in cap. Quamuis n. 6. in 6.
Ripa in cap. Cum M. ferr. nu. 38 de conſt.
Iaſ. in l. quod ſeruius col. fin. ff. de cond. cauſ dat.
Vaſquez de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 20. num. 291.
Caſal. conſ. 165. nu. 17.
Viu. com. opin. lib. 1. opin. 200.
Simeon de Pret. conſ. 138. n. 103.
Bald. nouell. 6. par. princ. priuileg. 17. num. 4.
Caſtr. conſ. 210.
Soccin. Sen. conſ. 100. vol. 3.
Bonifat. Roger. conſ 27. lib. 2.
Crauett. conſ 647. & conſ. 683.
Decian. conſ 60. nu. 28. lib. 4. & conſ. 39. n. 12. lib. 5. hoc tamen arbitratur quando dos ſuccedit loco legitimæ.

19 *Sed quod tempus † dotationis ſit inſpiciendum, ſenſere.*

Bald. in Auth. Res quæ C. com. de legat. & ibi Paul. exclamat pro ſingulari.
Iacob. Butrig. in l. pactum quod dotali, et ibi Bald. C. de collat. & in l. fin. col. 2. C. de dot promiſ.
Fab. in Auth. nouiſſima, C. de inoff. teſta. Paul. de Monte pico conſ. 9. num. 6. & conſ. 78. nu. 62.
Ruyn. conſ. 56 n. 11. lib. 3.
Menoch de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 149.
Brun. de ſtat. exclud. fœm. art. 7. 2. caſ. prin. 1. qneſt. nu. 41. & 42.
Honded. conſ. 10. nu. 31. lib. 1.
Botta conſ. 35 nu. 34. & ſeq.
Burſatt. conſ. 248. nu. 18.
Dec. conſ. 26.
Alex. conſ. 180.
Boer. Deciſ. 62.
Maranta diſput. 10. nu. 22.
Caſal. conſ. 501. num. 58. & conſ. 502. num. 11.
Rimin. Iun. conſ. 97. nu. 14.
Arnol. Ferron conſuet. Burg. tit de teſtam. §. 13 & art. 25. nu. 18.
Burſatt conſ. 248. n. 18. & conſ. 223.
Polidor. Ripa ſing. obſerv. 31. n. 7.
Petra de fideicomm quæſt. 15. nu. 131.
Cæſar Barzius deciſ. 128. num. 66.
Laderc conſ. 35.
Natta conſ. 548. n. 17.
Curt. Sen. conſ. vlt. nu. 3.
Gramm. deciſ. 57. nu. 36.
Soccin conſ. 100. n. 9. lib. 3.
Alciat reſp. 252 nu. 11.
Anchar. Iun. quæſt. 51. par. 1.
Tiraquell. in l. ſi vnquam nu. 36. in prin. C de reu. don.
Cotta in memor. verbo dos conſtituta.
Rimin. Iun. conſ. 97.
Caualcan deciſ. 5. par. 3. num. 98. & deciſ. 32. nu. 6 & 17. par. 3.
Iaſon in Auth. Res quæ nu. 27. C. com. de leg & ibi Anton. Padil. nu. 121.
Alex. conſ. 33. vol. 4.
Corn. conſ. 107. vol. 2.
Curt. Sen. conſ. 27. col. 15. in 4. dub.
Ruyn. in l. Gallus § & quid ſi tantum n. 174. ff de lib. & poſthum.
Pariſ. conſ. 26. n. 89. vol. 3.
Afflict. in conſt. In aliquibus nu. 73.
Laur. de Palac. tract. quod extant. muſc. nu. 132.
Bellon. conſ. 15. nu. 8.
Signorol conſ. 29.
Rub. conſ. 63 n. 2.
Soccin Iun. conſ. 72. n. 22. lib. 3.
Gabriel. conſ. 156. n. 23. lib 1.
Menoch. conſ. 171. num. 28. & conſ. 412. num. 100. conſ. 3, num. 17. & conſ. 6. num. 21.
Cuceus de legit. in verbo, nec vſufructu nu. 45.
Seraphin. de priuileg. iur. priu. 83. n 93. & priu 21. n. 2.
Gratian. diſcept forenſ. cap. 148.
Surd conſ 216. nu. 5.
Rimin. Iun. conſ. 317. num. 15. vbi quod pater conſtitnendo dotem congruam liberatur, nec in ſuſpenſo manere debet huiuſmodi liberatio, eumq; effectus dicatur conſummatus, dotis aſſignatio facta non dicetur rebus ſic ſtantibus.

Hæc quidem opinio ampliori numero Doctorum videtur fulcita, quam ſit prima. Aſt videndum erit, an ab ea ſit recedendum in caſu, in quo ſtatutum excluſam mulierem iubeat dotari. Caſtr. conſ. 73. & conſ. 210. lib 1. arbitratur iſto in caſu inſpiciendum eſſe tempus mortis, nam cum tunc perficiatur excluſio, facultates illius tẽporis ſint conſideranda, vt congrue cenſeatur dotata fœmina, quæ à ſtatuto propter dotem excluditur: tum maximè, quia ſtatutum ita demum repellebat fœminam ſi competenter reperiatur dotata, dictio enim competenter referebat Caſtr. ad verbum reperiantur, & illud, ad tempus mortis Paul. Caſtr. ſequuti fuere Dec. conſ. 276. Simeon de Pret. conſ. 138. Decian. conſ. 14. lib. 1. num. 22. & ſeq. Gerard. Mazoll. conſ. 39.

Sed contra Caſtr. & Dec. conſuluit Laderc. conſ. 35. n. 15. & ſeq. Qui varium demõſtrat eum, nam in Auth. Res quæ C. com. de leg. contrarium dixerat, & potius ſtandum eſſe ei legenti, quam conſulenti, atque Dec. ſe fundari in rationibus, ab ipſomet reprobatis in conſ. 26. oſtendit. Decium reprobat Ruyn. conſ. 56. vol. 3, eundem Dec. varium, & in conſtantem dicit Alciat. regul. 1. de præſumpt Grammat. deciſ. 101. nu. 70. dicit Decium loqui contra communem, & veram opinionem, qui in terminis Conſt. In aliquibus, & de dote de paragio verba facit. Anchar. Iun. quæſt. 51. lib. 1. Decium confutat, quod etiam aſſequitur Surd. conſ. 488. nu. 36. Contra Simeon. de Pret. in d. conſ. 138. fuiſſe iudicatum ipſe met teſtatur, & aduertit Burſatt. conſ. 248. nu. 20. In nihilo itaque refragante conſideratione facta per Paul. Caſtr. & Dec. in locis prealegatis, remanet firma concluſio,

do-

dotem congrue assignatam nõ augeri auctis facultatibus tempore mortis: congrue inquimus, nam non intelligimus hæc procedere, si tempore assignationis dotis, ea non fuisset iuxta facultates præsentes tradita, pro vt sunt termini de quibus habent Petr de Gregor. de dot. de parag. quæst. 31. & Cannet. in cap. si aliquem, 9 sed quantum sit ista dos & §. & cum prafati Doctores: putamus etenim nil aliud competere filiæ ratione facultatum auctarum tempore mortis, casu quo tempore dotis assignatæ, illa fuerit fœminæ data congrua, iuxta modum facultatum, numerum filiorum, & morem regionis.

EPITOME.

In dote de paragio taxanda, an habeat locum ius accrescendi, & an à primo acquirẽte feudum aliquid circa illam disponi valeat.

SVMMARIVM.

1 *Dotis de paragio taxatio debet fieri habito respectu ad numerum filiorum, sed in Magna Curia consueuit, esse considerandam semper tertiam, etiam si filij essent vltra quatuor, quicquid sit de iure, vbi portio vnius quæ fuit renuntiata patri minuit dotem aliarum sororum, & nu. seq. & quæ sint deducenda n. 3.*

2 *Inlegitima an habeat locum ius accrescendi vt portio renuntiata per vnum ex filijs accrescat alijs filijs, vel potius patri, & hæredi, & licet variæ sint opiniones, tamen quando renuntiauit portionem suã patri non alia ex causa, quia habuit partem juam, tunc ipse facit partem, vt minuatur legitima aliorum filiorum secundum communem opinionem.*

3 *De dote de paragio deducendum est omne ei legitimum, etiam interfuria quæ debebantur tempore mortis patris, licet ipse debuerat solus super fructibus. quod non obstat successori ex pacto, & prouidentia.*

4 *Dos de paragio, vt nubat pari taxatur super feudis pacti, vbi nil in contrarium est dispositum per primum acquisitorem, at vbi est dispositum quod dos non debeat taxari habito isto respectu, tunc seruanda est dispositio primi acquisitorit, qui si voluisset in totum potuisset filios priuar feudo, & ad contraria respondetur in nu sequenti.*

5 *Testator in suo testamento non potest disponere, quod leges locum non habeant.*

6 *Feudum an possit dari ab inferiore sub alia forma, qua datum fuit, & vt succedatur in eo aliter quam fuit dispositum percõst. vt de successionibus, & quid in feudo nouo, & hæreditario n 6.*

7 *Feudum nouum, & hæreditarium sicut potest in totum alienare ita potest in præiudicium fœminarum disponi, & decerni alius modus in succedendo, excludendo fœminas, & dict. Andr. in cap. 1. de eo, qui sib. & hæred intelligi debet in feudo pacti.*

8 *Legitimam non tenetur æuus relinquere nepotibus si tempore mortis non tenent nepotes primum gradum, & locum.*

9 *Dos tota de paragio non debet solui per Baronem in pecunia numerata, sed potest secundum consuetudinem regionis constitui in arnesijs, differendo ad tempus solutiones.*

CONSIL. XVII.

IN causa taxationis dotium de paragio Donnæ Stephanię, & donnę Marię de Bononia, omissis hijs, quæ facti sunt potius, primo loco quantum attinet ad iuris dispositionem est considerandum † quomodo sit facienda taxatio, habito respectu ad numerum filiorum, etsi Petro de Gregorio credimus in tractat. de dot. de paragio quæst. 29. & quæst. 31. in M. C. inolenit vsus, semper esse considerandam tertiam, etiam si filij essent vltra quatuor, quicquid sit de iure iuxta traddita in Authen. nouissima, C. de inoff. testam. cum similibus. Hac igitur opinione retenta, cum Don Aloysius reliquerit quinq; filios scilicet actrices Don Ioseph. eorum fratrem, ac conuentum, & Baronissam Solanti, sequitur legitimam cuiusque esse quintam partem prædictæ tertiæ, quę respectu fructuum, & deductis deducendis competeret omnibus prędictis quinque filijs † nec portio competens Baronissę Solanti iure accrescendi competit istis D. attricibus, quandoquidem licet in hoc puncto

vatij varia diserunt in l. vnica C. quando non peten. par. & in l. re communi, ff. de leg. 3. nihilominus cum ipsa D. non fuerit exclusa alia de causa, nisi quia ipsa dotata habuit partem suam, & portionem suam renuntiauit patri recipienti pro se, & suis heredibus expresse, vel tacite, tunc vere, & communis opinio est, ipsam facere partem, vt minuatur legitima aliorum, portio tamen sua quæritur patris hæredibus, quibus est facta renuntiatio Bart. in l. prima, § qui habebas num. 6. ff. de bon. poss. contra tab. Angel. in l. Papinianus, §. vnde si quis, ff. de inoff. testam. Bald. in l. vnica in 6. quæst. C. quando non peten. partes, & ita dicit fuisse decisũ Guid. Pap. decis. 495. & 599 latè Alex. conf. 149 lib. 7. Idem firmat Fabianus in rep. Auth. nouissima nu. 218. C. de inoff. testam. & hanc esse magis communem testatur Boer. decis. 104.

Et secundum eam, ego alias obtinui in sancto officio pro Gratiano de Ballis cõtra eius sororem, in specie, quod portio habita ab vna ex sororibus, quæ renuntiauit, deducenda sit in taxanda dote alterius sororis tamquam onus, quod idẽ in effectu est, tradit dict. Petrus de Gregorio in prealleg. tract. quæst. 29. Sic igitur apparet, quod portio habita à dict. Baronilla, siue deducatur tamquã onus, siue non facta deductione accrescat hæredibus Don Aloysij, non potest iure aliquo competere illis actricibus, sed quod eorum dos erit quinta pars tertiæ competentis omnibus quinque, vt dictum est secundum vsum M. C. teste Gregorio loco prealleg. & si iuxta dispositionem iuris, attẽdenda sit taxatio, legitima omnium erit semis, iuxta tra. lita in dict. Authen. nouissima, & consequenter portio cuiuslibet erit quinta pars eiusdem semis: & secundũ quamcumque opinionem, apparebit clarissime Magnæ Curiæ sanctæ in moderatam fuisse taxationẽ, etiam habito respectu ad fructus, vt pars aduersa prætendit, nempe ad summam vnc. 1700 quod tamen nec in facto verum est, tum quia testes non benè probant de tempore mortis Don Aloysij; tum etiã quia cõstat de cõtraria perceptione fructuum, & satis longe differt indicium testium à vera, & reali perceptione, vt semper experientia docuit, super quo tamen, quia facti est, aliter ego non insisto.

Onera quoque sunt deducenda, vt conuentus prætendit, & quantum attinet ad censum vncias 310. annualiũ nulla est difficultas. † Pariter quoque deducendum est onus illarum vnciarum 3000. quæ debentur pro interusurijs decursis, & debitis tempore mortis Don Aloysij, cum clara sit conclusio omne es legitimũ deducendum esse, Gregorius in prealleg. to tract. quæst. 28. & licet fructus, & interusuria de fructibus debuissent solui, tamen hoc parum, & nihil obstat conuento succedenti in feudis ex pacto, & prouidentia, & licet ipse sit hæres eiusdem D. Aloysij, tamen eius hæreditas est exausta, vt notorium est, & in facto apertissimè constat.

Pari quoque ratione deducendum est onus dotium matris in summa vnciarum 1400. pro quibus fuit facta subrogatio, & quicquid disposuerit Don Aloysius, eum vt dictum est, de eius bonis hæreditarijs; nulla habenda sit consideratio. Hijs igitur deductis, & facto legitimo cõputo apparebit clarissimæ, dotes fuisse immode atæ taxatas, & vixistis dominis competere vncias 80. redditus pro qualibet, quæ computatæ ad vncias 7. pro centenario, pro vt in regno in similibus testantur plerique Regnicolæ fuisse seruatũ, vix dos de patagio cuiuslibet erit vnciatũ 1000.

4 Secundo loco † & principaliter est considerandum in hac taxatione, nullam esse habendam cõsiderationẽ ad paragium, vt nubant pari, quãdoquidem licet regulari, istud sit considerandum in feudis pacti, & vbi nulla præcedit dispositio contraria illius, qui de feudo poterat disponere, vt traditur in constitut. In aliquibus per Andreas, & Asslict. & D. de Gregorio q. 32. & 33. & alibi Doctores nostri, nihilominus in casu nostro illæ Don Franciscus Baro Cisalę, & primus acquisitor istorum feudorum expressam prohibitionem fecit, quod nulla habeatur consideratio ad hoc paragium, expressę statuendo, quod dotes taxentur simpliciter, etiam si non possent nubere pari: quod autem eius dispositio seruanda sit expresse mihi determinat D. de Gregorio eo tract. quæst. 21. vbi ponens quæstionem, an dos de paragio debeatur super feudo nouo distinguit, an primus acquisitor disposuerit, nec ne, quia si non disposuit, tunc ab intestato attenditur in Regno ius francorum, & consequenter sequitur exclusio semiuę propter masculum in eodem gradu, & debeatur dos de paragio

iux-

iuxta tradditа in dicta conſt. In aliquibus Si vero diſpoſuit,& iũc catenus debeatur dos de paragio,quatenus ab ipſo reperitur diſpoſitum. Sic ergo apparet in primo acquiſitore attendendam, & ſeruandam eſſe diſpoſitionem ipſius:& facit viua ratio,quia ſi ipſe, ſiue, quia nulla eſt data forma, ſiue quia etiam ea data non ligatur ſecundum receptiſſimã opinionem in Regno, vt traditur communiter in cap. volentes, poſſet totaliter de feudo diſponere, & in extraneum alienare,in totũ priuando filios,multo magis poteſt in eos diſponendo certo modo prohibere,ne vltra legitimam competentem, quid habeant.

Præmiſſe concluſioni obijciebatur primo loco, vulgaris regula, quod † nemo in ſuo teſtamento diſponere poteſt, quod leges locum non habeant.Nemo poteſt cum materia. ff. de leg.1. & in ſpecie ſecundo loco,allegabatur Andreas in cap.1. de eo qui ſibi, & hæredibus, ſed ſalua pace,allegantium predicta nihil obſtant,ſi veros terminos feudales perpendimus: nam licet ex conſtitutione Regni ſtatuium ſit mulieribus deberi dotes de paragio,& habendam eſſe conſiderationem vt nubant paritamen procedit hæc diſpoſitio in hijs feudi,in quibus ab initio non eſt data contraria diſpoſitio, veluti in feudis pacti, & prouidentię, & in feudis antiquis, & in nouis, vel hæreditarijs data ſucceſſione ab inteſtato,in hijs etenim procedit ratio excluſionis fęminæ & conſequenter dos de paragio debeatur: quod autem in feudo nouo,primo acquiſitore diſponente, ſuper hoc ſit lex contraria, ego nec vidi nec audiui allegatum, & ob id ſi quis allegaverię allegatur materia tex. in l. nemo poteſt, nec Andreas allegatus dicit id ad quod allegatur,
6 ſolum † enim in ver. quod ergo, diſputat punctum an inferior à Rege in Regno poſſit dare feudum, quod in eo ſuccedatur aliter,quam ſit diſpoſitum per conſtitutionem Vt de ſucceſſionibus, concludit,quod priuatus hoc non poteſt facere, quia eſſet iuri publico derogare, Andreas loquitur intra terminos iuris communis feudorum, ſecundum quos nulla diſpoſitio feudataria attenditur cap 1. An agnatus, cum materia, & loquitur etiam in materia in feudationis,quia in Regno difficultas eſt,an alius quàm Rex poſſit dare formam feudis, & infeudare,de quo ipſemet Andreas differit in cap.Si vero contingerit depacturamẽto firmanda ver. in Regno Siciliæ. Poſito ergo, inquit, Andreas, quod poſſit, eius poteſtas, non debet eſſe contra formam conſtitutionum Regni.

Præterea Andreas intelligi debet in feudo pacti, in quo ſecundum antiquam inueſtituram filiæ fęminæ ſuccedunt;nam pater dans feudum filio,nõ poſſet alterare formam excludendo fęminas, vel aliter prohibendo contra formam cõſtitutionis
7 Regni † ſi vero ſumus in feudo hæreditario,vel in feudo nouo,& tunc ſicut poſſet in totũ alienare,ita poteſt in preiudicium fęminarum diſponere, Afflictus intitulo de filijs natis ex matrimon. ad morgan. nu.8. Aret. conſ. 162. Loſtedus conſ. 14. num. 26. & ita Andream declarat, & intelligit Leonardus Liparulus in Apoſtill. ad eum loco prealleg.ato, ver. Sed facere pactum, & in Regno noſtro ſtante diſpoſitione cap. volentes eſt indubitata concluſio,& in pleriſque Baronija, & feudis ſcimus fuiſſe factas diſpoſitiones, & prohibitiones vt fęminæ in totum excludantur, & in ſpecie in Baronia Cæſale, & Comitatu Marinei fęminæ ſunt excluſæ, & ſic contra formam conſtitutionis Regni, Vt de ſucceſſionibus ſecundum quam fęminæ ſunt habilitate in defectu maſculorũ eiuſdem gradus:ſic igitur videmus in feudis inquibus habet locũ diſpoſitio c. Vol. fuiſſe factas diſpoſitiones contra formas conſtitutionum Regni. Pariter ergo in caſu noſtro, & fortiori dicendum eſt valuiſſe diſpoſitionem primi acquiſitoris quod dores taxentur ſimpliciter ſine conſideratione, vt nubant pari. Nec video quicquam in contrarium vigere poſſ quam, quod à iure tenebatur pater reliquit: imò in caſu noſtro, nec poſſunt conqueri iſte actrices, quod legitima ſint ſi audate, tum quia iam ipſæ eam habent, conſiderata dote de paragio ſimpliciter,tum etiam,quia ipſis,quo ad primum acquiſitorem, nulla competebat legitima,
8 auus † enim nepotibus non tenetur relinquere legitimam ſi tempore mortis nõ tenet primum locum Doct.cõmuniter in l. in quartam,ff ad l falcid.& in Authen. nouiſſima C de inoff. teſtam. Nec ſimiliter tenebatur dotare, tum quia ipſe tunc temporia non erant in rerum natura: tum, quia principaliter iſtud onus ſpectabat ad patrem. Iure igitur optimo dicendum eſt,ipſius diſpoſitionem valuiſſe,tanto magis,cũ eius prohibitio principaliter fuit ſauere agnationi, & vt conſeruarentur Baroniæ, & feuda, quandoquidem certo ſciebat propter

pter tot,& tantas dotes de paragio diminui,& ideo quantum potuit, voluit prouidere indemnitati familiæ.

9 Tertio † & Vltimo, conſiderandum eſt dotes non eſſe taxãdas in totum in pecunia,ſed habita conſideratione ad morem regionis,conſtituendo partem in arneſijs, & differendo ſolutiones ad tempus,vt docuit D. Gregorio in ſæpius citato tract.de dot. de paragio quæſt. 31. quod à M. C. non fuit cõſideratum:merito igitur corrigenda eſt ſententia, & modificandæ ſunt dotes iuxta præmiſſa.

ANNOT. PETRI FILII.

IN ſuperioribus, in annot. ad conſ.6.& 8 diximus primum feudi acquiſitorem forma non ligari, ſed ad libitum poſſe illud alienare,idq;in Regno noſtro adeo receptũ fuiſſe,vt amplius in diſputationem deduci nefas ſit, ſed quia in annot. ad conſ. 8. n.1. differentiam viſi fuimus conſtituere, inter feudi alienationem,& formæ mutationem, Dominus meus in cõſ.7.10.hoc ipſum ſentire videtur,vnde ad ea, quæ in cauſa Baronis Caſtaniæ,& D Franciſci de Bononia dixerat,ſe refert,ideo hic opere pratium erit,ne equiuocatio terminorum confuſionẽ pareat,aliqua annotare.

Cannet.in cap.Volẽtes §.ſed neceſſaria†
1 *ſe offert quæſtio occaſione ſũpta illius quæſtionis an vigore illius cap. plures gradus ſubſtitutionũ in feudis fieri valuiſſent.multa congeſſit,quæ ad punctum de quo, in cõſilio agitatur facere videtur.Ex Io. Aloyſio de Septimo in cauſa Pittinei recenſuit cap. Volentes alienationem permittere, non tamen ſucceſſioni feudorum legem imponere, hoc enim ſoli principi competere cẽſuit per text.in cap.1.§ profectò de leg. Conrad. in quo habetur,feudum ſub alia lege non poſſe quempiam dare,quam ipſa habuerit: hinc ait,Pern.in conſ. 6. contrahentes nouam formam feudo apponere non poſſe. Ex Hieronymo Fimia adducit, hæc tria in ſe maxime differri,feudi alienationem,forma mutationem,& legis ſucceſſioni feudi datione: ſed hanc diuiſionem ebimericam, & fantaſticam vocat Cann. & nullã dari differentiam inter formam, & legem feudi arbitratur: concludit denique poſſe plures gradus ſubſtitutionum fieri,& quemadmodum permitti alienationem totius feudi in præiudicium omnium, ita, & concedi, vt modus ſuccedendi induci poſſit inter deſcendentes à primo inueſtito. Dicta Cannet. compendiario recenſuit Dominus meus in conſ.7.num.10. vbi licet videatur ſentire primum acquiſitorem non potuiſſe fœminas vocatas ex prima forma excludere; atiamẽ ibi nõ loquebatur de feudo nouo,ſed antiquo & licet ille Simeon acquiſitor formæ dici potuerat, nihilominus, non tamen rei, & quidquid in feudo acquiſito ſub clauſula iuris francorũ,quod attinet ad rẽ noſtram facere videntur ea quæ dicit Cannet.in ſupracitato loco.primum, vt qui poteſt feudũ alienare,& in totum ſucceſſores ſuos eo priuare,eo magis certam formam inter eoſdem præſcribere,vt puta fœminis paragiũ negãdo,vel eas pro maſculis remotioribus excludẽdo,etſi iuxta cõſt.In aliquibus,& per ea quæ ſupra receſſimus à dictis maſculis minimè excluſa cenſeantur:alterum quodſeu dum acquirenti à cap.Volentes libera diſpoſitio cõcedatur,his etenim duobus fundamẽtis,innixi videtur hæc conſultatio Fern. autem in conſ. 12. diſtinxit inter formam, & formam ſumpta occaſione conciliandi*
2 *Andream, † Is etenim in cap omnes filij, ſi de feud fuer. controu. dixerat, patrem non poſſe feudum, in quo iure francorum viuitur,ſecundogenito dare, etiam ſi illud nouum eſſet in perſona eiuſdem patris, nã in cap.1.de alienat.feud. pat. contrarium*
3 *viſus fuerat ſentire, Fernus, inquimus, † dixit,vnam dici formam,alteram verò formam formalem;formam appellat, illam, in qua nil aliud niſi perſona recipientis feudum attenditur,ſiue dicatur pro te, & hæredibus,ſiue pro te, & filijs;in qua forma, fatetur ipſe,poſſe primum acquiſitorem ad libitum de feudo diſponere;formam formalẽ dicit illam,in qua verbis ſupradictis additur hæc clauſula,Ita vt viuant iure frãcorum,quam modum viuendi inducere ait, à qua ne quidem tranſuerſum vnguẽ nõ liceat diſcedere, nam cum ius Principis tangere videatur, priuatorum haud eſt,*
4 *facere quin habeat locũ, † propterea ſolius Principis eſſe huiuſmodi formã mutare, & alterare arbitratur, de qua loqui Andreã in d.cap.omnes filij, autumat; de alia verò in alijs locis,in quibus videtur ſentire,primum acquirentem non ligari forma.Hanc conciliationem aqprobat, & ſequitur Liparul ad Andream in d.cap.omnes filij,verbo ſecundogenito.*

Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part .4. quæſt. 7. Andream de inconſtantia notat,

Per-

Pernum tamen confutat, multiſque argumentis tuetur ,primum † acquiſitorem, quacumq; forma non obſtante ,etiam ſi adeſſet clauſula iuris Francorum,accedente tamen Regis aſſenſu, poſſe de feudo diſponere, auctoritati tamen Andreæ, & Baldi ſatisfactum iri putat , ſimodo dicantur loqui de feudo antiquo,modo aſſeratur verba facere, non accedente Regis conſenſu;qui quidem † aſſenſus vigore legis interuenire in Regno noſtro arbitratur Cum. in cap. Si aliquem, verbo Antiquis,nu.260. & licet Petrum de Gregorio mordeat , nihilominus cum Cannet ſentire videtur , ac uarium fuiſſe Pernum in rep. cap.Volentes, aduertit. Quodq; † primus acquiſitor valeat de feudo cuiuſcunque formæ diſponere,legemq;dare,quam maluerit , dixit Franc. Milaneſ. deci.8. nu.16.lib.1.

Ex quibus ſatis explicitè habemus, † quod licet verum ſit, ſolius Principis eſſe, mutare formam,nec feudum dari poſſe aliis ſub pactionibus cap.1.§. ſed etiam res & ibi DD tit. per quos fiat Inueſt.cap.1.§ 1.qualiter.feud olim.S. beneficium ſi de feud. def. content. Iaſon. de ſanct. Georg. verbo ita etiam quod ipſi nu. 3. Curt. de feud. 4. part. num.83. Iaſ de feud par.9 nu.15 Scbrader. de feud. par.8. cap. 2.n. 14. attamen eſt veriſſimum vna cum Principe poſſe vaſſallum formam aliam.† & diuerſam à prima dare, vt fatentur omnes Ceterum vnum eſſet diſquirendum , num id in preiudicium vocatorum fieri poſſet: at quia nos in feudo nouo loquimur , in quo nullum ius ſuccedentes à primo inueſtito pretendere valent,atque ha beamus in Regno cap Volentes,alienationem feudi, & plures poſſe fieri ſubſtitutionum gradus, permittens , vt ſupra pluries fuiſſe dictum recordamur , multæ eunt diſputationes prætermittendæ, cum enim beneficiarius formam mutat, idfieri cum conſenſu Regis dicimus , proindeque vna cum ipſo Principe alteram formam aſſerimus.

Sed non ab re erit indagare , † num iuri conſona ſit illa Perni diſtinctio , inter formam, & formam formalem:rurſus, & aliam de qua Cann. inter legem,& formam feudi, de Perni diſtinctione dicere poterimus forte illum† entiſſe de forma ſubſtantiali, & forma accidentali;quodq; formam formalem diſxerit ſubſtantialem , quaſi quod per illud adiunctum , formalem , innuere videatur, loqui voluiſſe de forma propriè dicta,& formam , affirmauerit pro accidentali, ſed huiuſmodi intellectus ſtatim ab eodem deſtruitur , nam cum formam formalem aſſerat illam eſſe , cui adduntur illa verba,ita vt viuant iure francorum , eumq; ſubſtantialis forma feudi haud ſit modus viuendi francorum , cogi videmur à ſupra tradito intellectu recedere:forma etenim feudi eſt illud,ſecundum quod eſt feudum,vel illud per quod eſt aliquid ens, at tale nemo dixerit eſſe morem francorum, nam quod primogenitus † ſuccedat in feudo,de ſubſtantia quidē non eſt, ſequeretur enim, ſi hoc ipſum aſſermauerimus,quod feuda,in quibus omnes vocantur filij , feuda non eſſent, nam ſublato eo,quod eſt de ſubſtantia,corrūpi neceſſe eſt ſubiectum: huiuſmodi dixerimus fidelitatē, feudum etenim abſque fidelitate conſiſtere minimè valet , † etſi iuramentum fidelitatis remitti valeat.Aluarott. in prælud. feud. diuiſ. ſecundala, & ibi Prepoſ. num.34. Curt. de feud.7 .queſt.nu.3.1. par. prin.idq; adeo verum, vt ſi de mente † concedentis aliud conſtaret,vel contractum totum vitiari, vel in alteram ſpeciem tranſitum facere , profiteantur DD.de quo Scbrader. de feud.par. 2.cap.2.num.31. & ſeq. Alia ſiquidem accidētalia ſunt feudo,vt puta quod faminis pateat adictus , quod primogenitus ſuccedat quod ſeruitium præſtetur , quod dominium directum pænes dominum ſit , vtile in vaſſallum tranſeat,& id genus; quæ naturalia à Doctoribus dicuntur, quæ † prater ſubiecti corruptionem alterari,& mutari valent cap.1. & ibi Affict. de feud. propr. non hab. natur.Bald. in cap. 1. de duob. fratr.à cap. inueſt.Scbrader. de feud. par.2.cap 2. num. 47. Forma tamen ſubſtantiali , nunquam dicere poterimus feudum informe, hoc eſt ſine forma.de qua ſupra in annot.ad conſ. 12. n.33. verba facimus , cum illud in propria natura conſiſtens rectum, & ſimplex vocitent Doctores, erit profectò ſine forma accidentali:nam feudum tale dicimus, quando in illius conceſſione nulla de filijs,vel hæredibus fit mentio , atque propterea nulli formæ ſpecificæ attribus valeat , hæreditariæ ſcilicet , pacti , & prouidentiæ, ſiue mixtæ, dequibus ſupra:has etenim formas ſpecificas dicere poterimus, quia primam illam ſubſtātialem feudi imitentur,vt aiunt philoſophi quamlibet formam ſpecificam cauſatam imitationem eſſe formæ increatæ . Appellamus feudū informe haud quidem,quia forma ſubſtantiali careat, alias enim feudum non eſſet , ſed quia aliud non additur formæ ſubſtantiali , quod formam ſpecificam conſtituere videatur. At ſi Pernus pro forma for-

formali ſpecificam formam intellexerit, vt videtur ſentire, dum per clauſulam illã, iuris francorum, aliud addi illi formæ, ſiue pacti, ſiue hereditarie profiteatur, carere videtur ratione illius dictum, niſi dicamus ſufficientem dari poſſe, dum ipſe ait, inhac forma prejudicium Regis verſari, ſed nec factum ſatis eſſe videbitur, cum per cap. Volentes, omne Principis prejudicium remiſſum eſſe exiſtimetur. Accedat, vtramq; poſſe dici formam ſpecificam, nec ideo aptè cadere poſſe diſtinctionem illam inter formam, & formalem formam. At ſatis ſit de Perno ne infinitum nobis datum ſit bariolari.

Præſtat ad aliam deuenire diſtinctionem
14 *inter † ſcilicet legem; & formam feudi. Hanc differentiam minimè inter hæc duo reperiri poſſe credimus. Lex etenim feudi duplici ratione conſiderari poteſt, vel vt dãs regulam, atque modum præſcribẽs circa ea, quæ de ſubſtantialibus, & naturalibus habent iura ſcripta feudorum, vel vt conſiderans pactiones, quæ inter dominum, & vaſſallum in inueſtituris feudorum fieri ſolent. Legem feudi circa ſubſtantialia, in iis, quæ fidelitatem reſpiciunt, verſari dixerimus quæ nunquam remitti poſſunt, poſt*
15 *omnes † Ottau. Bambac. in cap. feudum ea lege. ſi de feud. defunct. milit. nu. 7. circa naturalia vt ſunt multa iura, vt putaf eu-*
16 *dum darigratis † cap. 1. de feud. dat. in vim*
17 *leg. comm. Vt directum dominum penes † dominum remaneat cap. 1. §. fin. ex quib. cauſ.*
18 *feud. Vt vtile † dominum in vaſſallum tranſeat cap. 1. §. rei autem. & §. fin. de Inueſt.*
19 *de re al fact. Vt deſcendentes † primi acquirentis ſuccedant cap. 1. §. cũ vero, de his qui*
20 *feud. dar. poſſ. Ne filia † in feudo ſuccedat*
21 *cap. 1. §. filia de ſucceſſ. feud. Ne feudũ † irrequiſito domino alienetur cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & id genus multa.*
22 *Hæc naturalia immutata ſunt † penes nos in aliquibus. Alienatur enim feudum irre-*
23 *quiſito † domino, per cap. Volentes, ſuccedũt*
24 *collaterales in feudo nouo, cap. ſi aliquem, † fœmina capax efficitur feudorum, per conſt. in aliquibus, vterinus frater vocatur ad feudorum ſucceſſionem perdictum cap. ſi aliquem. Hæc ſunt de natura feudi, & de lege feudi, natura enim à lege loquente de feudi, inducitur, adeo vt diuerſa non ſit pronũtiare, dic ere aliquid eſſe de natura, & de lege feudi.*

Poteſt etiam conſiderari lex feudi circa
25 *ea, quæ † in Inueſtituris apponuntur, quæ & lex dicitur, hoc expreſſe elicimus ex tex-*

tu in cap. 1. §. feudum vbi habetur, Feudum ea lege datum, vt ipſe, & hæredes ſui maſculi, & fœminæ, & cui dederit habeant, & cæter. hoc ipſum legimus in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feudi ibi, ſi quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit habeant; hæc pactiones vocamus naturalia feudi, & dici poſſunt leges feudi, quatenus de his iura feudorum loquuntur, ac quid facienãm iubent, itemq; ex his conſtat in formam feudi pacti, & hæreditariã paſſim aſſirmamus, adeo vt verſiſſimum ſit inter hæc ſcilicet formam, naturam, & legem feudi, nullam conſtitui poſſe differentiam.

Hinc dixit Thom. de Marin. tit. 19. num.
26 *6. naturam † feudi dupliciter conſiderari poſſe, vnam, quæ conſtat ex ſcripto, vt in toto tractatu feudorum, alteram, quæ ex moribus euiuſq; Prouinciæ recepta eſt, ſed inter vnam, & alteram, quo ad preſens inſtitutum ſpectat nullam conſtituimus eſſentialem differẽtiã. Naturalia dicemus † feudorũ, tum ea, quæ ex ſcripto, tum etiam ea, quæ ex moribus inducta videntur. Sed quia ex pacto alia dari natura feudis poteſt, cap. 1. in fine Quidam Inueſt. cap. 1. de feud. nõ hab. propr. nat feudi Caſal. conſ. 261. n. 26. ideo, & quæ pactionibus in Inueſtituris feudorum inducuntur, iure, ac merito naturalia dicere valemus, At vt receptui canamus, dum in primo feudum acquirente loquimur, accedente Regis conſenſu nullam differentiam conſtituere debemus inter formam, naturam, & legem feudi, nulla ſiquidem earum primum inueſtitum tenebit obnoxium, Proindeq; optimo iure conſilium fundari conſpicitur, dum paragium fœminis prohiberi à prim o illud acquirente, poſſe contenditur.*

EPITOME.

In hęredem incapacem cõtinuatur poſſeſſio feudalium vigore ca. Regni Reg. Ferdin. 43. quod non eſſe correptum per alia cap. Regni oſtenditur: queue ſint conſideranda in poſſeſſorio ſummarijſſimo quæritur. An cap. Si aliquem procedat in ſubfeudatario.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio continuatur in heredem in capacem feudalium ſtante in Regno cap. Ferdin. 43. contra Gregor. de iud. cauſ feud. queſt. 18. nu. 2. cum ſequ. quod procedit etiam data notorietate tituli.*

5 *Hæres an cenſeatur inſtitutus hæres etiã in feudalibus, ſtantibus iſl lis verbis in inſtitutione (& demum in toto eo de quo poteſt diſponere) an tunc dicanturilla verba reſtrictiua nu. 8.*

6 *Dictio demum quid ſignificet, & importet in diſpoſitione teſtatoris.*

7 *Dictio ſingulis, importat in diſpoſitione, ac ſi induidualiter fuiſſet facta diſpoſitio.*

9 *Hæres quantumcumq; inſtitutus in re certa cum dictione taxatiua, ſi in alijs rebus alium non fecerit heredem teſtator, contra voluntatem teſtatorris lex facit illum hæredem vniuerſalem in omnibus bonis iure accreſcendi, ne pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere videatur, quod procedit etiam in Barone, qui non habet priuilegium militis, dum, non degit in expeditione belli nu. 10.*

10 *Barones nõ habent priuilegium militis maxime in teſtando, dum non degunt in expeditione belli.*

11 *Miles non habet priuilegium in teſtando, ſi teſtatur non iure militari, ſed iure pagánico.*

12 *Tex. in l. Ius noſtrum de reg. iur. an procedat, quando hæres eſt prohibitus capere.*

13 *Capit. Ferdin. 43. non eſſe correptum per cap. nouiſſima Regni, maxime per cap. Carol. 118. demonſtratur, neque per cap. Philip. 18.*

14 *Diſpoſitio ceſſat, ceſſante præſuppoſito.*

15 *Statutum quando poſſit procedere ex identitate rationis in alio caſu.*

16 *Relationis vi lege referente, tota relatæ legis diſpoſitio comprehenditur.*

17 *Fœmina dicitur finis familiæ, & caput alterius.*

18 *Maſculi ex fœmina deſcendentes non veniunt in ſtatuto, vbi ratio eſt conſeruandæ agnationis.*

19 *Cap. Carol. 18. ratio eſt ſnbintrationis filiorum, in locum eorum patruum, & de ratione. cap. 204. & 18. Philippi.*

20 *Cap. Carol. 258. procedit in terminis cap. ſi aliquẽ, quod non procedit in ſubfeudis, & licet loquatur, in ſubfeudatario, tamen loquitur de eo, qui tenet feudum in capite à Rege.*

21 *Cap ſi aliquem non procedit in ſubfeudatario, quia debet intelligi de eo, qui capite tenet feudum à Rege.*

22 *Poſſeſſio continuatur in hæredem vigore ſtatuti, dummodo ab alio interim non occupetur.*

23 *Statuta ſi duo ſint, quæ inter ſe videntur contraria, ſi poſſunt aliqua diſtinctione ſaluari, per vltimum non cenſetur aliud ſublatum.*

24 *In poſſeſſionem vt mittatur quis remedio l. fin. C. de edit. diu. Adrian. tollend. teſtes an ſufficiant parte incitata, reſpondetur ad conſ. Caſtr. 3. in 1. vol. & ad alios, & obſtenditur in quibus terminis loquantur, & quid ſi de ſucceſſione dubitetur ſtante illegitimitate nu. 5. & ſeq.*

26 *Illegitimitatis quæſtio ſi principaliter fuitentata, facit vt debeat incauſſa ſupert ſederi.*

27 *In feudum, an poſſit concedere Baro territorium burgenſale de iure comm. & quid in Regno, in quo ſolus Rex poteſt. in feudare, & quid de excadentijs. & nu. 28.*

28 *Formam feudis dare, ad Principem ſolum ſpectat.*

29 *Infeudare non poteſt Baro, quia hoc ſpectat ad Regem, & an per lapſum 30. ann. cum ſcientia, & patientia Regis præſumatur feudum.*

30 *Feudi vna pars poteſt eſſe vnius, & altera alterius, neque obſtat cap. Volentes, quia illud intelligitur de feudo ab initio integro.*

31 *Vnio, & in corporatio facit ſortiri eamdem naturam, ſi nihil aliud exprimatur.*

32 *Feudum, non apparente forma, an præſumatur ſub forma ſtricta.*

33 *Tranſuerſales nõ veniunt, quando ſunt vocati deſcendentes ex corpore, etiam ſtante cap. Si aliquem, quia illud procedit tantum ab inteſtato, præſuppoſito feudo in forma larga.*

34 *Feudum non poteſt eſſe in re mobili, ita vt herbagij iure conceſſo in feudum, cenſeatur tota res conceſſa in feudum, contra nu. 37.*

35 *Ad Emphitioſim tota domus cenſetur conceſſa, ſi dicatur vt ſolum domus ſit iure emphiteotico, & ſuperficies ſit iure proprio, contra nu. 36.*

37 *Feudum poteſt conſtitui in redditibus, penſionibus, & alijs ſimilibus, quæ de perſe in abſtracto conſiderantur.*

38 *In feudum poteſt eſſe ius peragii, ſeu in riſdictio & in allodialium territorium, & ius*

ius pedagij præsumeretur feudale, si castrum sit feudale, tamen non est è contra.

39 *In possessorio summariissimo, non quis vere possideat, sed quis in possessione sit defendendus, considerandum est, & ob id sola insistentia sufficit etiam insuffa, sed data probatione pari, & de præsenti, præferri debet ille, qui habet antiquiorem possessionem, num. 40. & in hoc casu non habet fieri sequestrum, sed manutenendus ille, qui rei insistit, etiam si fuissent factæ probationes super proprietate ab vtraque parte. n. 41.*

CONSIL. XVIII.

INTENTIO Laurentij de Mirabella fundatur in testamento vltimi Baronis possessoris eius filij, in quo † est hæres vniuersalis instituta, & in quã est translata possessio vigore

1 capituli Regis Ferdinandi 43. etiam respectu bonorũ feudalium, vt expressè in cap. Regni dicitur, quod etiam procedit in feudis pacti, & prouidentiæ, & in casu, quo est institura fœmina incapax feudi cap. 1 §. Inter filiam, si de feud. fuer controuer. Bald. in cap. 1. de controuers. inter mascul. & fœm. & ibidem Aluarotus, Decius cons. 414. & 588. num. 12. Gozad. cons. 6. num 87. Afflict. decis. 119. Et ob id dicebat Ruyn. cons. 18. n. 20. vol. primo, quod hæres immittendus, & manutenendus est in possessione, & an sit successibilis, nec ne, discutiendum est postea: cõmunem refert Curt Junior. con. 141. Paris. 23. lib. primo, & Octau. Cacher. decis. Pedam. 26. Achill. Perso. de adipsc. possnu. 104. & Menoch. eod. tract. remed. 4. num. 375. cum seq.

Et tamet si Petrus Gregorius de iud. cauf. feud. quæst. 18. voluerit, capitulum Regni non procedere in feudo pacti, ponderando verba capituli, dum ponit similitudinem translationis dominij, & possessionis, nihilominus eius opinio in Regno est reprobata, & in specie ipsemet tenuit contrarium in tract. de concess. feud. par. 4. quæst. 11. in fine, vbi primo considerat, quod licet dispositio Baronis respectu dominij, & meritorum successionis, dicatur esse contra formam feudi, & contra dispositionem tex. in cap. volentes, tamen non est respectu possessionis, de qua vassallus quicunq; potest ad libitum disponere, nec in hoc datur repugnantia formæ; Rursus, quia intentio capituli fuit obuiare, vt possessio ab alio non capiatur contra voluntatem defuncti, & ob id generaliter procedit ipsius dispositio.

Et se cunctum hanc opinionem fuit alias judicatum in causa Frigintini, et in spolio tentato contra sororem vltimi motientis ad instantiam hæredis instituti, ita refert d. Boniornus super cap. Regni 43.

Et fuit decis. Cur. in add. ad Alex. in l. cum hæredes, ff. de acquir. poss. secundum quam consuluit Dec. d. cons. 424. et 467. Ruyn. cons. 18. vol. 1. Paris. cons. 41. lib. 1. et ita tenere indifferenter patres Regni, Regès Ramondertus in alleg. Sancti Marci testatur, ita quoque tenet Aleiatus cons. 256. in causa Colisani, licet contrarium in terminis decreti illius loci cons. 157. voluerit idem Bolognettus cons. 7. nu. 59. in causa Muxhartę, & cons. in causa Mazarræ num. 36. et num. 20. cum seq.

2 Et data † opinione contraria pro vera, adhuc limitatur nõ procedere quando in statutis est hæres ille, qui in allodialibus est proximior, adhuc in eum cum vniuersitate transit possessio feudi pacti, et prouidentiæ, est decis. 10. Andr. in add ad Spec. in titulo de resr. §. pen. in fine, sequitur Alex. et Ias. in l. fin. num. 26. C. de edicto diui Adr. toll. et pro limitatione posuit id Gregorius de iud. cauf. feud. quæst. 18. ver. limito hoc, vbi etiam subdit remedium adi piscendæ, et capitulum Regni 43. à pari procedere.

Eamdem quoque opinionem late conprobat Pedam. decis. 26. num. 14. licet exinde distinguat, quæ distinctio facit pro nobis, et successio partis aduersæ requirat longiorem, et extrinsecam probationem, vt dicetur infra.

3 Et in bonis † feudalibus, et fideicommisso subiectis, quod cõtinuetur possessio, etiam data notorie tate tituli, est pulchrum consil. et latius Riminald. Iun. 91. per totum in 1. vol. et Anguisciol. 61. in 6. lib. consulentium in terminis similis decreti, et statuti de continuanda possessione.

4 Et ideo † allegata in contrarium, et præsertim Gugl. de Benedictis in verbo mortuo testatore nu. 74. sunt contra communem opinionem receptam, et approbatam in Regno.

5 Aduersus † hanc munitissimam intentionem

nem opponunt aduerſarij, quod iſta domina in feudis non ſit inſtituta hæres, per illa verba (Et demum in toto eo, de quo diſponere poteſt.) quæ dicunt eſſe reſtrictiua l. ita demum C. de procur. Aret. in l. ex duobus in prin. ff. de vul. & pupill. ſed hoc mera vanitas eſt, quia Aret. loquitur reſpectu illius text. in quo fuerunt duo impuberes inſtituti, & poſt mortem amborum, alter ſubſtitutus, mortuo veroque admittitur ſubſtitutus, quia dicit tex.) Non is demum quod poſt aliquem eſt, ſed etiã poſt quem nemo intelligitur) & ſic ex modo loquendi, dictio, demum, idem eſt quod nõ tamẽ.

6 Dictio † namq; demum ſecundum Calep. idem eſt, quod tandem, & vulgariter finalmente, & del tutto, licet ſi addatur negatiua, alium ſẽſum faciat, vt in terminis illius tex. Verum quoque in terminis quæſtionis noſtræ res eſt clariſſima, nam apparet de intentione teſtatoris, primo quia diſponit etiam de feudalibus, & in bonis omnibus feudalibus inſtituit hæredem matrem, ſubdit etiam in feudo Alleri, & Mendula. Vltra hæc, erant feuda Sancti Philippi, & Muſtimacucco. In illa generali ergo inſtitutione hæc comprehenduntur, quia alia bona feudalia non habebat.

7 Addo † quod, dicit in omnibus, & ſingulis bonis feudalibus; illud verbum, ſingulis, imporrat ac ſi indiuidualiter dixiſſet, Oldrad. conſ. 300 cum vulg. quæ quotidie in contractibus iuxta formam Bullæ circũ feruntur, & ideo perinde eſt, ac ſi teſtator; ſingula feuda nominaſſet, & in eis matrem hæredem inſtituiſſet; exinde ſubdit, & demum in toto eo &c. augmentatiuè, & ad maiorem abundantiam, imo ad enixiorem eius voluntatis demonſtrationem.

Rurſus intentio teſtatoris fuit in feudalibus diſponere, etſi de feudo Alleri, & Mendula contendatur non potuiſſe, ſtante aſſerta forma repugnante, & ideo tantum in allodialibus matrem hæredem inſtituiſſe, & cum in omnibus alijs bonis feudalibus expreſſe matrẽ inſtituerit p verba dit ributiua, & indiuidualem demonſtrationem importantia, ſequitur, eius voluntatem per illa verba, quæ ad augendum poſita fuerunt, non reſtringi, ne inducta ad augmentum operentur diminutionem cõtra tex. in l legata inutiliter, ff. de adim. leg. cum ſimilib. vulg. maxime, quia ſequeretur contrarietas, & teſtator ſe in continenti correxiſſet, nam ſi in ſingulis feudis inſtituit, & ſic in feudo Sancti Philippi, & alijs, quomodo exinde per illa verba cenſeri poteſt talem inſtitutionem corrigi, cũ abſque diſpendio ſalutis potuerit relinquere feuda hæredi ratione ſorte melioramentorum: vel ratione alterius cauſæ, propter quam daretur iuſta retentio, quod conſiderat Riminald. d. conſ. 51. & Anguiſciola d. conſ. 61. ahoquin Doct. qui dicunt poſſeſſionem continuari in hæredem, etiam in feudo pacti, & præſuppoſito, quod diſpoſitio non valeret, conſtituerent teſtatorem in pena damnationis, nam aut præſupponunt illum ita voluiſſe, & ſic peccare, aut quia ita putauit, & hoc ſufficit, vt fiat tranſmiſſo; ita dicendum eſt in caſu noſtro, & clarum eſt, Doctores preallegatos loqui in ſimplici vniuerſali inſtituto ne hætedis, per quam clarum eſt, non cenſeri teſtatorem diſponere niſi de rebus ſuis & de quibus poteſt diſponere; & tamen volunt poſſeſſionem tranſmicti, & con-

8 tinuari in talem hæredem. † Non obſtant notata per Bart. in l. demum §. quod autẽ ff. de cond. & dem. & Iaſ. in l. damus ff. de cond. ind. quia primo loquuntur quando reſpectu rei legatæ conſtat de voluntate, & eſſet caſus noſter, quando inſtituiſſet in feudalibus, de quibus poteſt diſponere, vel adiecta cauſa, quia poteſt diſponere, vel aliter enuntiando eius poteſtatem, quod fuit in cauſa in Muxhartæ, in qua erant illa verba (perche de iure, & per forma delli ſupraditti) & inde in codicillis reſtetauerat teſtator iura vtriuſq; ſucceſſoris in Baronia; Bart. namque in d. §. quod autem, re currit ad coniecturas; & in caſu noſtro expreſſa verba, & coniectura tata mens, verba generalia, & diſtributiua neceſſario inducunt claram voluntatem etiam in feudis, de quibus agimus.

Præterea ſumus nos in inſtitutione hæredis, & Bart. loquitur in legatis, in quibus non attenditur niſi ſola voluntas legantis: in hæredis autem inſtitutione, & voluntas, & poteſtas iuxta iuris diſpoſitionem attendæ ſunt.

Ac pro reſolutione conſiderandum eſt, quòd qualſcunque fuerit teſtatoris voluntas, is in feudalibus iſtis neminem fecit hæredem, niſi matrem, & ſi eius voluntas ſola attenderetur, quatenus ex aduerſo contenditur, eam fuiſſe caſu, quo potuiſſet diſponere, ſequeretur quòd in iſtis decederet inteſtatus contra tex. in l. ius noſtrum de reg. iuris; & ideo non ſunt ponderanda

9 illa verba, quia † ſi expreſſe dixiſſet ſe inſti-

ſtituere in hijs, in quibus poteſt diſponere, adhuc cenſeretur facta inſtitutio etiam in feudalibus iure accreſcendi per tex. in l.1. §. ſi ex fundo ff. de hered. inſt. ita in fortiori caſu Bolognetus dicto conſ.7. n.105. per multa, de quibus ibi per eum, conſiderat; & eſt clara diſpoſitio tex. in d.§. ſi ex fundo, in quo tex. nulla poteſt eſſe clarior diſpoſitio teſtatoris, qui expreſſe in vna re tantum, per illa verba vere taxatiua, heredem inſtituit, nam ſi in alijs rebus nemo alius reperiatur inſtitutus heres contra voluntatem expreſſam teſtatoris, lex illum heredem in vna re tamen inſtitutum, vniuerſalem facit in omnibus; Et in terminis noſtris iſtud eſt de intentione Gregorij d. queſt.18. dum vult, quod cum vniuerſitate tranſeat poſſeſſio feudi in heredem inſtitutum, quantumcumque de feudo illo teſtator nec potuerit, nec cenſeatur voluiſſe diſponere. Eſt quoque de intentione omnium Doctorum, qui poſſeſſionem cõtinuant in heredem inſtitutum, etiam in feudalibus, & forma repugnante, & in heredem feudi incapacem. Et nulli dubium eſt, cognoſcere teſtatoris voluntatem regulandam eſſe cum iuris diſpoſitione, vt ſcilicet non cenſeatur in alijs bonis voluiſſe diſponere, niſi in hijs, de quibus poterat.

30 Non obſtat † quod ſumus in Barone ex Afflicto in prælud. feud. Pern. conſ. 14. n.7. Gregorius de iud. cau. feud. q. 18. in fine, & conſequenter videatur nos eſſe in caſu ſpeciali, & limitatione dictæ regulæ l. ius noſtrum &c.

Nam primo, reſpondetur hoc non eſſe verum ita ſimpliciter, ſed ita demum Baronibus licere iure militari teſtari, ſi degãt in caſtris, & in expeditione, puta ſi ſeruirent in ſeruitio militari, cum non aliter veris militibus hoc ſpeciale concedatur, Omnes in l. Centurio, & in ſpecie ita declarat Bolognetus d. conſ.7. nu. 107. & ſeq. nec valet conſideratio, quod Barones ſemper dicantur militare, nam hoc nec iure, nec ratione defendi poteſt, & nemo eſt, qui hoc dicat; nam ſatis differre dicitur Baronem eſſe obnoxium ſeruitio militari, & militare actualiter, & iam milites dicebantur ſemper milites, & aſtricti erant ad militandum, tamen ſpecialibus priuilegijs tũc vtebantur, cum actu erant in expeditione belli, idque particulari ratione, quia tunc ſolemnitates iuris ciuilis ſilent.

Nec ſumus in terminis l. eum qui certarum, de teſtament. militis, in eo videlicet, q. habet duo patrimonia, & reſpectu vnius tantum teſtatur; quia in caſu noſtro Baro teſtatus etiam eſt vti Baro, & ſic nõ vti paganus ſolum, & in vtroque patrimonio feudali ſcilicet, & paganico vnum heredẽ inſtituit iure quidem communi, nulloque
31 iure ſpeciali, quo † ſit vt etiam in milite attendatur iuris cõmunis diſpoſitio, ſi non iure ſpeciali, ſed iure communi apparet voluiſſe teſtari, Doct. in d. l. Centurio, & in l. cum ſimilibus C. de teſtam. militis. Et quod tex. in l.1.§. ſi ex fundo, procedat in milite, Cagnol. in d.l. ius noſtrum nu. 9. vbi declarat contraria.

32 Non obſtat, quod non procedat † regula l. ius noſtrum, vbi hæres eſt prohibitus capere &c. ex eodem Cagn. in l. ius noſtrum col. penul. de reg. iur. & Iaſ. in l. ſi is qui, ff. de vul. & pupill. Nam in caſu noſtro, omiſſis multis, etiam in feudo pacti non eſt prohibita diſpoſitio ex Capit. Volentes. Omnes ibi: & eſt communis opinio, de qua ſupra, quia etiam in femina incapace, & in feudo pacti, volunt procedere diſpoſitionem teſtatoris, maximè cum vniuerſitate, & ſic tam reſpectu teſtatoris, quam reſpectu heredis inſtituti, nulla adeſt reſiſtentia, aut prohibitio iuris: hinc dicebat Gregorius d. q.11. par.4. de conceſſ. feudi, prohibitionem eſſe circa dominiũ, & merita, non reſpectu poſſeſſionis, atque in caſu Iaſ. & Cagnol erat prohibitio reſpectu teſtatoris, & heredis, eratq; prohibitio legis. In caſu nõ feudatarius quam cumque diſpoſitionem poteſt facere, etſi non præiudicet agnatis, repugnante forma quę eſt alia quæſtio, & ſunt diuerſi termini ex intentione omnium, qui in feminam, et feudi incapacem, forma repugnante, voluerunt poſſeſſionem continuari, præſuppoſita pro valida diſpoſitione teſtatoris; quinimo in fortiori caſu dicunt non impediri continuationem poſſeſſionis, etiam ſi teſtator leget fideicõmiſſario, & det licentiam, & ſe cõſtituat poſſidere nomine illorum, ita per plura tradit Rimin. Ion. d. conſ.91. & Anguiſciol. dicto conſ.61. poſt infinitos quos allegant.

Cum ergo Baro iure communi teſtatus fuerit, & vniuerſaliter tamquam Baro, & tamquam paganus in omnibus matrem hæredem inſtituerit, nullo alio daro cohærede, ſequitur de iuris neceſſitate de omnibus diſpoſuiſſe in mattem, quidquid eſſet de eius voluntate. Ex quibus ceſſant multa,

ta, quæ ſine vlla ratione dicebantur, ſcilicet in feudis fuiſſe inſtitutos venientes ab inteſtato, & eos fuiſſe heredes inſtitutos ex voluntate præſumpta: nam hæc omnia, & alia multa, quæ conſulto omittuntur, quia leuiſſima ſunt, & cõtra expreſſam iuris diſpoſitionem, meo iudicio confunduntur veri termini legales; & ea, quæ pro confirmatione adducebantur, nec vera ſunt, nec à Doctoribus allegatis ſomniata, & præſertim dum allegabatur Iaſin l. quoties C. de hær. Inſt.

13 Secundo † principaliter, & aduerſus hãc continuationem deducitur, hodiè eſſe correctam diſpoſitionem capituli Regni 43. ex diſpoſitione vltimorum capitulorũ Regni. Verum ſi benè cuncta penſitentur, nullatenus obſtant. Primo ſi conſideremus capitulum Caroli 118. illud loquitur de ne

14 pote, & patruo, & ad tollendas dubitationes † ceſſat ergo diſpoſitio, ceſſante præſuppoſito, ex traditis in l. mancipia C. de ſeru. fug. Rurſus loquitur tãtum in patruo, & nepote maſculo, nec loquitur in cæteris vlterioris gradus etiam deſcendentibus, ob id exinde reſpectu fœminarum fuit opus aliam diſpoſitionem facere, & cũ cætera capitula loquantur in certis perſonis, non debet fieri extenſio ad correctionem alterius diſpoſitionis vt dicetur infra.

Et deueniendo ad capitulum Regis Philippi 18. quod ampliat diſpoſitionem Caroli loquentem in patruo, & nepote, nepte, & auita, ad tranſuerſales contendunt

15 aduerſarij ex idemptitate † rationis, atque vi comprehenſionis eſſe in caſu illorum ca-

16 pitulorum † maximè ex vi relationis, cum in lege referente tota relatæ legis diſpoſitio comprehendi dicatur, per infinita vulgata, & licet ad hæc omnia multæ poſſint accomodari reſponſiones, præſertim cum relatio non fiat ſimpliciter ad omnia, ſed tantum ad ius ſuccedendi, & in capitulo illo Caroli duo ſint principaliter diſpoſita, quorum vnum ſine altero, nempe ſucceſſio ſine poſſeſſionis continuatione ſtare poterat: tamen omiſſis multis, vt gladius ad radicem ponatur, dico nos non eſſe in terminis conſideratis à capitulo Regis Philippi, nec in caſu noſtro facienda eſt extenſio, aut comprehenſio, vt pretenditur, & male, ex identitate rationis, nam intranſuerſalibus diſponitur in fauorem vlterioris gradus, ea ratione, vt feuda remaneant in agnatione, & cognomine illius, à quo feuda proueniunt, & ſic non conſideratur linea, ſed agnatio, & cognomen, & vtrumque copulatiuè, & verba ſunt clariſſima. Nos verò ſumus in ſucceſſore ex filia fœmina illius Ioannis Senioris, qui non dicitur de domo, nec de agnatio-

17 ne teſtatoris, nec ipſamet filia † quia dicitur finis, & caput alterius familiæ, Gozad. conſ. 45. Ruyn. conſ. 24. in. 2. Pariſ. conſ. 23. num. 45. in primo Socc. Iun. conſ. 103. num. 2. in 2. & infinitos allegat Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 159. latiſſimè Menoch. conſ. 117. nu. 22. conſ. 150. nu. 35. & ſeq. & conſ. 172. nu. 15. in

18 2. vol. † quibus in locis poſt infinitos concludit, deſcendentes maſculos ex fœmina non venire in conſideratione, & in ſtatuto vbi ratio eſt conſeruandæ agnationis, & cognominis, pro vt in caſu noſtro vtrunq; concurrit apertiſſimè.

Iſtud probatur apertiſſimè ex capitulis Regni, quia per hanc rationem ſolum à remotiori maſculo repellitur filia fœmina, quę alioquin diceretur agnata, & diceretur cõprehenſa in inueſtitura: & nulli dubium eſt ipſam deſcendere à ſtipite, & eſſe de linea illius, à quo feudum prouenit; hæc omnia preſupponit capitulum, & rationem excluſionis dicit, Accioche li feudi reſtino nella caſata, & nel cognome, & conſequeter non eſt attendendum, quod agatur de, ſucceſſione feudi anteceſſoris, à quo deſcenditur, quia per hoc fœmina non excluderetur.

Iſte ergo de Soriana nec reſpectu primi, nec reſpectu vltimi eſt de agnatione, nec de cognomine; & licet proueniat ab illo Ioanne Seniori, tamen nec de eius domo dicitur, nec de cognomine, ſicuti nec eius auia diceretur, vt dictum eſt. Ratio ergo expreſſa in capitulis non modo non fauet parti aduerſę, immo eius intentionem confundit. Et cum non militet eadem ratio, ceſſant tradita à Cannicio in cap. Si aliquè fol. 275. cum ſeq. quibus ipſe extendit diſpoſitionẽ capituli ad alios vlterioris gradus, in quibus eadem ratio militaret: & ceſſant omnia alia, quæ ſuper hoc ſubſtinebantur.

19 Sed diſcutiendo † rationem diſpoſitionis capitulorum Regni; in illo 118. non eſſe niſi rationem ſubinterationis filij in locum patris, forte dicendum eſſet, & in quo volui it declarare illam altam quæſtionem propterea fuit opus noua diſpoſitione: & ne huic diſpoſitioni fraus fieret, & totalem effectũ fortiretur, Voluit capitulum ſimiliter.

liter prouidere aduerſus ea, quæ patruus cõtra nepotem potuerat procurare, in hã bẽda poſſeſſione in vita patris, ob idq; fuit particulariter diſpoſitũ in continuatione poſſeſſionis in nepotem: in hoc etenim nõ ratione particulari agnationis, & cognominis, cum in vtroq; quo ad hoc par ratio militet, ſed quia ita voluit Rex in eo caſu particulari. Aliud cap. 204. in fœminis ceteris paribus, idem diſponit reſpectu ſub intrationis, nam poſt quam in eis non cõſideratur ratio aliqua particularis voluit Rex idem ius ſtatuere circa ſucceſſionem, & in caſu, quo vrgeret ratio conſeruandæ agnationis, contrarium diſponit, vt ſcilicet patruus preferatur nepti, expreſſa hac ſiquidem ratione.

In tranſuerſali idem ſtatuitur, at vbi nõ adeſt ratio conſeruationis agnationis admittitur ſubintratio, vbi vero concurrit, attẽditur ratio illa particularis, & expreſſa.

Hi omnes caſus ideo peculiarem habuerunt prouiſionem, quia in terminis iuris communis dubij erant, & ſatis intricati re ſpectu ſucceſſionis.

Caſus noſter eſt diuerſus, & non poteſt præſupponi cuntingentia facti ſimilis, nec dubitabilis reſpectu meritorum ſucceſſionis, quia ſumus in matre hærede extranea, cui caſus deciſio ex clariſſima iuris diſpoſitione prouenit; nam aut feuda ſunt hæreditaria, & mater ſuccedit tamquam quilibet extraneus ex teſtamento; aut ſunt patrij, & prouidentiæ, & ſimiliter clarum eſt, eam non ſuccedere, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, & in hoc non fuiſſet opus noua diſpoſitione, & ſi dicatur à fortiori capitula eſſe extendenda reſpectu hæredis extranei, reſpondetur id eſſe præter omnem intentionem, & Regni ſupplicantis, & Regis concedentis; nam clarè apparet, eo in caſu tantum voluiſſe prouidere, in quo erant dubitationes, & lites: in caſu vero noſtro nulla eſt lis, & dubitatio, neq; eſſe poteſt reſpectu meritorum ſucceſſionis, eoq; magis id affirmandum, quia ſi caſus noſter eſſet comprehendendus in capitulis, vel ad eum eſſet facienda extenſio oporteret eamdem rationem concurrere; ſed quia in eo ceſſare videtur hæc ratio, remanet in diſpoſitione iuris cõmunis quo ſit vt remaneat diſpoſitio incorrecta Ferdinandi cap 43 & communis practica, & intelligentia in Regno, vt quo ad poſſeſſionem fiat continuatio in hæredem. Nec dicatur ratione poſſeſſionis lites in Regno fieri immortales, nã in hoc noluit Regnũ prouiſionem à Rege, niſi in caſibus illis particularibus, in quibus lex ſuccedendi erat dubia, & obſcura.

20 Remanet, vt reſpondeatur ad capitulum Caroli 258. de vterino loquente, in quo videtur attendi linea deſcendentium, & ſic poſſet adaptari ad terminos quæſtionis noſtræ. Primo dico, illud capitulũ procedere in terminis capituli, aliquem, vt expreſſe dicitur, quod capitulum non procedit in ſubfeudis, pro vtili caſu noſtro, quicquid dixerit Blaſcus in capitulo. Si ali
21 quem in 4 notab. Nam licet capitulum loquatur de ſubfeudatario, tamen loquitur de eo, qui tenet feudũ in capite à Rege, vt declarat Canniciũs in cap. Volentes ſol 139. num. 18. & in cap Si aliquem in prin. vbi non citato Blaſco, firmat capitulum, Si aliquem nõ procedere in ſubfeudis, allegat Andr. in cap. 1. num. 14. ver. Dicit conſtitutio, De nat. ſucc. feud. in quibus terminis vltra eum allego Loffred. in d. cap. 1. ver. ſed contra prædicta fol. mihi 49. quem ſimiliter adhoc refert Boniornus in cap. Si aliquẽ, in prin. & nouiſſimè Leonardus Liparulus in apoſtill ad Andr. vbi ſupra in pluribus verbis, loquendo de cap. Papæ Honorij, quod eſt capitulum, Si aliquem, vt dicunt omnes ibi, & Gregorius de conceſſ. feudi par. 4 quæſtione 12. A in ſpecie idem Gregorius de conceſſ. feudi par. 1. quæſt. 2. ver. hac, & Afflictus poſt Andr. in conſtitutione. Vt de ſucceſſionibus in primo notab. vbi loquitur de feudatarijs poſſidentibus à Rege, & ab alijs, adhuc dicunt procedere tantum in feudis quaternatis, quæ à Rege immediate tenentur, licet per manus Baronum, vt declarat etiam Frecc. de orig. Baron. num. 41. multo magis ergo capitulum, Si aliquem, in quaternatis tantum procedet, & non in ſubfeudis.

Faciet his ratio concludens, quia capitulum, Si aliquem, fuit factum ad extenſionem ſucceſſionis vſque ad trinepotem, extendendo conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus, quæ loquebatur vſque ad tertium gradum, ergo tãtum de quaternatis, quia quo ad feuda plana, & ſubfeuda non erat reſtricta ſucceſſio, Afflict. & Andr. vbi ſupra, & declarat Cannitius ſol. 225. Inſpecto iure communi feudorum, ſiue in feudo nouo, ſiue antiquo, & paterno: & ob idem talibus ſubfeudis fruſtratoria fuiſſet diſpoſitio prædicti cap. ſi aliquem.

Si

Si ergo capitulum 258. loquitur interpretando capitulum, Si aliquem, ſecundum terminos interpretatæ legis eſt intelligendum, ſunt deciſ. vulgatæ, ſed cum feuda, de quibus agitur ſint feuda plana, & ſub feuda, ſequitur in eis non habere locum diſpoſitio prædicti cap. Secundo reſpondetur, quod cap. fuit factum reſpectu vterinorum, quorum aliqui erant donatarij, aliqui erant inſtituti hæredes, & non eſt verſimile, quod voluerint generaliter tollere diſpoſitionem, quia vnico verbo potuiſſet hoc diſponi, & illa verba (detti fratelli vterini, ó heredi) referuntur ad præcedentia, quia cap. loquitur per verbum (detti) quæ eſt dictio demõſtratiua ad oculum, & dum antea dixerat, (& altri ſi fanno inſtituire heredi) dictio (altri) refert ſimiles ſcilicet vterino, quam credo veram intelligentiam capituli, cum tantũ voluerit diſponere de vterinis, ſiue hæredibus, ſiue donatarijs, & in eis particularem facere diſpoſitionem, ad tollendas dubitationes, quæ in Regno antea erant, vt omnes ſcimus.

Tertio pro reſponſione eſt conſiderandum, quod in cap. fit mentio, quod poſſeſſio continuabatur in hæredes, & tamen petitur, quod non detur remedium ſpolij, ſed quodd rigant ſe via eorum, idq; arbitror non ſine miniſterio fuiſſe diſpoſitum, nam capit. Regni 41. habet duo capita, & ſeparata, quorum vnũ ſine altero ſtare po-
27 tuiſſet, vnum † quod poſſeſſio cõtinuetur, & iſtud non proceſſiſſet ſi alius occupaſſet interim, Alex. & alij in l. cum hæredes ff. de acquir. poſſ. Caſ. in l. ſi ſoroti C. de iur. delib. cum infinitis alijs, de quibus pPlot. in l. ſi quando, & Proſp. Paſſ. conſ 140. cum alijs, quæ conſulto omittuntur, ob id proditum eſt aliud remedium, vt nec momentum intermedium conſideretur in hac continuatione, atque datur remedium recuperandæ poſſeſſionis, ſi forte interim alius occuparet.

Intẽtio itaque Regni fuit in hoc priuilegiare agnatos, vt ſcilicet ſi illi interim preuenirent, & caperent poſſeſſionem, & propterea aduerſus eos dari potuiſſet ſpolium priuilegiatũ, nullis auditis deffẽſionibus, vt fuit in ſpolio Frigentini, extaret prouiſum vt tale remedium non daretur, ea quidem rationi particulari, quia vna ſemel, quod eſſent in poſſeſſione, vitari circuitus debuiſſet.

Rurſus illa verba (Ma di quello che pretendino, ſi indrizino via ordinaria) de notant, quod in eo, in quo eſſent actores, tales hæredes ſcripti, voluerit capitulum fauere agnatis, at per hoc tamen non ſequitur, quod in agnatos continuetur poſſeſſio abſque apprehenſione, nec quod non continuetur in hæredes ſcriptos, vel ſaltem quod non ſit locus præuentioni, & quod præueniens non ſit manutenendus; quia in hijs præciſe à capitulo non diſponitur; & vtanda eſt aliorum capitulorum correctio, idque ego cõprobo ex notabili theorica Bart. in l. omnes populi in 3. quæſt. principali, quam refert, & ſequitur Alex.
23 conſ. 117. nu. 14. in 6. vol. † quod vbi ſunt duo ſtatuta, & poſſunt aliqua diſtinctione ſaluari, per vltimum non cenſetur aliud tolli, & ob id ipſe duo ſtatuta in caſu ſuo concordata, vt vnum intelligatur de ſucceſſione ab inteſtato, & aliud de ſucceſſione ex teſtamento: quòd ſortè poſſet in caſu noſtro adaptari, vt capitula nouiſſima non procedant in caſu teſtati. Sed cum non ſit neceſſe in hoc ingredi, miſſum facio. Ad rem ergo deueniendo, præ cæteris ego arbitror eſſe conſiderandum, quod nec Regni, nec Regis fuit intentio, ex toto tollere capitulum Regis Ferdinandi 43. quo ad feudalia, nam vnico verbo potuiſſet hoc diſponi, & denegari continuatio, & generaliter fuiſſet ſtatutum in feudis pacti: ad quid ergo primo particularem diſpoſitionem facere in patruo, & in nepote; & ex inde illud extendere in amita, & nepte, & ſubinde in quibuſdam trãſuerſalibus, & in quibus certa, & particularis ratio vigebat; nam ſi merita ſucceſſionis indifferenter fuiſſent conſiderata, ſiue reſpectu illorum, inter quos erat controuerſia, ſiue non, vt in terminis hæredes extranei ex teſtamento, verborũ circũloquutiones fuiſſent fruſtratoriæ, & vnico verbo potuiſſet diſponi, vt in feudis pacti &c. poſſeſſio continuaretur in legitimos ſucceſſores; & ideo merito dicendum eſt, vt euitetur correctio in totum dicti capituli, & ne hodie otioſa ſit eius diſpoſitio, quod contrarię, & nouæ diſpoſitiones reſtringantur ad terminos, in quibus vel expreſſe loquuntur, vel ſaltem ad eos caſus tantum extendantur, in quibus ratio particularis, et in capitulis expreſſa militat: tum maximè quia alias extenſio in correctorijs non admittitur, vt eſt notiſſimum lippis etiam, et tonſoribus: tum etiam, quia hoc modo, et ſub tali diſtintione vtrumq;

ſtatu

ſtarntum ſaluatur, ex rheotica Bart. & Alex. in preallegatis locis.

Et hæc diſputantur præſuppoſitis feudis in forma ſtricta: rurſus præſuppoſito quod in confeſſo ſit, & clarum, quod iſte de Soriana ſit talis qualem ſe facit in hac feudorum ſucceſſione. Ar in primis, de eius qualitatibus non conſtat, quia ſi conſideremus teſtes, illi ſunt recepti in alio magiſtratu, ad alium finem contra alias perſonas, & demum parte incitata.

24 Dicebatur † primo ſufficere teſtes receptos eſſe parte incitata ex conſil. Caſtren. 3. in primo volum. Ceſali conſ. 19. Neuizan. conſ. 80. eum ſimili, ſed pro reſponſione omiſſis multis, quæ in hoc dici poſſent, dico procedere dictum Caſtren. & aliorum reſpectu poſſeſſionis: nam cum in iſto interdicto attendatur, vt infra dicetur, quis vere ſit in poſſeſſione actuali, Iudex pôt de hoc ſe informare &c. In caſu noſtro non de poſſeſſione actuali, ſed de eiusdem ſimilima agitur reſpectu iſtius de Soriana prætenſi ſucceſſoris, quæ præſupponit veritatem ſucceſſionis; & reſolutionem meritorum, cuius diſcuſſio reſeruanda eſt in alio iudicio, eum requirat altiorem indaginem Dec. conſ. 467. Soec. Iun. conſ. 75. nu. 20. in primo Roland. conſ. 1. num. 72. In primo Cur. Iun. conſ. 108. nu. 39. cum infinitis alijs, & ob id licet quando agnati incontinenti probant ſe tales admittantur in terminis l. fin. C. de edicto &c. tamen talis probatio debet eſſe obſtendendo ſe nominatos in inueſtituta, de qua agitur: ſi vero nõ nominantur, ſed geneologia eſt probanda extrinſecus, ſecus eſt, quia tunc dicitur requiri altior indago, & ideo reſeruanda, ita Zuccardus in l. fin. num. 399. & poſt Soce. Iun. Gram. Ceſal. Roland. Pedam. & alios, ita tradit Achill. Perſon. de adipiſc. poſſ. num. 112. ad quos etiam ſe remittit Menoch. eod. tract. n. 381. nam ſi teſtes ſufficerent parte incitata, nũquam haberẽt locum iſtę deciſ quia facilitèr quis parte incitata poſſet teſtes capere adſui intentionem.

Præterea procedit conſ. Caſtren. quando Iudex, qui debet decidere, ſe informat, & ita loquitur: in caſu noſtro teſtes ſunt recepti ab alio Iudice, Item contra alias perſonas, ideſt contra fiſcum Comitatus, & nulli dubium eſt in hijs terminis non loqui Caſtren. nec alios allegatos.

13 n 682. imò, nec ſufficeret proteſtatio, † ſed eſt neceſſe plus facere, & appellare, Aret. in d. §. nihil commune, col. 7. refert, & ſequitur Felyn. in cap. inter monaſterii n. 23. verſ. ſorte tamẽ eſt neceſſaria, de re iud. & interminis voluit etiam Crauet. conſ. 209. n. 8. & melius conſ. 348. nu. 4. vbi expreſsè voluit non ſufficere, fuiſſe oppoſitum quòd nõ procedatur ſuper petitorio, ſed eſſe neceſſe petere quòd capitula non admictantur, & ſi fuerunt ad miſſa, appellare, ſed in caſu noſtro licet ex abũdanti dicta ſint, cũ, vt dixi, ante ſententiã obſcurè latã nulla fuerit facta oppoſitio, nec, proteſtatio, ad tollendas tñ oẽs difficultates, dicimus ex aduerſo eſſe petitum, quòd merita deciderentur' quia in primis in ſupplicatione prædicta iſta Dñam ſe vocat, vnicã, & indubitã ſuccediticẽ, & q; vſufructus ſit conſolidatus cũ proprietate, & quòd dñium, & proprietas ſemper fuit, & eſt ipſius, & demũ ſupplicat, quod ſtante hac conſolidatione, manutenearetur in poſſeſſiõe Baronię, & in toto integro ſtatu, vſufructu, & pleno iure, hæc om-
14 nia ſapiunt † petitorium, vt in effectu exinde miſſo, ibi, ita quoq; petitur, & demum in capitulis preſentatis cum rubrica cum iuribus, &c. expreſsè petitur declarari vſufructũ cum proprietate cõſolidari debere, & in fortiori caſu non exiſtentibus tor, & tantis, de quibus ſupra, & in remedio recuperandę determin at Brunus conſ. 59. n. 21. vbi inter cętera conſiderat, quod agens, pe tierat, quòd tamquam inueſtitus deberet manuteneri, per quæ verba dicit fuiſſe ad merita ingreſſum.

Nec verum eſt, quòd hæc ad conſortandum ſunt deducta, quia hoc eſſet, ſi in capitulis nattatinis tãrum hæc fuiſſent enuntiata, & deducta, ſed in caſu noſtro ſuper hijs petit declaratio, & deciſio, & ſine proteſtatione, vt etiam conſiderat Brun. dict. conſ. 19. nu. 21. & tradit latè Aſſict. deciſ. 193. & pleniſſimè Pariſ. conſ. 112. lib. 1. Etſi in petitione petitur, quòd manuteneatur in vſufructu, qui eſt pars dominij DD. in l. qui vſufructum ff. de verbor. obligat. ergo nil cõmune cum poſſeſſorio: imò cũ petitur cõſolidatio cum proprietate, vt pleno iure declaretur domina, omnino dominiũ petitum eſt; Et cum clara ſit petitio, iudices debẽt ſe teddere conformes petitioni,
15 aliàs ſententia † nulla eſſet cap. licet Heli, de Simon. Abb. & alii in cap. fin. de ord. cognit. Debet ergo decidi an vſufructus ſit conſolidandus cum proprietate, conſequenter videndum eſt, & diſcutiendum in poſſe cuius ſit proprietas, & in cuius perſonam ſit facienda hæc conſolidatio, hæc autem omnia neceſſariam præſupponunt deciſionem meritorum.

Præterea in caſu noſtro omnino ingrediendũ eſt ad merita, quia pars aduerſa totã vim facit in conſtituto, quod ex tenore illius factum eſt pro illis, qui fouent ius in meritis ex tenore refutationis ſtantibus verbis ſi ea appoſitis, vt infra dicetur. Prius ergo debet decidi ius in meritis, nam à reſolutione meritorum pendet iuſtitia, & reſolutio conſtituti, cum ſi actus principalis
16 reſolvatur, vel ſit † cõditionalis, vel aliter

ſtet in ſuſpenſo, pari modo in omnibus regulanda ſit vis conſtituti, pro vt latè cogerit Tiraq. in limitatione 7. par 2. tta r. ſuo de conſtituto. Nec ſumus in caſu, quo effectus ſit conſumatus, vt dicebatur ex eodem Tiraq. quia omiſſis alijs reſponſionibus, pro modo hoc procederet, quando refutatio eſſet ſimplex, & facta reſpectu vnius: in caſu noſtro, vt dictum eſt, refutatio eſt alio modo facta, nam eſt facta pro filijs Don Antonij; & Don Vincentius eſt filius Don Antonij, & in filios eſt tranſlata poſſeſſio, eſt bene verum quod hoc in refutatione dicitur obſeruandum eſſe ſecundum iura, & Regni conſuetudinem, & formam priuilegiorum, & pro ijs, qui ſuccederent ſecundum prædicta iura, & Regni conſuetudinem, ac formam priuilegiorum, eſt etiam appoſitum conſtitutum, ergo quis iſte ſit, primo loco eſt videndum, diſcutiendum, & determinandum Hinc appareret nil facere Pariſ. conſ. vltimo lib. 4. quia ille loquitur in ſimplici conſtituto, appoſito pro donatario, & hæredibus. Nec ad rẽ facit, quòd Don Gabriel Iunior in vita Ani prælitetit homagium, & fuerit inueſtitus, Nam viuo D. Gabriele Inniore non erat locus D. Vincentio, & ius ſuum naſcitur mortuo ſine filijs maſculis.

Nec patiter ad rẽ facit Cur. Iun. cõſ. 41. & 108. quia in caſibus, in quibus ipſe conſuluit, nõ agebatur niſi de mero poſſeſſorio nec in petitione erant deducta merita, in illis caſibus etiã præſupponebatur quod de feudo poterat diſponere vltimus feudatarius ſtante forma inueſtituræ, & in effectu in ptędictis caſibus de facto, & forma inueſtiturę erat contentio, & demum in prædictis caſibus Curt. mouetur pluribus rationibus, quæ in caſu noſtro non militant, ob id merito non poteſt allegari ad cauſæ deciſionem Crot. conſ. 100. n. 18. in primo, nam expẽrientia ſcimus, et vidimus conſulentẽ quandoq; pluribus rationibus moueri ad conſultationem faciendam, quòd nõ faceret, ſi oẽs illę rationes non concurrerent quod etiã tradit Crotus d. conſ. 100. nu. 18.

Ex hijs etiã ceſſant tradita in §. intet filiam, ſi de feudo fuerit contr. nam nõ eſt dubium filiam eſſe admittendam, ſi de forma feudi, et cæteris, quæ in facto conſiſtunt inter partes, eſſet, vel poſſet eſſe cõtrouerſia, in caſu antẽ noſtro alia ratio reſutmat pactũ, et oĩs difficultas tollitur, cũ, quę in facto cõſiſtũt, ſint in confeſſo, et expreſſe merita hinc inde deducta ſint, et petita, vt dictum eſt. Ceſſant quoq; deducta ex Baldo conſ. 244. in 3 Natt 346 cum alijs, de quibus per Canalc fol. 330. cum ſeq. Nam hæ decitio-
17 nes † potius faciunt pro nobis, voluntenim quòd ſi duo contendunt ſe hæredes, et qui libet petit inmicti in poſſeſſionem, tũc etiã ſi quis ſit ſpoliatus iudicis authoritate, debeant diſcuti merita, et videri quis ſit verus hæres, et Index cũ cognitione cauſæ debeat diſcurere de potioritate, et prioritate in rium rei conuenti; et ſic ſuper exceptis, et non ſuper ſpolio debet indicare, ſecus tamen inquit Canalc. ſi eſſemus in eo, qui ſua authoritate ſpolianit alium, qui præuenit in poſſidendo, quia tunc ille debet reſtitui, et in hoc dicit ſe iudicaſſe exclamando talem deciſionem, more tamen illorum, qui ad pauca reſpiciunt, nam hæc ſua deciſio adeò modicam dubitationem habet, vt nemo ſit qui contradiceret, et in terminis, inquibus ipſe loquitur hęc ſunt veriſſima, et in caſu noſtro non ſumus in ſpolio Donnæ Annæ, nec oſtendit ſe præueniſſe, et contentio eſt de vero hærede et ſucceſſore, et vterque tamquam talis petit manuteneri, immo tamquam dominus petit vſufructus cum ptoprietate conſolidarionem, et ex adnerſo petitur, quòd reſutatio habeat effectum ex tunc, et quòd vſusfructus conſolidetur in eius perſonam, ergo hæc omnia ſunt diſcutienda, et Iudex cum cauſæ cognitione dererminate debet quis in petitis, et deductis iuſtius induat arma, vt ſententia reddatur iuxta petita.

Non obſtat etiam conſ. Roland. primum nu. 52. et 60. lib. 1. nam loquitur in filia, qnę primo loco habet intentionem fundatam, et non conſtat in caſu ſuo de iure agnatorum, et loquitur in iudicio adipiſcendæ agnatis non poſſidentibus, vt ipſe ait, reſpondendo ad contraria nu. 71. et 72. imò quando poſſeſſio eſt ſub ſequeſtro, et duo prætendunt admicti dicit nu. 53. ex offitio nobili Iudicẽ poſſe exigere probationes à partibus, et dare poſſeſſionem cui de iure danda venit, quod etiam ſimilibus verbis determinatum eſt in Regno per capitulum nouiſſimum, de expediendo cauſas poſſeſſionis infra terminum nonaginta dierum.

Hinc etiã tolluntur tradita per Gozad.
18 conſ. 7. et Roland. † conſ. 2. num. 18. et ſeq. dum volunt text. in cap. inter filiam, extendere ad neptem, et proneptem, quia in hoc inter nos non eſt contentio, et patet reſponſio ex prædictis, quandoquidem ſi reſpectu filiæ exiſtentis in primo gradu

du deciſiones allegatæ nil faciunt ad propoſitum, multominus obſtabunt illæ, quę in aliis vltioris gradus loquuntur. Apparet igitur clariſſimè neceſſario, omiſſa diſputatione poſſeſſorij, in caſu iſto agendum eſſe de meritis, & omnino videndum, quid de iure ſtatuendum ſit in ſucceſſione Baroniæ iſtius, in qua ex vna parte allegatur reſutatio iam facta, & ex alia allegatur forma Baroniæ, & alia de quibus infra.

Quantum ergo attinet ad merita, famoſa eſt queſtio, & in Regno noſtro non ſemel controuerſa, in qua præſtantiores noſtrates variarunt ſecundum caſuum cõtingentiam, et ſecundum quod magis vni, vel alteri parti, vel ob ſanguinis coniunctionem, vel ſpe lucri, aut proprio intereſſe voluerit fauere. Nos in confeſſo ſumus eſſe in feudo formæ ſtrictæ, et cum clauſula iuris francorum, & in puncto quæſtionis, præſuppoſita reſutatione facta in proximiorem, an debeat attẽdi tempus mortis,
19 vel reſutationis, † arbitror ego, et verioꝛem, et magis communem eſſe pro Don Vincentio, etquòd attendendum ſit tẽpus mortis, vt qui eo tempore proximior reperitur vltimo morienti, admittẽdus ſit ad feudi ſucceſſionem, nam ſi volumus conſiderare iura feudalia, ſecundum quæ in primis eſſet decidenda quæſtio, in cõtrarium nil eſt, quòd concludenter ſtringat; nam tex. qui primo adducitur in cap. 1. de alienat feud. par. illud tantum diſponit, quod tex. in 1 cum pater §. à filia ff. de legat. 2. à quo tex. eſſe extractum dicit Cannicius in loco infra allegando, & fol. 162. n. 7. & 15. & diſponit tantum quòd non prohibetur vaſſallus alienare in proximiorem, etiã ſine conſenſu domini: de preiudicio autem agnatorum nihil dicitur, immo quòd non teneat alienatio in eorum preiudicium, declarat ibi Aluar. & Præpoſ. Nec obſtat q̃ tex. generaliter loquatur, & ſic generaliter intelligendus, nã hęc friuola eſt ratio, quia nõ eſt nouũ, vnã legẽ peraliam intelligi, & interpretari, maximè nẽ abſurdum ſequatur, & ſi ratio ita dictet, & nos regat, ac impellat ad talẽ interpretationẽ faciendã.

Patet hoc ex hijs, quæ dicunt omnes in cap. Volẽtes, quod illa generalis permiſſio alienandi feudi, intelligitur, forma non repugnante, ne preiudicetur agnat 3; et ita illum tex. in cap. 1. de alienat. feud. pat. expreſſè reſtringit Alexand. conſil. 15. num. 8. in 5. nec meo iudicio contra hanc
20 intelligentiam ſtringit † tex. in dicto capit. 1. dum per Campixanum ponderabatur in eo, quod velit ibi tex. alienationem feudi paterni non valere etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus, et tamen permittit alienationem in proximiorem, ergo etiam agnatis non conſentientibus: nam ſi rectè ponderetur ille tex. duo principaliter diſponit, vnum eſt quando alienatio fit domini voluntate, alterũ quando ſine domini voluntate: in primo caſu dicit, non valere in preiudicium agnatorum, in ſecundo dicit valere eatenus,
21 † quatenus fiat in proximiorem, quia tunc dicit tex. non eſt alienatio, ſed quaſi reſutatio, et in hoc vltimo non conſideratur conſenſum, nec preiudicium agnatorum, ſed tantum preſuppoſita prohibitione alienandi beneficium etiam inter agnatos, & ideo dicit tex. licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen ſi paternum fuerit conceditur, hoc eſt quòd domini voluntas non ſit neceſſaria, ſubdit tex. retento eodem themate, quaſi in vim rationis, quòd ſi vnus agnatus alteri libellum faciet non eſt alienatio, ſed quaſi reſutatio, quaſi velit dicere quod ideo nõ requiritur domini conſenſus, quia non ſumus in vera alienatione, de preiudicio autem agnatorum nullum verbum dicitur, nec ratio ſtringit, vt dicamus id, ad qđ ex aduerſo allegatur.

Non obſtat alia ratio Campixani, quòd nulla eſſet ſpecialitas inter alienationem factam in remotiorem, & illam factam in proximiorem, quia imò magna eſt, nam illa vt non valeat, & ab initio etiam ſit nulla
22 magnus fuit † conflictus, & Andr. in cap. Titius, ſi de feud. fuerit controuerſ. inter dom. & Agnat. voluit, quòd ſit nulla, quam opinionẽ dicit eſſe tendendam, poſt multa idem Cannicius fol. 161. verſ. ſed opere pretium eſt videre, et ſi cõtra Andr. ſit communis, licet hoc non ſit, vt ipſe dicit, immò in cauſa Criſtiæ dicit communem eſſe cum Andr. et ab ea non eſſe recedendum in iudicando cenſet, et eam tenet Lipirulus ad Andr. in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. et ſequitur etiam Dom. Bonior. in cauſa deli Miri. fol. mihi 84. in 4. volumine. Alienatio verò facta in proximiorem valet, et tenet ſecundum Omnes, et ideo magna eſt differentia. Rurſus †
23 ſpecialitas eſt, quia data alienatione in proximiorem, eſt irreuocabilis viuente alienante, etiam oblato pretio, ſecus eſt ſi in remotiorem ſit facta cap. 1. §. Titius, ſi de feud. fuer. controuerſ. et in cap. 1. §. porrò,

rò, qualiter olim feud. poter. alienari, & declarat distinguendo plures casus Clarus in §. feudum quæst. 42. & secundum eius distinctionem apparet responsio ad consiliũ Alber. 75. com alijs ex aduerso allegatis.

Ista quoque ratione est specialitas, quia respectu alienantis est perpetua, & hoc respectu dicitur, quòd est mortuus, & reputatur pro tali, & ita respondetur ad illos
24 DD. † qui dicunt hanc refutationem esse perpetuam Bald. in cap. primo de alienat. feud. & in cap. 1. de alienar. feud. pat. & ad illud, quòd paria sunt remoneri morte, vel reforatione vt per Mandell. cons. 86. & similia, respondetur quod intelliguntur non de preiudicio agnatorum, loquendo tamen in feudo paterno, & formæ strictæ, in quo feudo non procedit quod dicit Siluan. cons. 3 num. 81. dum vult inter agnatos valere alienationem feudi etiam in preiudicium agnatorum, quia si loqueretur de feudo paterno, & formæ strictæ peßimè loqueretur, vt ipsemet aduertit, & est meo iudicio opinio indubitata.

Et ideo satis apparet non posse ex aduerso fieri fundamentum in dict. cap. 1. de alienat. feud. patern. & consequenter Cannicius fol. 86. & seq. malè, & peßimè dicit quòd contraria opinio formatur super illo tex. tamquam super firmam petram, maximè quia ipsemet in principio dixerat nihil facere.

Posset quoque responderi ad alia contraria, quæ pro firmanda hac opinione adducuntur, quia tamen, & Cannicius, & alij etiam respondent, & non sumus in scholis, brevitatis causa omittenda sunt. Et deueniendo ad auctoritates dictorum, qui allegantur pro hac parte, in primis pro antesignano huius opinionis allegatur Bernard. de Medico, in cuius dicto ceperunt errorem plerique, nam pro responsione dicitur
25 † ipsum loqui in feudo in forma larga, & hereditario; vt illum intelligunt Bl scus in cap Volentes, in prima lectura D. Gregor. 4. par. quæst. 10. verf. 3. ex eadem, de concess. feudi, & omnes alij, de quibus infra.

Nec valet, quòd considerat Cannic. fol. 87. in cap. Volentes, in fine, dum dicit quòd si Bernardus isto modo loqueretur, ridicula esset quæstio, postquam loquitur de filia primogenita, & de secundogenito, Nam arbitror ego magis ridiculum esse ipsum qui in hoc decipitur: Bernardus enim loquens precisè, & expresse in feudo hæreditario vult, quòd si ab intestato decederet
26 † vassallus, tunc esset locus successioni iure francorum, quia in Regno ab intestato est hæc successio iure francorum admittenda, cum feudum non nisi ad vnum posset deuenire, & ad digniorem, qui est masculus, & primogenitus proximior, ita dicunt omnes in capitulo Volentes, & in Regno est indubitatum. Hoc igitur themate præsupposito, est necesse præsupponere, succedentes legitimos, & sic filiam primogeniti, & secundogenitum, quòd præsuppositum decepit Cannicium; Et hijs adhuc præsuppositis, retento eodem themate successionis ab intestato, succedit quæstio, quod si in vita vassallus habens feudum forma hæreditaria, illud donasset ptimogenito, qui moreretur relicta filia, decidit Bernardus, quòd ipsa succederet, & ratio est, quia non posset conqueri secundogenitus, cum talis donatio fuerit facta citra eius præiudicium, stante forma hæreditaria, & ideo intentio
27 † Bernardi ea fuit vt ab intestato esset locus successioni iure frãcorum, si nec in vltimis, nec in vita esset facta alienatio, nec ad rem facit quod decisio talis esset indubitata, nam non per hoc debemus dicere ipsum loqui in alijs terminis, vltra per eos præsuppositos, imò cum inferius loquatur de feudis in forma stricta, & hanc quæstionem non fecerat, potius dicendum esset Bernardum fuisse contrariæ opinionis in feudis formæ strictæ, vel si voluisset generaliter intelligere, posuisset quæstionem in fine, postquam omnes formas recensisset.

Et ita apparet non bene loquutum fuisse Io. de Ansalone in causa feudi Formleę, quòd ego habeo vol 21. Nã ipse solo dicto Bernardi monetur, & in casu suo per transennam, quia dicit, si posset probari quòd fuerat facta refutatio, esset clatum, &c. & allegat Bernard. & in lite non erat talis refutatio, vt apparet ex allegat. Io. Aloysij in eadem causa in suo volumine fol. 241. Et ideo dicendum est in ea causa nõ fuisse factam discussionem super hoc puncto; Isto quoque modo deceptus fuit D. Io. Aloysius in causa Palazzoli, cum Bernardi authoritate moneatur.

Anton. Mantellus in causa feudi Cadiuni tenet hanc opinionem, sed ex deductis per eum apparet, quod ipse non vidit, nec considerauit iura, & rationes, de quibus infra. Allegatur etiam pro hac opinione Blas. Lancea in plerisq; locis Primo in causa Palazzoli, sed in ea succubuit, quia erat

pro

pro actore, & fuit liberatus conuentus, eſt verum, quod in ſententia non fuit habita conſideratio ad hæc, ſed ad duo capita, & quia illa Domina non erat hęres iuxta terminos cap. An agnat. & quia obſtabat exceptio rei iudicatæ, & ego habeo iuſtificationes Iudicum in illa cauſa vol. 10. quę deſeruient, dum reſpondebo ad ſententias quæ pro hac opinione allegantur. Idem Blaſcus allegatur in cauſa Linguegroſſę, Caſtaniæ, & in cauſa Caltabellottæ, & in cap. Volentes, in 2. Lectura, ſed de eo non eſt curandum cum fuerit ſibi contrarius, & in illis cauſis aliæ rationes concurrebant, quibus forte ſimul motus, potuit in hanc ſententiam concurrere.

Hanc opinionem etiam tenēt multi alij, de quibus per Cannic. fol. 87. ſed in omnibus ſupradictis cauſis cōſiderādi ſunt DD. contrarij, quia ipſe tantum ponit aduocatos vnius partis, & non eſt dubitandum, quòd in cauſis tam arduis, & inter nobiles nón fuerint Diuerſi pro vna, & altera parte, quo fit vt non ſit habenda tanta cōſideratio ad opiniones aduocatorum. Ex
28 ſententijs † autem, quæ allegantur, nulla eſt quæ concludat, nam, vt dixi in cauſa Palazzoli, fuit liberatus conuentus. In cauſa Caltabellottæ, & in cauſa Criſtiæ erant particulares rationes vltra iſtas, nā lis erāt inter nepotem, & amitam, & erat illa. alta quæſtio, an præferretur nepos, & potuit iſtā opinionem M. C. ampleāti, quę exinde fuit recepta in cap. Regni, & D. Franciſcus de Neapoli vol. 7. dicit pro hac parte in Regno deciſum, & Saccanus ibidem quòd hoc ſit indubitatum in Regno.

Rurſus in prædictis cauſis allegabatur sē tētia lata contra Leonorā, & eius hęredes, & contra Comitem Antonium, qui vendidit Andriottæ, quia res erat effecta litigioſa, & alijs iuribus. Quomodo ergo poſſumus ſcire qua ratione moti ſunt Iudices, maximè illo tempore, & in Comitatu Caltabellottæ, vltra prędictas rationes militabat quod Comitatus erat in forma larga, vt dicunt conſulentes in dicta cauſa.

In cauſa Caſtaniæ, de qua per Blaſc. in 12. volumine erat ratio particularis, etiam circumſcripta refutatione, quia eius vxor non fuerat dotata, & ſic præferebatur primogenitæ maritatę, & dotatę, & conſequenter non amiſerat priuilegium capilli; ita ipſe dicit in verſ. plus dicendum, & magis notandum; Item quia nupſerat cū proteſtatione pro cautela, & conſulta à iuriſperitis, quod niſi retineret Baroniam non nupſiſſet, vt dicit in verſ. prętereа, quòd ipſe inſert ſaltem vt excuſetur in amiſſio ne priuilegij capilli; Et ideò cum hę rationes eſſent releuantes, etiam non habita conſideratione ad refutationem, non poſſit concludenter dici in tali cauſa pro refutatione fuiſſe deciſum.

In cauſa Buccherij fuit controuerſia in ſpolio, & potuerunt moueri Iudices ex ſolo priuilegio ſpolij, quod conſideraуerunt tantum tres ſollemnes Doctores Neapolitani in eadem cauſa, ſcilicet Ioannes Angelus Piſanell. Thomas Saler. & Marcus Antonius Flocca, quos ego habeo vol. 16. fol. 329. Similiter in cauſa Miſerendini, vltra quòd fuit tranſactum, erat quæſtio ſubintrationis de nepote, &c. & in iſtis cauſis non apparent iuſtificationes, vt ſciamus qua ratione moti fuerint Iudices, & ideo in eis ſententijs nulla eſt facienda vis.

Nec eſt facienda vis in dictis Cannicij,
29 † quia vltra quod ipſe more ſuo erat inconſtans, ex ſuis dictis vltimis apparet error, maximè, quia dicit opinionem contrariam eſſe firmatam ſupra petram in tex. in d. cap. 1. & tamen ſine alia inductione, aut ponderatione ante dixerat nihil facere. Item dicit opinionem contratiam firmari incōuincibilibus rationibus, & tamen ipſemet ad omnia reſpondet, & apparet clarę reſponſiones, & ſi ipſe rationes inconuincibiles dixit, cur adhuc dixit opinionē eſſe dubiam, & non determinat; Et conſideranda eſt, quod ipſe hanc lecturam fecerit ante cōſilium redditum in hac cauſa Vcrię quę ſi poſt fuiſſet, feciſſet mentionē. Apparet igitur opinionem primam quòd attendatur tempus reſtatationis, nec iure, nec ratione, nec authoritate tali ſul citam eſſe, vt dicamus in eam debere inclinare. Contraria opinio pro Don Vincentio fulcitur maioribus authoritatibus, rationibus, & ſententia, ac deciſione M. C.

Et omittendo multa, quæ in rei veritate deduci poſſent, illa ratio eſt ſolidiſſima,
30 quòd cum † ſtante forma feudum dicatur reſtitutioni ſubiectum poſt mortem vltimi Andr. in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſs. feud. Dec. conſ. 445. & omnes in cap. volentes, Beneuent. in cap. 1. An agnat. & cap. Imperialem §. prætерea ducatus fol. 91. neceſſario ſuccedit, quòd poſt eius mortem omni iure debet ſuccedere conuentus primo quia maſculus: ſecundo, quia maior natu. tertio quia proximior, etiam in terminis

miuis conſtitutionis Regni, Vt de ſucceſſ. & eap. ſi aliquem; qui licet loquantur in
31 collateralibus, rameu idem eſt † in deſcendentibus Pern. conſ. 4. de Gregor. de eonceſſio. feudi 4. part. quæſtione 10. & hodie eſt abſolutum in Regno, vbi concurrit maſculus, & fęmina, vt pręferatur patruus.

Fundatur ergo hæc opinio in deciſione
32 † tex. in §. diui il primo, l. filius famil. ff. delegat. 1. in l. cū pater §. à filia de legat. 2. & in l. vxorem, §. Seium ff de legat. 3. & communis deciſ. Batt. in l. poſt mortem, C. de fideicom. quam dicit cōmunem Pariſ. conſ. 23. nu. 22. lib. 3. per quæ iura aperte confunditur opinio contrariorum, qui præſupponunt reſtitutionem, & reſtiturionem fideicommiſſi in vita, & nulli dubium eſt quod reſpectu reſtituentis, & reſtantis eſt perpetua, & valet reſtatio, & ipſe excluditur, ac ſi eſſet mortuus, & de iure talis reſtitutio eſt permiſſa, & ob eius remotionem videretur agi de ſucceſſione illius, cui eſt facta reſtratio, & non reſtantis, iſthæc omnia, enim, in ratione dubitādi conſiderantur per Doctores in prędallegatis iuribus, imò à Iureconſultis ibi præſupponūtur, & tamen hæc omnia tolluntur per illa iura reſpectu preindicij illius, qui poſt mortem eſſet vocatus, & concluditur talem reſtationem non teuere inſpecto tali prędudicio. Et licet Blaſcus, Cannicius, & alij reſpondeant, tamen eorum reſponſiones ſunt eędem cum dicto, & prędſupponunt id, de quo diſputamus: ſimiliter quòd rex. in cap. 1. de alien. feud. pat. præſupponit valere perpetuo etiam reſpectu aguatorum. Et in caſu noſtro, in noſtra forma eſt clarior diſpoſitio, cum dicatur, maior minoribus cohęredibus præferatur, & cum viuentis non ſit hæres, ſed in morte, ideo illud tempus eſt ſpectandum, & ita inſpecie conſiderat Hyeronimus Caprona in cauſa Palazzoli in 10. vol. fol. 209. Cum ergo in
33 fideicommiſſo habeamus † iura aperta, idē dicendum in feudalibus, ita arguit Andr. in dict. § hoc qnoq; de ſucceſſ. feud. Dec. conſ. 445. arg. eorum, quę habentur in cap. 1. de feud. cog. Gloſſ. & Doctores in cap. 1 de grad. ſucc. in feud.

Ruiſus quòd debeat attendi tēpus mortis conuincitur, quia ſiue conſideremus mentē dantis ſiue recipientis, ſiuè vtriuſq; cum conceſſio feudalis ſit contractus, vt omnes in prælud feud. ſemper inſertur debere attendi tempus mortis. Si mentem recipientis, iuxta tradita in cap. 1. de eo qui ſibi, & hęred apparc quòd voluetit feudū deferri ordine ſucceſſionis, & nō reſtatio nis, quia proſpexit hęredibus, & licet in
34 hoc conſtatus ſit, † an arrendatur proximiras vltimi, vel primi, Soccin. Iun. cōſ. 120 in primo, Rolaud. conſ. vltimo lib. 1. ramē ſatis eſt pro nunc conſiderare affectionem primi acquirentis, qua mouentur omnes, vt attendatur ordo ſucceſſionis. Mens autem dantis eſt vt grauatus fruatur invita, & poſt morrem reſtituatur prximiori, ob id ſi prematura ſit alienatio, breuiato tempore, dominus non dicitur habere interitum ſuum, ita notabiliter Beneuent. in cap. Imperialem ſol. 24. verſ. non obſt. 7. argum. eſſetq; contra mentem teſtatoris reſtituere in vita, Bald. in l. poſt morrem, C. de fideicomm. Idem conſiderat Cannicius ſol. 163. nu. 15. dum dicit quòd dominus offenditur, quando vaſſallus alio ordine qnàm ſtatuerat, dat feudum. Et ego allego tex. in dict. l. vxorem § Seium, ibi, an ſecundum voluntarem defuncti id feciſſe videretur ff. de legat. 3. & Doctores ibi dicunt pręmaturam reſtitutionem eſſe contra voluntatem teſtatoris, vt dicit Gloſſ. ibi, liberatum, in verbo, ita quoq; dicit, Caſtreuſ conſ. 345. in primo, colum. 1. qui allegatur ad hoc à M.C. in iuſtificarionibus di li Miri.

Pro hac etiā opinione meo iudicio ſuit
35 ratio † inconuincibilis, arguendo ab abſurdo, qūia ſi tempus reſtationis attenderemus, poſſet filius legitimus, & naturalis excludi à ſucceſſione patris, ſi ille ante ſuſcepros filios donaret feudum fratri, vel alteri proximiori facta renuntiatione l. ſi vmquam, C. de reuocau. dou. Nam attento illo tempore valeret, & amplius non agere tur de ſucceſſione patris, quod quam ſit Inì quum, & abſurdum nemo eſt quòd non videat.

Poſſent quoq; alię rationes allegari, ſed cum ex lecturis. & conſilijs Doctorum deſumantur, & re vera in idem reincidant; deueniamus propterea ad auctoritates, & omittendo pleraſque auctoritates, quę re vera concludenter non ſtringunt. Pro iſta opinione ſunt auctoritates maiores. In primis Petr. de Mont. & Gualt. de Patern. in cap. Volentes, tenuerunt arrendendum eſſe tempus mortis. Idem Anchar. conſ. 8. col. pen. verſ. ex quo liquido infertur, Blaſcus in prima lectura in cap. Volentes verſ. ſed pulchra, & quotidiana quæſtio eſt, vbi inter cętera dicit, quòd illa ratio quòd primo genitura attenditur tēpore mortis, eſt

ratio

ratio euidens,& magis deferendum eſt auctoritati huic quàm ſibimet in ſecunda lectura, ratione intereſſe proprię cauſæ.

Idem tenent Philip.de Perdicar.in cauſa Sclafani, Io. Aloyſius in cauſa Caltabellottæ, Goffred. Rizzari, & Criſtoforus de Benedictis allegati per Cannic. in cap. Volentes ,fol.86.

Pro iſta opinione allegãt ſupradicti DD. Andr.incap. 1.§. hoc quoque n.8. verſ. ſi ergo viuens, de ſucceſſione feudi,vbi vult quod feudum pacti alienatum cum conſenſu primogeniti, reuocatur ab eo, qui mortuo primogenito in vita alienantis reperitur in tempore mortis in primo gradu, quia,inquit Andr.ſi loqueremur de tempore alienationis prematurę,ageretur de feudo viuentis, & ideo attendendum eſt tempus mortis,& ita declarat Loffredus cõſ.1. n.23.& nu.69. & Liparulus ad Andr.in d. §.hoc quoque. Et licet Hyeronimus Fimia,& non nulli alij in cauſa delli Miri reſpõderint Andreã loqui de alienatione facta in extraneum. quæ non valet, tamen meo iudicio, decipiuntur. iſti Patres in intelligentia Andreæ, quia ipſe non hac ratione mouetur, ſcilicet quod proximitas non attenditur habita conſideratione ad tempus vitę alienantis, & ideo ſubdit rationem, quia ageretur de feudo viuentis, hęc autem ratio pariformiter militat ſiue alienatio ſit facta in extraneum, ſiue non, quia ſi cõſideramus tempus vite ſuccedit ratio ab eo cõſiderata; Ideo reẽè dictum hoc Andreę pro nobis allegat ad propoſitum Franciſc. de Neap. in cauſa Buccher. verſ.ſatis ergo apertè, vbi concludit quòd primogenitus dicitur ille, qui talis reperitur tẽpore mortis. Eamdem opinionẽ tenuit tota M.C.iudicando in cauſa delli Miri ex iuſtificationibus vol.14. & pro hac parte etiam allegant Goglielmum de Perno cap. Volentes,in fine,eandem opinionem tenuit Boniornus in hac cauſa propè finem. Et ibidem D. de Gregorio, vbi in ſpecie reſpondit ad dictum Bernardi de Medico. Idem D. de Gregorio de conceſſ.feudi par.4. queſt.11. verſ.3. infecto. Eamdem opinionem reperio ego tenuiſſe Bald.Nouell,incauſa Sclafani, & Ioachinũ de Nauis in ſubſcriptione ad predictũ cõſilium Baldi Nouelli, eamdem opinionẽ tenuit Hyeronimus la Crapona in cauſa Palazzoli: & demum pro hac opinione allegari poſſunt omnes aduocati contrarij, & præſertim Petrus Agliata, & alij in cauſa Criſtię, & omnes alij, qui in preallegatis,cauſis ſuerunt pro contraria parte,quos longum eſſet recenſere.

Pro hac opinione finaliter dicimus,eſſe deciſum in M.C. & verè ex hoc capite, vt patet ex iuſtificationibus dili Miri, quòd non poteſt dici in alijscauſis,vt ſupradictũ eſt,nec in hoc credendum eſt Conſulentibus, & aduocatis, quia ſepius Aduocati credunt iudicem motum fuiſſe vna ratione,& tamen non eſt ita. Rurſus in terminis quæſtionis noſtrę eſt conſiderandum quòd quæſtio alias facta fuit inter filium illius,cui tamen eſt facta refutatio,& alium, cui nullo modo facta eſt refutatio, iſti ſunt termini aliorum caſuum qui in Regno ſucceſſerunt,in terminis noſtris refutatio fuit facta Don Antonio, & filijs & ipſis filijs ſecundum prerogatiuam graduum, &c. D.Antonius habuit duos filios, quorum alter eſt conuentus, ergo huic conuento etiam eſt facta refutatio, & dato quòd primo loco Don Gabrieli tamquam maiori, tamen eo mortuo in vita refutantis, debet prealere refutatio facta alteri, quia eo tẽpore nemo eum præcedit, & ita eſt prerogatiua gradus;ſi ergo filia Don Gabrielis vult preferri ſubintrando in locum patris,& ex perſona patris, non poteſt ſtante diſpoſitione capituli nouiſſimi,ſi ex perſona propria, remotior eſſet Don Vincentio attenta perſona vltimi morientis.

Et licet in effectu ingrediatur quæſtio, quòd agatur de ſucceſſione D. Gabrielis, in caſu noſtro eſt inclinandum in hanc opinionem pro conuento, poſtquam vltra quod cõcurrunt omnia interminis, de quibus per Doctores ſupradictos,in caſu noſtro Don Vincentius habet etiam refutationem à primo, conſtitutum, & donationem,quę non concurrunt in caſibus ſupra dictis,Et quando omnia ceſſarent, & perplexa eſſet mens iudicãtium,tum obrationum varietatem,tum etiam ob conflictum
36 opinionum:hodie ſtantibus † capitulis nouiſſimis ceſſat difficultas. In primis eſt capitulum Caroli 118. quod vult nepotem præferri patruo non obſtante refutatione. In cap. 204. petitur, vt idem declaretur in linea feminina, quæ petitio debet eſſe retentis eisdem terminis, quia lex declarãs debet intelligi in terminis legis declaratæ S.primo,in Authent.de filijs natis ante in ſtrum. dotal. vbi Bald. & Ang. in hoc nihil, & ibi Bart. ff. de coniung. cum emancip. liber. In hijs ergo terminis decidiendum

cap. patruum masculum præferendum esse nepti ex primogenito. Et quòd capitulum in hoc themathe voluerit prouidere saltem ex vi comprehensiua, apparet ex ratione finali, & vnica, quæ fuit, vt feuda perpetuentur in familia, & in agnatione nomine, & cognomine, ergo ratio militat vtroque casu, nec sumus in materia extensionis, † sed comprehẽsionis per iura, & de-
37 cisiones vulgares, maximè cum ratio sit vnica, & expressa in statuto, Doctores communiter in l. à Titio, ff. de verb. oblig. & in Authent. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. Et si diceretur, quòd facta refutatione non amplius ageretur de successione aui, sed vltimi, cui est facta refutatio, Respondetur hanc quæstionem voluisse tollere capitulum. Et in hoc esset præsupponendum quòd si in Regno fuisset clara hæc conclusio, posset dici cap. noluisse hoc tollere, verum cum saltem dubium sit, & conflictus opinionum maximus, & cap. voluit fauere agnationi, sequitur intentionem petentium, & Regis concedentis intelligendam esse in omnibus casibus, in quibus posset fieri dubium, præponderando semper fauorem agnationis.

Paret ex alio, quia cap. vbi defuit ratio agnationis, fauet nepti, præferendo illam amitæ. Et re vera in tanto conflictu, nescio ego quomodo Iudex contrarium posset iudicare, non habendo respectum ad agnationem, imitando in hoc capitulum Regni; Et ob id forte in causa Christiæ, & in causa Caltabellottæ fuit contrarium decisum, quia ibi agebatur inter masculum, & masculum, imò inter masculum, & amitam, & fuit decisum pro masculo. In causa Castaniæ erat his inter sorores maritatas. Et
38 illa esset media via, † vt pro ea parte sit iudicandum, pro qua militaret fauor agnationis, & data partitate secus, sicuti factum fuit in illa altissima quæstione de subinttatione gradus inter patruum, & nepotem.

Et licet in hoc ratio differentiæ sit inter conditorem legis, & Iudicem, tamen non potius negari, quod rectius iudicaret in tanto conflictu sequendo æmitas Regis, qui non ea ratione motus fuit, quia sic voluit, sed quia fauere agnationi ita iustitia sibi visum fuit statuendum esse.

Ex his cessant rationes de Porcariis dũ dicebat quod capitulum tantum loquitur respectu filij primogeniti non è cõtra, quia imo veritas est, quòd noluit capitulum fauere personæ, sed agnationi: hinc est quòd patruus præfertur filiæ primogeniti, & nepos non præfertur ratione personæ, sed quia etiam in eo vrget ratio agnationis, & hæc ratio etiam consideratur in cap. Regis Philippi 18. in quo non est insistendum, quia loquitur in alio casu, & ibi caderent considerationes illius dictionis (videlicet) in qua dictione licet extra propositum, dilatatæ fimbriæ fuerunt.

Nec obstaret, quòd hęc capitula sunt facta post refutationem, quia satis est tempore cedentis casus edita esse, quia decisio est sumenda ex tempore, quo vsusfructus est consolidandus, maximè quia refutatio non est facta Don Gabrieli soli, sed etiam Don Vincentio, & mors Don Gabrielis etiam fuit post, tanto magis quia capitula sunt declaratoria, & trahuntur ad præterita, Doctores in cap. finali de constit. cum similibus. Nec dicatur quòd ista Domina sit de agnatione, quia filia Don Ga-
39 briells: quia de iure † non est verum, cum fœminę in hoc licet sint agnatæ, non tamen per eas conseruatur agnatio, ita Gozad. cons. 45. Ruyn. cons. 24. in secundo Soccin. Iun. cons. 103. in secundo, latè Menoch. cons. 118. num. 22. cons. 150. num. 35. & cons. 172. num. 15. in secundo. Et non eundo per mendicata suffragia, apertissimè hoc decidit in specie capitulum Regni, quia vult patruum præferri nepti ex primogenito ea ratione, vt feuda conseruentur in agnatione, ergo talis neptis non dicitur conseruare agnationem.

Cessant quoque considerationes Campixani, dũ dicebat non esse verisimile quòd capitulum Regni voluerit tollere ius quæsitum ex refutatione; quia procederet quãdo esset clarum id, de quo disputatur, sed in tanto conflictu non video quomodo dici possit ius quæsitum: & quòd capitulum
40 † Regni voluerit etiam prouidere præsupposita refutatione, potest colligi quia frequerentur, alias, maxima absurda, de quibus supra dictum est, nam si quis nõ habẽs filios refutaret fratri, vel alteri proximiori, & inde filios procrearet, & essemus in casu, quo l. si vmquam de reuocand. donat. non militaret, sequeretur filios non posse reuocare, si attenderemus tempus refutationis, & cu metiam capitulum sit factum ad breuiandas lites, verisimile est, quòd in hoc casu voluerit prouidere, vel saltem,

vt

vt dictũ eſt ſupra, ſi iſte caſus fuiſſet propoſitus, ex identitate rationis ita fuiſſet deciſus, & conſequenter rectè faciet Iudex in tanta perplexitate, ſi illi adhęreat opinioni, per quam conſeruatur agnatio, & feudum ad maſculos perpetuatur, præſertim in hac Baronia, quæ in hac nobiliſſima, & antiquiſſima Familia per annos quingentos ſemper fuit conſeruata.

Præmiſſis omnibus nullatenus obſtat cõſenſus Don Vincentij, quia in primis ea omnia, quæ ibi enuntiantur, & tunc, & nunc ſunt, vera, & Don Vincentius non poſſet negare ſcilicet, quòd Don Gabriel erat tunc inueſtitus, & indubitatus ſucceſſor, & quòd eo tempore nec, re nec ſpe probabili competebat ius Don Vincentio nec in eo actu Don Vincentius conſentijt, vt de nouo fieret alienatio, & refutatio Sed tollitur conſenſus ex alio, quia, quòd Don Vincentius tunc habuerit veram notitiam de forma feudi, non conſtat, pro vt requiritur, ad tradita in §. duo fratres l. qui Romæ ff. de verb. obligat. Bald. & in alij in cap. 1. §. præterea, quib. mod. feu. amitt.
41 in tantum, quòd dubitans † de iure ſuo, conſentiens ſibi non præiudicat, Iaſ. conſ. 103. lib. 4. & licet in cõtractu accordij fiat mentio quòd Don Gabriel habuerit inueſtituram in ampla forma, tamen hoc nihil eſt de ſcientia formæ, nec ſub qua forma, cepit inueſtituram, imò verba illa (in ampla forma) potius denotant contrarium, ſcilicet quòd Baronia eſſet in forma larga.

Rurſus tollitur conſenſus, quia in eo actu eſt expreſſum pactum, quòd non cenſeatur receſſum à donatione facta, & quòd Intentio contrahentium erat nolle ſibi in aliquo præiudicare, & alia ibi dicuntur quæ omnino tollunt conſenſum; ſi ergo ex forma diſpoſitionis, & iuris etiam Don Vincentio competit ius, & ipſe noluit ſibi præiudicare, ſequitur friuola eſſe quæ in contrarium allegantur. Iterùm ibi D Vincentius non renuntiauit, ſed tantum conſentijt, & conſequenter † iuri de futuro
42 non cenſetur renuntiare, Bart. Bald. & Doct. in l. prima C. de pactis Succin. Sen. conſ. 230 in ſecundo. Præterea ego non video in quo iſte conſenſus poſſit præiudicare, quia ibi non erat lis aliqua de hoc, nec tunc Don Gabriel Senior refutauit: refutatio enim erat iam facta, & qualemcumque effectum fortiatur, non poterat immutari, tantum lis erat inter filios Don Antonij cum auo pro dotibus, & deuentum ad accordium cum auo, & quo ad prętenſionem contra auum, Don Vincentius ſibi præiudicauit de præterito, & de futuro, quia in hoc principaliter factum eſt illud accordium, reſpectu autem alienationis & refutationis iam factæ, vel reſpectu ſucceſſionis inter fratres, vel cum filia primogeniti non tractabatur, & ſic ſumus extra terminos notatos in dict. cap. 1. de alienat. feud. patern. quia ibi agitur quando feudum alienatur, & in ipſa alienatione agnatus conſentit. Nec in terminis Menoch. conſ. 58. ſumus, quia ibi agebatur de renocando alienationem, cui conſenſerat agnatus, vel fideicommiſſarius voluntariè & in ſui poteſtate erat non conſentire, & ideo ſi cõſentit ius ſuum videtur remittere.

Poſtremo non præiudicat conſenſus, quia hic non agimus tantum quòd eo tempore ius erat de futuro, ſed quia termini ſunt mutati: tunc enim erat viuus Don Gabriel, & poterat facere filios maſculos, & iſtis ſtantibus Don Vincentio nullum ius competebat: eo ergo mortuo ſine maſculis, aperta eſt via ſuccedendi. In quacunque autem diſpoſitione etiam iurata ſemper intelligitur clauſula (rebus ſic ſtantibus) cap. quemadmodum, vbi Doctores, de iure iurand. cum ſimilibus vulgaribus, & cum hic caſus etiam fuerit inopinatus, & incogitatus, meritò ſequitur ipſum nec animum habuiſſe renuntiandi, nec conſentiendi in ſuum præiudicium, & re vera non video qua ratione, aut qua neceſſitate ipſe tunc potuiſſet moueri ad conſentiendum, poſtquam de tali ſucceſſione nulla erat lis, nec controuerſia.

Ex quibus omnibus liquidiſſimè (niſi fallor) apparet clara Iuſtitia, & ideo confirmanda eſt ſententia M. C. tempus ſcilicet mortis conſiderandum eſſe.

EPITOME.

In eadem cauſa ſcripſit Ioann. Ant. Cannetius eximius Iureconſultus Siculus, cuius conſultationem, cum pre manibus habuerimus, hic typis excuſſam oſtendere, nobis placuit.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula iuris francorum taxat certas perſonas ad ſucceſſionem feudi.*
2 *Cap. Si aliquem, venáscat ſibi locum in ſucceſſione deſcendentium.*
3 *Refutatione feudi facta, non tractatur amplius de ſucceſſione refutantis n. 5. & n. 7. contrarium nu. 8.*
4 *Succeſſio non deuoluitur ad tranſuerſales, niſi finita linea deſcendentium.*
6 *Refutatio eſt reſolutio iuris refutantis*
8 *Cap. Si aliquem proximiorem vocat, qui tempore mortis talis reperitur.*
9 *Grauatus reſtituere per fideicommiſſum ad tempus, ante tempus in præiudicium aliorum vocatorum non poteſt reſtituere.*
10 *Argumenti à fideicõmiſſo ad feudum valet.*
11 *Feudatarij diſpoſitio non præiudicat agnatis non conſentientibus.*
12 *In refutatione quod tempus mortis ſit attendendum, auctoritates adducuntur ad obiecta reſpondentur n. 13. 14. 15. & 17.*
13 *Intellectus ad cap. primum de alien. feud. pater.*
16 *Refutatio feudi facta in proximè ſucceſſurum, ſemper tenet in præiudicium refutantis.*
18 *Bernard. de Medic. loquitur in feudo formæ largæ.*

CONSIL. XX.

SVPER his, de quibus quæritur, ſcilicet quis ſuccederet in Baronia Veriæ, mortuo *D.* Gabriele Abbati, nunc Barone, videlicet An don Tindarus ſecundogenitus, an Don Vincentius filius D. Antonij primogeniti dicti Baronis, an verò filia D. Gabrielis Iunioris, neptis dicti Don Antonij. Et clariſſimi, nec controuerſi iuris eſſet, ſi non fuiſſet reſutatio facta per dictum Don Gabrielem Seniorem, nunc Baronem D. Antonio eius filio primogenito, quod Don Vinc. filius primogeniti excluderet Don Tindarum ſecundogenitum, quia hoc eſt deciſum per cap. nouiſſ. & vbi eſt caſus legis, nullus relinquitur dubitationi locus l. ancillæ, & ibi Bald. C. de furt. & quòd excluderet dictam neptem ex fratre, eſſet pluſquàm clarum, cum vocẽtur ad ſucceſſionẽ tàm per priuilegium, quàm ex cap. Si aliquem, ex clauſula iuris francorum, per quam clauſulam cenſentur taxatæ & limitatæ perſonæ, adeo quod cenſetur vocatus proximior, vt determinat Andr. in diuiduo in cap. 1. §. his autem deficientibus de gradib. ſucceſſ. in feud. & in Regno expreſſum eſt p cap. Si aliquem, ibi, defuncto proximior ſuccedat, quod cap. quamuis loquatur in ſucceſſione tranſuerſalium, nihilominus vendicat ſibi locũ multo magis in ſucceſſione deſcendentium, vt ſcribit Guil. de Perra. in conſ. 4. Ideoq; cum dictus Don Vincentius ſit proximior dicta eius nepte, debet ipſe præferri; nam quamuis ipſa neptis poſſet ingredi gradum patris, & eſſet in eodem gradu exrepreſentatione eum ipſo Don Vincentio, nihilominus ipſe Don Vincentius præferetur tãquam maſculus, pro vt in indiuiduo determinat Blaſc. in repet. cap. ſi aliquem, in 3. quæſt. & quia (vt dixi) circumſcripta refutatione, caſus iſte eſt clarus, & non controuerſi iuris, merito deueniam ad ipſam difficilem quæſtionem, quid tenendum, ſtante refutatione facta per dictum D. Gabrielem Don Antonio primogenito.

In qua quæſtione videtur Primò dicendum quòd dicta neptis dicti Don Vincentij ipſum excludat, nam cum fuerit feudum refutatum Don Antonio, non poteſt tractari amplius de ſucceſſione dicti D. Gabrielis refutantis, quia habetur pro mortuo, quod habeatur pro mortuo, ſcribit Andr. in cap. 1. §. 1. in 2. col. per quos fiat inueſtit. Ideoq; ſi tractatur de ſucceſſione D. Antonij, cui fuit facta refutatio, clarum eſt, quod eo mortuo, ei ſuoceſſit D. Gabriel Iunior, eius filius primogenitus, quo mortuo, ei ſucceſſit eius filia; cum numquam deuoluatur ſucceſſio ad tranſuerſales, niſi finita linea deſcendentium, vt probatur in conſt. in aliquibus, & in conſtit. vt de ſucceſſ. & in cap. ſi aliquem, quæ opinio procederet abſq; ſcupro, ſi Don Antonius ſuperuixiſſet patri refutantis; ſed quia fuit mortuus adhuc viuo patre refutante, ideo remanet illa difficilis quæſtio in morte D. Antonij primogeniti, cui fuit facta refutatio, quaſi, eo ſublato de medio, non potuerat fieri in præiudicium agnatorum qui reperiuntur proximiores refutanti tempore eius mortis, prout eſt nunc dictus Don Vincentius, In qua quæſtione Blaſc. Lanzea in reper. cap. Volentes, in ſecunda lecu-

ctura tenet, quod etiam quod moriatur primogenitus viuo patre resutante, resutatio remanet firma, etiam in prejudicium agnatorum, qui reperiuntur proximiores tempore mortis resutantis, pro qua opinione Primo adducit tex. in cap. 1. de alien. feud. patern. §. sed si libellum, in ratione sui, dum dicit tex. quòd alienatio feudi potest fieri in proximum successurum in prejudicium aliorum agnatorum, ex quo dicebat ipse, clarissimè colligitur, quòd aliter non sit præiudicium agnatis, nisi donatarius præmoriatur, nam si superuixerit, non potest tractare de præiudicio agnatorum, meritò in ratione illius tex. decidit
6 iste casus. Secundo mouetur Blasc. quod resutatio est resolutio iuris resutantis, & translatio in donatarium proximiorem, secundum Andr. in cap. 1. per quos fiat inuestit. & per ea, quæ dicit Andr. in dict. cap. 1. de alienat. feud. pater. dum declarat quid sit resutatio; & sic per successorium edictum; sicut ergo feudum deuolueretur per mortem, ita per resutationem, toto titulo ff. & Cod. de successedict. quia non sine ministerio lex vocat alienationem resutationem, quia sicut hereditas resutata à proximiore, transit ad sequentem, & non considerator amplius superuientia resutatis, ita (dicit ipse) & in feudis. Tertio adducit tex. in cap. 1. si de eo, qui fin. fecit gnat. Quarto adducit auctoritatem Andr. in cap. 1. §. sed si plures, per quos fiat inuest. vbi Andr. dicit, quod resutans habetur promortuo, meritò non potest de eo amplius tractari. Quinto adducebat authoritatem Præpos. in cap. Titius col. pen. ff. de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. qui dicit quod nulli sit alienatio irreuocabiliter, nisi proximiori, ex quo inferebar, quòd resutatio, quæ sit proximiori, dicitur irreuocabilis.
7 Vltimo adducebat ipse Blasc. autoritatem Bernard. de Medic. qui fuit dictus Sacurasi, qui videtur hoc decidere in terminis incompendio suo super cap. Volentes, & hanc eádem opinionẽ tenuit ipse Blasc. per easdem ferè rationes in allegationibus in causa Castaniæ, & in causa Linguę grossę, & in causa Palazzoli, & ante eum tenuit hanc opinionem Ioan. de Anselono in cõsilio super feudo Formicæ & Anton. Mandell. in consil. in causa feudi Cadiumi, eandem opinionem tenuit Hyeron. Fimia in consil. quod fecit pro Andreotta Corbera, & Ferdinandus Boniornus in causa spolij Baroniæ Buccheri, pro qua opinione ego alias adducebam tex. allegatum per Blasc. in cap. 1. §. sed si libellum, de alienat. feud. patern. in quo tex. permittitur fieri alienatio in proximę successurum, meritò ibi est casus, qui textus sine maxima vi nõ potest restringi, quia cum indistinctè loquatur indistinctè debet intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, nam Iudicis est sequi legem, & non eam restringere & interpretari, vt scribit Cicero in titulo lib. Rethoric. de Inuent. cap. 4. quem refert, & sequitur Luc. de Penn. in l. fin. col. 6. & 7. C. de his, qui spont. mun. sub. lib. 10. si enim conditor dicti cap. Voluisset in eo casu remouere præiudicium agnatorum sequentium, sciuisset eo casu bene explicare, ergo cum omissit scienter, voluit omittere l. 1. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. & ista sunt, quæ in effectu istam quæstionem reddunt difficilẽ, propter quam difficultatem dictæ opinioni aliquando adhæsi.
8 Tamen prædictis non ostantibus contrariam opinionem teneo esse magis veram, & magis communem, quia opinio fundatur in tex. dicti cap. Si aliquem, qui tex. ad successionem spectat, vocat proximiorem ipsi defuncto, ideoq; per illum tex. decidit quòd successio in feudis cum clausula iuris franeorum, non datur aliter, nisi per mortẽ Baronis, & quòd per Inuestituram informatam ab ipso cap. Si aliquem, non censetur vocatus nisi proximior tempore, quo moritur Baro, & hoc voluit etiam Andr. in cap. 1. per Fidetic. in 6. col. de prohib. feud. alien. & in cap. 1. §. hoc quoque, de successione feud. meritò cũ illud tẽpus mortis Baronis fuerit expectãdũ, vt dignosceret quis nã esset proximior, qui successurus esset in feudo, non poterat ante tempus eius mortis facere refutationem, & inuestire dictum D. Antonium primogenitum, adeò efficaciter quòd præiudicaret ipsi Don Vincentio, qui reperitur proximior tempore mortis Baronis refutantis, probantur enim hęc Primo ex tex. in l. filiusfamilias §. Diui, lo primo, ff. delegat. primo, in quo §. Iurisconsultus decidit quòd grauatus per fidei
9 commissum hæreditatem ad tempus filijs fratris restituere, non potest ante tempus, in præiudicium illorum, qui expectabant fideicommissum, & præiudicium considerat tex. quia posset contingere, quòd aliqui ex filijs, quibus debebatur restitui fideicõmissum, morerentur ante euentum condi-

ctionis

ctionis, ideoq; ineffeaciter hæres teſtituit ante tempus condictionis, quia non poteſt preiudicare ſuperſtitibus, mortuis illis, quibus fuit facta reſtitutio ante tempus, quamuis indiſtinctè valeat in preludicium ipſius reſtituentis, vt dicit ibi, tex. & declarat ibidem Paul. de Caſtr. in l. 3. ideoq; eſt ibi caſus pro iſta opinione, nam eum Baro reneatur reſtituere feudum pacti, & prouidentiæ Principis, cum clauſula iuris francorum proximioti tempore mortis, per ea, quæ dicta ſunt, iam conſequitur, quod ante eius mortem nõ poteſt efficaciter refutare iu preiudiciumillius qui reperitur proximior, & ſucceſſurus tempore mortis, exdeclſione dicti tex. qui tex. loquitur in fideicommiſſo: merito vendicat ſibi locum iu ſucceſſione feudi, prout ſæpe ſæpius de fideicommiſſo ad feudum argumentatur Audr. in cap. 1. §. hoc quoque
10 col. 2. & 3. de ſucceſſ. feud. & ſcribit Dec. In conſil. 445. ideoq; apparet euidenter ex illo tex. deciſam eſſe quæſtionem hanc, quam deciſionem adiuuat doctrina Bald. & Imol in d. §. Diui, per illum tex. dicentium quod quãdo euentus cõditionis poteſt mutate formam reſtitutionis, non poteſt grauatus ante exiſtentiam conditionis reſtituere, quia poſſet contingere quòd alius habere fideicommiſſum contra voluntatem defuncti, patiſormiter cum princeps tum ex forma inueſtituræ ſub clauſula iuris francorum, quàm etiam ex diſpoſitione cap. Si aliquem, voluerit quód proximior ſuccedat defuncto, & ſic vocatur proximior iu caſu mortis. non poteſt ergo Bato antequam moriatur alij feudum aſſignare, quia poſſet contingere, quòd alius haberet feudum quàm ille, quem Princeps voluit ſuceedere, prout contingeret in hoc caſu, meritò dicta refutatio non tenet in præiudicium dicti Don Vincentij, ad idem facit rex. in l. cum parer §. à filia, ff. delegat. 2. in quo tex. Iuriſconſultus decidit, quod filia grauata fideicõmiſſo teſtituere hæteditatem eius filijs poſt mortẽ, non poteſt vni filiorum teſtituere ante rempus mortis propter incertitudinem fideicommiſſi, & adducit Iuriſconſultus hanc rationem, videlicet quia in eum deſtinatio matris familias dirigi poteſt, qui fideicommiſſum inter cæteros habituros eſt citra mattis electionem, quæ ratio ponderanda eſt ad intellectum tex. in cap. 1. §. ſed ſi libellum, de alien. feud. patern. nam iuſertur ex eo neceſſatio, quod refutatio non præſtat niſi eum olumẽtum medij tẽporis. adeo quòd ſi moriatur donatarius ante mortem refutantis, nõ præiudicaret proximioribus, qui reperiuntur tempore mortis refutantis. & certe tex in d. §. a filia, decidit iſtum caſum, pro qua opinione facit etiam ratio tex. in cap. 1. de alien. feud. pater. in princ. vbi decidit quòd diſpoſitio feudatarij
11 non præiudicat agnatis non conſentientibus, ideoque apparet iſtam opinionem eſſe firmaram rationibus incõuincibilibus, quàm etiam in iudiuiduo approbant præcipui Viri doctrina, & authorirate, nam
12 primo eam opinionem tenuit inſignis Doctor Petrus de Monte in quodam conſilio ſuo, quem teſert, & ſequitur Gualt. de Paternioue in lectura ſuper cap. Volentes, Petr. de Monte, & Gualter. refert, & ſequitur Blaſ. Lanz. in prima lectura cap. Volentes, eamdem opinionem renuit, & firmauit Goffrid. Ricciar. inquodam conſilio, quod ſecit pro Iacobo de Auſalono ſecundogenito, vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, tenuit conſulendo in eadem cauſa Chriſtofarus de Benedict. & prædictam, etiam opinionem tenuit M. R. C. in cauſa feudi dili Miri, vt apparet in iuſtificatione votorum, eamdem opinionem tennit etiam Philipp. Perdicarus in cauſa Comitatus Sclafani, & præcipuus Doct. Ioan. Aloyſ. Septimus in allegationibus in cauſa Comitatus Caltabillottæ, eamdem opinionem tenuit Petr. de Anchar. quem nullus vnquã allegauit ad hoc in conſil. 82. col. pen. verſ. non obſtat, quĩ allegat pro deciſione tex. in l. cum pater §. fratre ff. de legat. 2. ibi (nec tamen ideo ſequentium cauſa propter ſuperiores in poſterum lædi debet) & ex iſtis authoritatibus apparet hanc opinionem non ſolũ eſſe veram, ſed magis communem, vt teſtatur Goſridus Ricciar. Apparet ex numero Doctorum, quæ tanto magis vetior apparebit ex reſponſionibus ad obiecta in contrarium.

13 Non obſtat tex. adductum per Blaſc. in cap. 1. de alien. feud. pater. in ratione ſui, quod alienatio feudi poteſt fieri in ptoximè ſucceſſurum in præiudicium aliorum agnatorum, & alias non ſit preiudicium agnatis, niſi donatarius prædecebat refutanti, nam enthimema eſt falſum, cum in tex. in cap. 1. §. & ſi libellum, nil tale dicatur, ſed ſimpliciter dicit tex. (& ſi libellum vnus alteti fecetit de feudo paterno, non eſt libellus, ſed quaſi refutatio) ex quo

tex.

tex. dicūt Doct. quòd quāmuis non teneat alienatio feudi paterni sine cōsensu domini, cum consensu domini non valeat etiam in prejudicium agnatorum, non cōsentientium, actamen quando fit alienatio in proximè succeſſurum, tunc valet alienatio, etiam sine consensu domini, quia dicitur resutatio cum ille sit succeſſurus, non quærit, nec aperit tex. ille, nec etiam Doctores, ſi moriatur ille, cui ſuit facta resutatio ante resutantem, an transmittat ius proximitatis ad posteros in prejudiciū illorum, qui reperiuntur proximi tempore mortis resutantis, meritò non debet extendi dispositio illius cap. vt censeatur decidere quod illa resutatio etiam porrigatur; & extendatur in prærudiciū agnatorū, de quibus verbum nullum, nec in tex. nec etiam in comment. Doct. in dict. loco, & ratio illius tex. reddita per Blaſc. ſuit efficax ex capite ſuo, nam ille tex. numquam talem rationem ſomniauit, ſed vera ratio, quæ elicitur, & elici poteſt ex illo tex. eſt quod Baro, qui poſſidet feudum, poteſt facilè in prejudicium ſuum renunciare ſequenti in gradu, & proximè ſucceſſuro, abſq; etiam consensu Principis, quia ſic faciendo neminem ledit, cum ille ſit ſucceſſurus poſt eius mortem, & quando donatarius moritur ante mortem resutantis, & tunc ſunt alij agnati, qui ſunt proximiores resutanti, & cenſentur vocati ex inueſtitura, & cap. Si aliquem, in eo caſu non loquitur tex. nec loquuntur ibi Doct. ſed benè procedit diſpoſitio, tex. in d. §. diui, & § à filia, cum doctrinis ſuperius citatis, quòd non valeat dicta resutatio in prærudicium ipſorum agnatorum, prout regulariter deciditur in tex. d. cap. 1. in princip. de alien. feud. patern. Ideoq; manifeſtiſſimè demonſtrat quā peſſimè cohæret iſta ratio. Pariſormiter poteſt reſpōderi ad ea, quæ dicebant, quod ille tex. cum indiſtinctè loquatur, indiſtinctè intelligi debet, & quod non eſt noſtrum interpretari, ſed ſequi legem, nam omnia ſunt vera, & procederent quando tex. in d. §. & ſi libellum, decideret, quod valeat dicta resutatio, etiam ſi ille, cui ſuit facta resutatio moriatur ante mortem resutantis, nam eo caſu benè procederet argumentum, vt intelligatur indiſtinrè, at cum tex. non loquatur de iſto caſu, ſed ſimpliciter quòd valeat resutatio, etiam ſine consensu domini in proximè ſucceſſurum, debet intelligi pro vt loquatur, dum remanet ille proximus ſucceſſurus, nec debet extendi ad caſum quando moritur ille proximus ſucceſſurus ante mortem resutantis, vt censeatur factum prejudicium agnatis contra omnia iura ſuperius adducta, quæ reclamant in contrarium. Ideoq; apparet manifeſtiſſimè quām ſit friuola iſta prima ratio.

14 Non obſtat etiam quod ſecundo adducebat ipſe Blaſcus, dum ratiocinatur quòd resutatio non eſt aliud, niſi reſolutio iuris resutantis, & translatio in donatarium proximiorem, vt ſcribit Andr. in cap. 1. §. ſed ſi plures in 3. col. per quos ſiat inueſtit. & per ea, quæ ſcribit, ipſe Andr. in cap. 1. de alien. feud. patern. dum tractat. quid ſit resutatio, & ſic per ſucceſſorium edictum ſicut feudum deuoluereturper mortem, ita per resutationem, nam iſta ſua ratiocinatio eſt in excuſabilis, nam oīa, quę dicit, procedunt in prærudicium resutantis, contra quem resutatio omnimodam habet firmitatem, vt declarat Paul. de Caſtr. in d. l. ſi filius familias §. diui, lo primo ff. de legat. primo, & videtur ſentire Bald. in l. in perſonam C. de ſideicommiſſ. & in conſil. 115. proponitur col. 2. vol. 2. & quatenus Andr. in d. §. ſed ſi plures col. 3. dicit quod resutans habetur pro mortuo, non poteſt aliter intelligi, niſi quò ad prejudicium resutantis, pro vt ipſe loquitur, nec poteſt intelligi, nec debet, quod habeatur pro mortue in prejudicium agnatorū, quia in hoc non benè diceret, & fortius, quia cū Andr. non diſputet de hac cauſa, non eſt allegandaeius authoritas, vt ſcribit Abb. in cap. bonæ, lo ſecundo, de poſtulat. prælator. Raphael. Cuman. in conſ. 101 col. 3. quos refert, & ſequitur, Soccin. Iunior. in conſ. 1. col. antepen. vol. 1. Nec illa conſideratio ſucceſſorij edicti poteſt habere locum in iſto caſu, cum illa iura habeant locum in ſucceſſorio edicto legis, ſecus in ſucceſſorio edicto conuentionis, pro vt ſunt feuda, quæ à conuentione procedunt

15 nā in feudis resutatio non prejudicat agnatis, qui reperiuntur proximiores tempore mortis, ſic diſtinguit Bald. in d. l. in perſonam C. de ſideicommiſſ. ſi rectè perpendantur eius verba, ideoq; iſta ſecunda ratio Blaſc. eſt potius ficta, quàm vera. Minus etiam obſtat tex. qui tertio adducebatur pro caſu in cap. 1. de eo, qui finem ſecit agnat. nam ille tex. nil facit, nam hipotheſis illius tex. eſt quod erant tres agnati. & vnus resutanit feudum agnato, & filijs, ſuit mortuus donatarius abſq; filijs, erat quæ-

quæstio inter refutantem,& alterum agnatum desuccessione,quia dicebat alter agnatus, tu semel refutasti, non potes amplius habere regressum ad feudum refutatum, sed replicabatur quod erat refutatio personalis, & sic non præiudicabat; & quatenus ibi fit mentio quòd donatarius fuerat mortuus sine filijs, & ponderabatur hoc, etiam responderetur quòd si fuisset mortuus cum filijs, nulla superesset quæstio, quod ideo fuerint apposita illa verba, quia aliàs refutans non potuisset tentare litem contra filios donatarij quibus etiam refutauit, cum refutatio semper, & indistinctè teneat
16 in præiudicium refutantis, & ideo manifestissimè demostratur quòd ille tex. nil faciat ad hanc quæstionem,nec in decisione nec in ratione decidendi,quia termini sunt valdè diuersi, & separati, quia in illo tex. nec quæritur,nec determinatur, si moritur donatarius in vita refutantis cum filijs, quis succedat in feudo, an proximior refutatis tẽpore mortis,an filij donatarij,ideoq; cum nec quæratur, nec decidatur in illo tex. non potest in eo fieri fundamentum. Non obstat etiam auctoritas Andr. quam' 4.loco adducit Blasc. in cap. 1. §. sed plures,in 3.col.per quos fiat inuest.nam Andr.
17 dict. loco nil aliud dicit quòd faciat ad istã quæstionem, nisi quod refutans habetur pro mortuo, quod verum potest esse quò ad sui præiudicium,sed quò ad præiudicium agnatorum non esset verum: & ideo cum Andr. de hac quæstione non tractat, non est alleganda eius authoritas, vt dixi supra ex Abb. Raphael.Cuman. & Socc. Iterum & eodem modo responderi potest decisioni, Præpositi in cap. Titius col. pen. si de feud. fuer controu. int. dom & agnat. dicentis, quòd nulli fit alienatio irreuocabiliter, nisi proximiori,quia ex his verbis nil elici potest, quòd faciat ad istam quæstionem, nam verum est quod cuicumque fiat alienatio, semper reuocatur per proximiorem agnatum non consentientem cap. 1. in princ. de alien. feud. parern. vbi Andr. & cæteri, at cum fit proximo successuro, erit irreuocabilis, cum nemo ipsum proximum successurum præcedat,at non quærit, nec determinat Præpositus, si moriatur ille proximior donatarius ante mortẽ refutantis qui succedat, ideoq; mirandum est de Blasco tanto viro, qui tales authoritates adducit pro confirmatione suæ opinionis,quæ prorsus sunt futiles, & inanes, ac dilutæ ad hanc quæstionem. Non obstat quod vltimo adducebat ipse Blasc. scilicet decisionem Bernardi de Medico, qui fuit dictus Saccurasa, in compendio super
18 cap. Volentes,quia re vera ipse Bernardus loquitur in forma feudi hæreditarij, in qua forma nulla est difficultas, pro vt perpenderunt Goffrid. Ricciar.Christofor.de Benedict. Magna Cur. in iustificatione votorum feudi dicti Miri, Philippus Perdicarius, & Io. Aloy.in locis præcitatis, & ipse Blasc in lectura prima cap. Volentes; re vera sic est intelligendus, vt loquitur, quia aliàs pessimè diceret. Non obstat authoritas aliorum Doct.; quia fundantur solummodo in authoritate dicti Bernardi de Medico, qui re vera loquitur in forma hereditaria; & ideo sic intelligendi sunt ipsi,qui nõ aliter examinant; & nihilominus contra eos sunt Doct. præstantiores numero, & authoritate,qui faciunt cõmunẽ opinionẽ, qui authoritate, & rationibus loquuntur, vt supra illos recensui,& nominaui; ideoq; patet manifestissimè, quod si Don Vincentius reperitur vinus tempore mortis D. Gabrielis refutantis, quod ipse succedat in dicta Baronia Vetix, vt dixi. Ista opinio efficaciter probatur in dicta l,cum pater §. à filia,ff.delegat.secundo,cui tex. eum vellet respõdere Blasc.somniauit, dicens,quod dispositio illius legis procedit quando potestas erat coarctata certo tempore, at in isto casu,dicit ipse,considerator tempus duplex,scilicet mortis, & refutationis, quod commentum est contra tex. expressum in cap. Si aliquem,& in constit. in aliquibus, & constit.vt de successionibus. Meritò stat firma conclusio ista fundata vetidicis rationibus, & roborata authoritate tantorum præstantissimorum Doctorum, & ita respondeo.saluo semper,&c.

EPITOME.

Eiusdem Doctoris Ioan. Ant. Cannetij consultatio circa eamdem materiam:in alia tamen causa.

SVMMARIVM.

1 *In feudis cum clausula iuris francorum quisnam debeat succedere, filia primogeniti*

geniti, cui fuerunt refutata feuda, an ſecundogenitus.

2 *Refutatio feudi eſt ſolutio iuris refutantis, ac ſi donans eſſet mortuus, & translatio in donatarium proximiorem, & non conſideratur amplius vita refutantis. Reſpõdetur n. 11. intelligitur quò ad præiudicium refutantis nu. 12. & ſeq.*

3 *Refutatio facta filio, an eo mortuo ſuccedat in feudo ſi ſine liberis decedat frater, vel refutans. Reſpondetur nu. 15. & 16.*

4 *Alienatio feudi facta in proximiorem valet irreuocabiliter. Reſpondetur n u. 18.*

5 *Granatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem poſt tempus filij fratris, non poteſt ante tẽpus reſtituere in præiudicium illorum, qui ſpectabãt fideicommiſſum, & num. 9. quia quando euentus conditionis poteſt mutare formam reſtitutionis, non poteſt granatus ante exiſtentiam conditionis reſtituere, & facta reſtitutione ante tempus non transmittit aliquid ad hæredes ille, cui fuit facta reſtitutio nu. 10.*

6 *Feudum tenetur reſtituere feudatarius primogenito quando viuitur iure frãcorum*

7 *Primogenitus dicitur ille, qui reperitur tempore mortis.*

8 *Argumentum valet de fideicommiſſario ad feudatarium.*

9 *Refutatio facta feudi primogenito non valebit in præiudium ſecundogeniti, ſi primogenitus moritur, & tempore mortis refutantis ſecundogenitus reperitur primogenitus.*

13 *Refutatio nõ præiudicat agnatis, nec præiudicat [illegible] iuribus tempore mortis refutantis.*

17 *Doctoris [illegible] non eſt attendenda, quã do ill. Doct[illegible] materiam illam non tractat.*

19 *Forma non poteſt mutari in feudis eũ clauſula iuris francorum per feudatarium, excludend familias.*

CONSIL. XXI.

1 IN iſto paſſu dubio ac difficili, qui nunc verſatur in facto ſuper Baronijs, & feudis relictis per D. Franciſcum de Bononia ſub clauſula iuris francorum, † quiſnam debeat ſuccedere, num Don Gilibertus ſecundogenitus, an filia D. Hieronimi primogeniti, cui fuerant dicta feuda refutata, Videtur dicendum, quod filia primogeniti, cui fuit facta refutatio; pro ea namque parte arguit Blaſcus Lancea de tex. in cap. 1. in principio de alien. feud. pater, vbi deciditur, feudum non poſſe alienari in præiudicium aliorum agnatorũ niſi in proximum ſucceſſurum, at præiudicium non poteſt conſiderari, niſi primogenitus moriatur in vita refutantis; ergo ibi caſus pro iſta parte deciſus eſt.

2 Secundo † arguebatur, quod refutatio eſt reſolutio iuris donantis, & tranſlatio in donatarium proximiorem, ac ſi donans eſſet mortuus, & quò ad eum debet pro mortuo reputari, ſecundum Andr. in cap. 1. §. ſed ſi plures, per quos fiat inueſtituta & per ea, quæ dicit d. cap. 1. de alien. feud. pater, itaque ſucceſſio refutatarij ſit quaſi per ſucceſſorium edictum. vt ſicuti feudum quod denolueretur per mortem, tranſiret ad ſubſequentem in gradu, toto titulo de ſucceſſor. edict. ff. & C. pariformiter per refutationem: quia non ſine miniſterio lex vocat refutationem alienationem, vt quem admodum hæreditas refutata à proximiore, tranſit ad ſequentem, & non conſideratur amplius ſuperuiuentia refutantis, ita in feudis. Et in d. cap. 1. in verb. refutatio, dicunt Bald. & Aluarot. quod ex eo, quod alienatio facta proximiori, dicitur refutatio, eo mortuo ſine liberis, feudum deuoluitur ad alios agnatos per capitulum primum de eo qui fin. feu. agna.

Tertio adducebat idem Doctor deciſionem Andreæ in cap. 1. §. primo in pen. col. 3 per quos fiat inueſt. † vbi dicit, quod mortuo filio, cui erat facta refutatio ſine filijs ſuccedit refutans, vel frater ergo filij, excludunt omnes.

Quarto adducit deciſionem Prepoſi. in cap. Titius in pen. col. ſi de feud. fuer. cõtrou. † vbi tenet, quod alienatio facta in 4 proximiorẽ valet, irreuocabiliter, & idem late diſputando dicunt Bald. & Aluaru. & Præpoſitus in cap. 4. §. & ſi clientulus, de alien. feud.

Vltimo adducit authoritatẽ Saccuraſe, qui tenet hanc partem ſecundum eum, & ita ipſe tenet in ſecunda lectura ſuper cap. Volentes. Idemque tener repetens eadẽ in allegationibus cauſę Palazoli, & in allegationibus cauſę Lingurgioſſę, & latius in allegationibus eauſę Caſtanię. Eamdem oppinionem tenuit ante eum Ioãnes

de Anſalono in cauſa feudi Formicæ, fretus authoritate Saccura. Eamdemq; partem tenuit Antonius Mantellus in conſilio feudi Cadiumi, idemq; ſentire videtur Io: Aloyſ. in allegationibus in cauſa Palazzoli, vbi dicit, quod communiter Doct. Regni tenent deciſionem Saccuraſæ. Apertiſſimè hoc tenet Hieronimus Fimia in conſ. quod fecit per Andreottam Corbera, vbi ſolum allegauit authoritatem Saccuraſæ, dicens hoc pro claro teneri in Regno, & cum iſta opinione pertranſiuit Boniornus in allegationibus cauſæ Bucchetij, & ſecundum iſtam opinionem fuit aliàs iudicatum in cauſa Caſtaniæ, & in cauſa Caltabillottæ, & tempore meo in cauſa Criſtiæ, in qua cauſa allegaui contra prædictam opinionem, & ſuccubui.

At pro contraria opinione non deſunt, neque rationes, neque authoritates, nam
5 in primis † pro iſta parte vrget tex in l. ſi filiusfamilias §. Diui, ff. de legat. primo, vbi deciditur, quod hæres grauatus pet fideicommiſſum reſtituere hereditatem poſt tempus filijs fratris, non poteſt ante tempus reſtituere in præiudicium illorum, qui expectabant fideicommiſſum; & præiudicium conſiderat textus, quia poſſet eſſe quod aliqui ex filijs, quibus debebat reſtitui, morerentur ante euentum condition is, ideoque totum fideicommiſſum ante tempus alienando, nõ potuit hæres præiudicare hijs, qui habebant ſpem fideicommiſſi, vt eſt ibi tex. expreſſus, & clarus; & quamuis in præiudicium ipſius hæredis valeret reſtitutio, vt declarat Paul. de Caſtr. in d. §. Diui, col. 3. attamen non tenet in præiudicium illorum, qui expectabant poſt mortem. Apparet ergo ſtare tex.
6 formalem pro iſta quæſtione; nam † cum feudatarius teneatur reſtituere feudũ poſt mortem primogenito, quando venit intra francorum, Andr. in cap Omnes filij, ſi de feu. fuer. controu. inter. domi. & agnat.
7 primogenitus † dicitur ille, qui reperitur primogenitus tempore mortis, vt voluit Andr. in cap. 1. §. hijs autem, de grad. ſucceſſ. in feud. Alber. in prohœmio. ff §. diſcipulis, Bald. in l. 2. C. de iure emphi. ar-
8 gumentum † namque valet de fideicommiſſario ad feudatarium, paritatur enim vt patet ex Andrea in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & alibi ſæpe, & tradit
9 Dec. conſ. 445. † Sequitur propterea præmaturam reſtitutionem, vel refutationem non præiudicare illi primogenito, qui reperitur primogenitus tempore mortis, ad quem defertur poſſeſſio feudi, valebit tantummodo refutatio in vita refutantis, in eiuſque præiudicium, vt declarat Paul. de Caſtr, in d. §. Diui; per quam doctrinam datur intellectus ad capitulum primum de alienat. feud. patern. proquo etiam accedit doctrina, quam dant Imol. & Bald. in d. §. Diui, per illum tex. dicentes, quod quando euentus conditionis poteſt mutare formam reſtitutionis, non poteſt grauatus ante exiſtentiam conditionis reſtituere; quia poſſet accidere quod alius haberet hdeicommiſſum, quam is, quem habere voluerit defunctus: quæ doctrina decidit etiam noſtrum caſum: nam cum Don Franciſcus tenebatur reſtituere feudum primogenito tempore mortis, non potuit ante reſtituere in præiudicium illius, qui tempore mortis reperitur primogenitus, & ſucceſſor. Ad idem eſt tex. in l. cum pater §. à filia, ff. de legat. 2. vbi deciditur, quod filia à qua fuit relictum fideicommiſſum, vt liberis ſuis reſtitueret poſt mortẽ, non poteſt vni filiorum reſtituere propter incertum diem fideicommiſſi, addacitq; Iuriſconſultus rationem dicens, quod in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui inter ceteros fideicommiſſum habiturus eſſet remota matris electione, quæ ratio eſt ponderanda, nam expreſsè declarat quod, quò ad donatarijũ illa refuratio nihil afferr, niſi commodum medij temporis, & ſi ab inteſtato non poſſet conſequi, nil valeret in eo donatio, ita probat tex. Cũ ergo dictus Don Hieronimus morte preuentus nõ potuerit ſuccedere in dictis feudis, ſequitur, quod eius morte fuit extincta donatio & nil trãſmiſit ad eius hæredes. & hoc vo
10 luit Paul. de Caſtr in d. §. à filia, vbi † dicit, quod ſi moritur ille, cui fuit facta reſtitutio ante tempus, non tranſmittit aliquid ad hæredes; & quamuis Paulus ſe ſunder, quod in caſu d. §. a filia, illa donatio, & reſtitutio erat retractabilis, attamen non intelligitur reſpectu donantis, nam ſi reſpectu donantis eſſet etiam irretractabilis, tunc etiam procederet ille tex. vt declarat Bart. in d. §. à filia, patificando iſtos duos caſus. Probatur etiam per textum in l. peto §. fratrem ff. de legat. 2. vbi cauetur, quod quando fideicommiſſum relinquitur Famihæ, veniunt gradatim; & proximus quiſque admittitur ordine ſuo, & decidit tex. quando per ſuperiores ſequentium cauſa non ledatur in poſterum, quem tex. adducit

cit Anchar. ad terminos queſtionis noſtræ cõſ.82. Ideoq; apparet quod iſta opinio iuribus, & iuſtis rationibus fulcitur.

Et reſponderi poteſt obiectis ex aduerſo; & primò † ad primum fundamentum de tex. in cap. 1. de alie. feud. pater. in ratione ſui, quia videtur ſomnium, nam nec tex. nec Doctor. ibi conſiderant illud, ad quod adducitur: & ideo dictum fundamẽtum eſt ſuper non ente, quia nec per ſomnium quidem tex. conſideratur intereſſe agnatorum remotiorum, quando fit alienauio in proximẽ ſucceſſurum, imò eſt totum contrarium: nam ratio eſt, quæ traditur à textu in d.l. cum pater. §. à filia ff. de legat. 2. quod ex quo habituras eſt ab inteſtato, poteſt ante mortem habere, ſi feudatarius refutauerit, quod intelligitur in præiudicium refutantis, vt ſupra dictum eſt; in d. cap. 1. probatur quod nunquam fit præiudicium agnatis, qui non conſenſerunt, vt declarant, Aluarot. & Præpoſitus, & cæteri ibi, ideo iſta prima ratio non fundatur benè in illo tex. qui probat oppoſitum, vt eleganter proſequitur Chriſtoforus de Benedictis in conſ. quod fecit pro Iacobo Anſalono ſecundogenito

12 Ad ſecundum † reſpondetur, verum eſſe refutationem eſſe reſolutionem iuris refutantis, atque refutantem haberi pro mortuo, tamen hoc intelligitur, quò ad præiudicium refutantis, & non quo ad præiudicium aliorum, & ita videtur determinare Bald. in l. ſi perſonam C. de fideicommiſſis, dum vult † quod refutatio non præiudicat agnatis, & clarius voluit idem Bald. in conſ. 225. Præponitur quod inueſtituræ colum. 1. vol. 2. Nec Andr. nec alij Doct. qui dicunt, quod refutans habetur pro mortuo, dicunt hoc, quò ad præiudicium agnatorum ſubſequentium; nec hoc apertiunt: debent enim eorum deciſiones intelligi in præiudicium refutantis per tex. in dict. §. Diui, & dict. § a filia, ſuperius allegatos. Nec conſideratio ſucceſſorij edicti vendicat ſibi locum in iſto caſu, quia ille leges allegatę loquuntur in ſucceſſorio edicto legis, & non in ſucceſſorio edicto conuentionis ex inueſtitura, quia in feudis † refutatio feudatarij non poteſt præiudicare proximioribus tẽpore mortis per cap. Si aliquem, ita diſtinguit Bald. in d. l. ſi perſonam, col. 1. C. de fideicommiſſ. Patet itaque iſtam ſecundam rationem eſſe potius coloratã quam veră.

14

15 Ad tertium † de textu in cap. 1. de eo qui finem fecit agna. qui allegatur pro caſu, reſpõdetur quod nichil facit ad propoſitum, nam ibi erant tres agnati, & vnus refutauerat feudum agnato, & filijs; fuit mortuus donatarius abſq; filijs, erat queſtio inter refutantem, & alium agnatum de ſucceſſione, quia dicebat alter agnatus tu ſemel refutaiti, non potes amplius habere regreſſum ad feudum refutatum, ſed replicabatur, quod erat refutatio perſonalis, ideo non præiudicabat; & quatenus ibi fit mentio quod donatarius fuit mortuus ſine filijs, & ponderatur quod ſi fuiſſet mortuus cum filijs, quod nulla erat quæſtio: at verum, quia refutans non potuiſſet mouere quæſtionem filijs, quibus etiam refutauit, & refutatio ſemper tenet in præiudicium refutantis, alter agnatus etiam non poſſet, quia viuebat refutans; ideoq; nihil ad terminos caſus noſtri facit ille tex. quia in illo textu nec quæritur, nec determinatur, ſi moritur donatarius in vita refutantis, quis ſuccedat in feudo, an proximior in feudo refutanti tempore eius mortis, an filia donatarij premortui: de iſto caſu nil determinat ille tex, mẽrito in eo non eſt facienda vis. Nec aliquid facit deciſio Andr. in cãp. 1. §. ſed ſi plures, col. 4

16 per quos fiat. inueſt. vbi decidit † quid ſi moritur filius non relicto filio, quo caſu feudum reuertitur ad patrem refutantem; nam pater ſuccedit filio, tunc pater, vel alius frater ſoluit pro ſua ſucceſſione ius releuij. Iſta ſunt verba Andr. Quid ad rombum, quia Andr. ibi nil aliud tractat, niſi de iure releuij; nam ſi moritur cum filijs, quod non ſuccedit, cum ſibi præiudicauerit quó ad ſucceſſionem fratris; non aperit Andr. quando frater ſuccedat, an mortuo donatario cum filijs, vel ſine, & an poſt mortem refutantis: ideoq; non poteſt fieri fundamentum in eius verbis, cum nec per ſomnium quidem cogitauerit de

17 illa quæſtione, † cum non poſſet haberi reſpectus ad authoritatem Doctoris, niſi Doctor ille tractauerit illam materiam, vt voluit Abb. in cap. bonæ, de poſt. prælat. Cuman. conſ. 102. Soccin. Iunior conſ. 1. col. penul. vol. 1. Nec etiam aliquid facit doctrina Præpoſiti in cap. Titius col. pen. ſi de ſeu. ſuer. controu. inter domi. &

18 agnat. † dum dicit quod nulli poteſt fieri alienatio irreuocabiliter, niſi proximiori: hoc eſt verum, nam per refutantem non poteſt reuocati, ſed ſimoriatur donatarius quod eius proximitas trãſmittatur ad ſuos

non dicit, nec disputat de hoc Præpositus. Sic pariso. mitter respondetur doctrinę Bal. & aliorum in cap. 1. § & si clientulus de alien. feud. Non obstat doctrina, & authoritas Saccuraſæ super cap. Volentes, quia loquitor in feudo hæreditario, nam sub illa forma loquitor, vt intelligunt Blasius super cap. Volentes in 1. lectura Philipp. Perdicar. in allegationibus Sclasani, Gosfrid. Rizar. in allegationibus, quas fecit pro Iacobo de Ansalono secundogenito, & Magna Curia in iustificationibas votorum in causa feudi dili Miri. Et si aliter alloqueretur, nō esset vera eius opinio per prędicta. Contrarium tenent prędicti, & maximæ authoritatis Viri. Petrus de Monte, quem refert, & sequitur Gualt. super cap. Volentes, in prima lectura, Philip. Perdicar. in allegationibus Sclasani, Io. Aloy. in allegationibus Caltabillorta, M.C. in dictis iustificationibus votorum in causa feudi dili Miri, Goffrid. Rizar. in dictis allegationibus, vbi dicit hanc esse communem & in eadem causa idem tenuit Christofor. de Benedict.

19 Quòd † ad formam traditam per D. Franciscum tàm in donatione, quàm in testamento, per quam exclusit fœminas existentibus masculis, non est longius progrediendum, quia non tenet, cum sit facta ad vitam eum clausula iuris fraeorum, & talis forma nō poterat per eum immutari Andr. cap. 1. de eo, qui sibi & hæredibus suis, circa fin. quinimo Blasius in cons. Cammaratæ, & ante eum Franciscus de Francisco, & Ludouicus Moltaltus, & Hieronimus de Franciseo, & idem Blasius in causa Petrinei tenuerunt, quod etiam in feudo nouo per primum acquisitorem non poterat talis forma mutari, quod pto nunc non discutio, cum sufficiat hoc esse verum in feudo antiquo, ita pro nunc respondeo. saluo semper, &c.

EPITOME.

Consultatio Friderici Campixani Aduocati famigerati in eadem causa Baroniæ Vcriæ, quam imprimendam esse decreuimus, vt paterent omnibus ea, quæ, à contraria parte dici possunt. Ipse etenim omnia, quæ hactenus ab alijs dicta fuere, in medium deduxit, ijsque alia ex suo capite super addidit, adeo vt verissimum sit dicere, nulli dari posse locum alia inueniendi; proindeq; cuique liqueat, quàm iuri consona sit domini Autoris consultatio.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus capituli primi de alienat. feud. patern.*

2 *Proximitas illa considratur in feudis, quæ viget tempore mortis.*

3 *Refutatio mortuo refutante statim resoluitur. contrarium nu. 5.*

4 *Refutatio fieri non potest in vita in præiudicium vocatorum in feudo. contrarium num. 8.*

6 *Feudi alienatio fieri potest in proximè successurum sine consensu agnatorum.*

7 *Alienatio permissa à lege durat perpetuò.*

9 *Feudi alienatio in remotiorem agnatum fieri potest sine consensu domini.*

10 *Proximitas in feudis, quod attendatur tempore mortis, procedit ab intestato.*

11 *Refutatio feudi fieri potest in proximè successurum sine consensu agnatorum, quia non est alienatio, n. 12.*

13 *Nepos non potest prætendere se proximiorem patruo, nisi subintrando personam patrui sui. & n. 14.*

14 *Nepos succedit in locum patris priuatiuè, & remotiuè.*

15 *Capit. Regni loquens, quod secundogenitus in successione feudi præferatur nepti ex primogenito, an procedat non obstante refutatione facta primogenito nu. 17. 18. & nu. 20.*

16 *Patruus præfertur nepti, quia masculus, licet neptis subintret gradum patris. & nu. 17.*

18 *Lex noua quod debeat intelligi secundum terminos legis antiquæ, quomodo intelligendum.*

19 *Agnati habent in successione feudi ius in spe probabili, quod æquiparatur iuri re ipsa.*

CON-

CONSIL. XXII.

N refutatio, facta proximè, & immediatè ſucceſſuro, ſit perpetua, & noceat tertio, vt reuocari non poſſit, ſi ille præmoriatur in vita refutantis (loquendo de feudo ex pacto, & prouidentia Principis, & ſic informa ſtricta) eſt videndum.

Et tota vis ſtat intellectu cap. 1. de
1 alienat. feud. pater. an illud † intelligatur ſi ille, cui eſt facta refutatio ſuperuixerit, an verò intelligatur indiſtinctè, etiam ſi extinde præmoratur refutanti, vt valeat, & teneat inpreiudicium alij eorum proximorum, qui, illo premortuo, reperiuntur proximiores tempore mortis refutantis.

Et hoc, licet aliqui ſuerint in illa opinione quòd valeat in præiudicium refutantis non autem aliorum, ſi ille præmoriatur in vita refutantis, quia non agitur de ſucceſſione feudi etiam infeudalibus, proximitas conſideratur tempore mortis Baronis, vt
2 ſi queratur, quis ſit proximior, vel primogenitus, inſpiciatur tempus mortis, vt in cap. Si aliquem, & in conſtitutione vt de ſucceſſionibus, & inſtitut. de hæred. qui ab inteſtato deferun. §. ita demum ff. de ſuis, & leg. hæred. l. poſt conſanguineos, §. hereditas, & ff. vnde cogna l. 1. §. proximus, ibi, Proximum accipere nos oportet eo tempore, quo bonorum poſſeſſio defertur, Bart. in l. fin. §. fin. col. 1. verſ. dubium facit, ff. ad Trebell. cap. 1. & ibi gloſ. de grad. ſucceſſio. in feud. & propterea dixit Andr. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſ. feud. quod mortuo primogenito in vita patris, ſecundogenitus incipit eſſe primogenitus, & reuocat alienationem factam cum cõſenſu primogeniti cap. 1. de alien. feud. pater. & dixit Tiraquell. de primogen. quæſt. 8. quòd ſucceſſio habet relationem ad tempus mortis, & ideo inſpicitur prioritas, ſeu proximitas, quæ tunc inuenitur per l. ex facto §. ſi quis autem, ſeu §. pen. ff. ad Trebell. & ibi Alex. in primo not. Cum igitur tempore mortis alius reperiatur proximior, cuius tempus inſpicitur, per ſupradicta, non potuit pater, ſeu Baro refutans in præiudicium alterius, reſtare ſeudum inuita, & tollere ius tempore mortis proximiori, ab initio quæſitũ ſaltem ſpe vt habetur in cap. 1. An agnatus, & in l. quod noſtrum, ff. de reg. iuris, & clarum eſt quod agnatus in ſucceſſione feudi dicitur habere ius in ſpe probabili Aret. conſ. 1. col. fin. Curt. iun. conſ. 1. in ſecundo dubio, Cagnol in l. fin. n. 284. C. de pactis Soccin. iun. conſ. 95. nu. 34.

3 Prætereaſtatum quod pater moritur, illa ſua refutatio, facta in vita filio primogenito, fuit reſoluta quia reſoluto iure datoris &c. & in cap. 1. §. Rurſus, & ibi Andr. in 2. col. verſ. Item, de contr. inueſt. & in tit. 1. §. Rurſus, quibus modis feud. ammit. l. ſeruo legato §. 1. ff. de leg. primo l. fin. §. ſed quia, C. comm. de legat. ſic videtur quòd ea non obſtante, ille, qui reperitur proximior tẽpore mortis, admicti debeat ad ſucceſſionem feudi. Item, quia pater nõ
4 poteſt preuenire caſum † mortis, refutãdo feudum in præiudicium illorum, qui erunt proximiores tempore mortis arg. l. cum pater §. à filia ff. deleg. 2. & in l. filius familias, §. Diui il 1. ff. delegat. primo, & hãc partem tenuit quidem Petrus de Monte, & Dominus Gualterius de Paternione, & D. Blaſius in Addit. ad Saccurſam in feudo ex pacto, & prouidentia, & hanc partem tenuit Goffrid. de Rizzar. in quodam conſ. quòd fecit pro Iacobo de Anſalono ſecundogenito, & eamdem opinionem tenuit Chriſtofarus de Benedict. & Philipp. Perdicaro in cauſa Comitatus Sclafani, Io. Aloyſius de Septimo in allegationibus in cauſa Comitatus Caltabillottæ, & Petrus Anchar. conſ. 82. col. pen. & ex his in caſu nepotis Baronis Veræ, de quo in præſentiarum agitur, ita conſulit D. Io. Ant. de Cannizo, & dicit quod eſt communis opinio, vt ipſe aſſerit, & teſtatur dictus Goffrid. imò in ſortioribus terminis quàm in iſto caſu.

Tamen hijs non obſtantibus in contrarium eſt veritas, quòd imo iſta refutatio ſit perpetua, & reuocari non poſſit, & nocet alij proximiori, qui reperitur proximior tempore mortis refutantis, quia illa refutatio fuit ppetua, & irreuocabilis, & quòd ſit perpetua tenet Bald. in dict. cap. 1. in verb. refutare, de alien. feud. pater. vbi dicit, quod eo mortuo ſine filio feudum deuoluitur ad eius filium, & idem Bald. in cap. 1. de alien. feud. in 4. col. vbi dicit, quòd feudum poteſt dari in perpetuum proximiori agnato, & ibi tenet etiam

Aluar.

Alnat. & Præpoſ. in §. & ſi clienrulus, verſ. nota ibi, vbi tenet quòd alienatio facta proximè ſucceſſuro in feudo, ſit perpetua, & ibidem Mar. in conſ. 119. num. 17. & ſic ſentiunt, quòd tranſeat ad eius deſcendentes, & non poſſet poſtea, eo mortuo, ab alio, qui reperitur proximior tempore mortis, & deberet ſuccedere, reuocari; nam illa proximitas, quæ tunc temporis viget, facit vt præmaturè poſſit fieri reſutatio arg. l. falſus tutor ff. quand. falſ. tuto. facit l. patrem ff quæ in fraud. cred. & hanc opin. in reper. Capituli, Volentes, tenuit dominus Blaſcus, & allegat alias authoritates, & tenuerunt alij allegati per dictum Dominum de Cannizo. Et iſta opinio ineuitabiliter probatur per tex. in d. cap. 1. de alien. feud. patern. qui loquitur in feudo in forma ſtricta, quod alienari non poteſt in præiudicium agnatorum,
6 niſi illis conſentientibus, & tamen ſubdit quòd in proximè ſucceſſurum poteſt fieri alienario ſine cõſenſu agnatorũ, & domini, quia non dicitur alienatio, ſed quaſi reſutatio quod debet intelligi de alienatione, & reſutatione in effectu, & ſic de valida, & perpetua, quæ tranſeat in eius filios, & cæteris præiudicet; nam quando lex deſponit de aliquo actu, & illum permittit, intelligitur de perpetuo duraturo per nor. per Bart. in l. ſicut §. ſuperuacuum 3. col. ff. quibus mod. pig. vel hypp. ſol. & per Bald. in l. ſi quis ita, de pactis inter emptor.
7 & venditor. & per Marſill. in rubrica de fideiuſſ. nu. 3. Præterea quando lex permittit alienationem, ſi illa fiat in caſu permiſſo, illa eſt perpetua, & non temporalis Ang. in l. pater filium, ff. deleg. 3. Item quia quando actus eſt conſumatus, & perfectus, non reuocatur, & tenet etiam ſi deueniret ad caſum, à quo incipere non potuerit l. pluribus §. ſi placeat ff. de verb. oblig. Præterea quæ vtiliter conſtituta sũt, licet caſus ſuperuenerit, à quo principium habere non potuerint, nõ reuocantur l. nõ eſt nouum, ff. de reg. iur. & in cap. factum
8 legitimè, eo tit. lib. 6. Præterea ſi iſta reſutatio non eſſet perpetua, & tantum duraret in vita alienantis, nulla ſpecialitas in proximè ſucceſſurum fuiſſet introducta, per i. lud cap. 1. de alienat. feud patern. cum etiam idem ſit, ſi fieret in remotiorè agnatum, vt illa teneat in vita reſurantis, & reuocari non poſſit, vt per Doct. in cap. ſi Titius, ſi de feud. fuerit controuerſ. inter dom. & agnat. & eſt magis communis, Mãdell. conſ. 76. & per nor. per Doct. in d. l. ſeruo legato §. 1. ff. de leg. 1. nec obſtat ſi dicatur quòd ſpecialitas conſiſtit in hoc vt in illa reſutatione facta proximiori agna
9 ro, non requiratur cõſenſus Regis, ſeu Domini feudi, quia etiã ſi fiat remotiori agnaro, cum ſit de comprehenſis in inueſtitura pariter non requiritur conſenſus domini, Narta conſ. 415. nu. 18. Bald. in d. cap. 1. de alien. feud. col. fin. in prine. vbi dicit, quod illud, quod dictum eſt, quòd vaſſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini, intelligitur de extraneis, agnaris enim poteſt, etiam non conſentiente domino, quia licet prohibeatur extraneis, nõ tamen coniunctis l. pater. §. quindecim ff. delegat. 3. & idem videtur velle Belu. in cap. 1. princ. de alien. feud. pater. in 4. no. vbi nor. quòd inter agnatos eſt licitum quod inter extraneos non liceret, & idem tenet Siluan. conſ. 3. nu. 81. & Bald. in l. imperialem in prine. col. ſecunda verſ. quæro an inter agnaros, & in conſ. 69. n. 17. 3. vol. Pro iſta opinione facit, quòd paria ſunt quod quis excludatur morte, vel reſurarione, Mandell. conſ. 86. nu. 9. facit rex. in §. ſui inſtit. de hæred. qualit. & differ. Item ſucceſſorium edictum ita habet locũ in renunciatione, ſicut in morte l. ſi quis ita ff. de teſtam. Tiraq. de primogenit. queſt. 40. n. 72. & ſic ſicut filius primogenitus perpetuò admitteretur per mortem ita paritet debet intelligi admiſſus per reſutationem, vt conſequenter ſecundogenitus perpetuò intelligatur excluſus, licet
10 moriatur in vita reſurantis. Non obſtat quòd in ſucceſſione feudi proximitas cõſiderarur tempore mortis, quia illud eſt verum reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato, ſed quò advaliditatem reſutationis, quę eſt permiſſa, inſpicitur tempus reſutationis, per ſupradicta, nam qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi l. in delictis §. ſi extraneus, ff. de noxal. & ideo ſi ille proximior moriatur in vita reſutantis, & alius incipiat eſſe proximior, non debet haberi in conſideratione, quia tempus reſutationis inſpici debet l. ſi filius familias ff. de verbo. oblig. l. ſi ita ff. de aur. & argent. leg. Non obſtat l. cum pater. §. à filia, & §. Dini, il primo, quia illa diſpoſitio erat reſtricta ad tempus mortis, vel ad certum tempus, & ideo non potuit grauatus præuenire in vita, vel ante tempus in præiudicium vocatorum tempore mortis, ſed ſcudum ex pacto, quamuis ſit quaſi reſtitu-

ſtitutioni ſubiectum,vt per Andr.in cap.1. §.quid ergo col.2.n.4.de inueſt. de re. alie. fact.& in cap.1. §. hoc quoq;2.col. de ſucc. feud. & in l. imperialem§. preterea ducatus 4.col. de prohibit. feud. alienat. per Feder. tamen non eſt prohibitus vaſſallus ante mortem illud reſutare inmediatè ſucceſſuro, immo eſt ſibi permiſſum, & ſic cū in materia feudorum habeamus in terminis caſum leg.nō eſt vlterius de hoc diſputandum l. ancillæ C. de furtis Nec obſtat quod non potuit pater reſutando præiudicare cęteris in iuribus eorum, quia alij remotiores in ſpecto tempore reſutationis, quod inſpicitur,nullum ius habebant in eſſe deductum, cum extabat primogenitus, ſeu proximior, cui eſt facta reſutatio, qui eos precædebat,& licet in ſucceſſione feudi agnatus habeat ſpē probabilē, illud eſt verum in agnato inmediatè ſucceſſuro, & ita loquuntur all:gata in contrarium:& nō dicitur ſpes probabilis, ſed à lege improbata,cum illa non poſſit eſſe niſi cum defiderio mortis proximioris præcedentis, quod non probatur, l.fin.cum ibi not. C. de pactis Non obſtat quòd dixit eccellens Dominus de Cannizo,quod contraria opinio ſit communis,quia immo iſta eſt non ſolum cōmunis, ſed etiam magis communis, nam vltra authoritatem de quibus ſupra,oēs tenent ſimpliciter, & abſolutè in
11 d. cap.1. quod illa reſutatio fieri poteſt proximiori agnato, & valer & tenet ſine conſenſu agnatorum, & Doctor. cum non diſtinguant an ille, cui eſt facta reſutatio ſuperuixerit, vel præmoriatur, intelligere videntur illum tex.procedere indiſtinte in omni caſu,ſiue ſuperuixerit, ſiue moriatur & viderur mihi quòd non ſit aliquis Doctor.quos potui videre de legentibus illud capitulum, quatenus ille tex. loquitur de reſutatione facta proximior agnato, qui limitet illud, ſi proximior non ſuperuixerit. Item ratio, quam aſſignat tex. quia nō eſt alienatio, ſed quaſi reſutatio, videtur communis ad conſenſum domini,&agnatorum propter eorum præiudicium, tamē illa alienatio, quæ fit in proximioré agnatum, valet, quamuis nec dominus, neque agnatus conſentiat,quia non eſt alienatio,
12 ſed quaſi reſutatio,cum fiat in proximioré ſucceſſurum, & in cōprehenſum in inueſtitura,& ſic videtur quod neque agnati,neq; domini poſſint pretendere ius in contrarium, & propteréa videtur ſtatuere ille tex. quod valeat ſine cōſenſu ipſorum, quod intelligitur in perpetuum per ſupra dicta. Et ſi contraria opinio eſſet communis,& vera, prout dicit excellēs Dominus de Cannizzo, An illa poſſit adaptari ad caſum noſtrum eſſet inquirendum,& videtur quod non,quia iſte nepos ſecundogenitus
13 ex primogenito non poteſt prętēdere ſe proximiorem ex eo, quia patruus, ſecundogenitus eius tui, q viuit, eſt proximior ipſo, nam ille eſt in primo gradu ipſe verò in ſecundo, & ſic excludetur tanquam remotior l.2.§. 2. ff. de ſuis, & leg. hęred. Igitur ſibi neceſſe eſt quod ueniat ſubintrando in locum patris §. cum filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt & ſic efficiatur proximior ſubintrando in locum patris,itaquod perſona patris repreſentetur per eum, quia filius repreſentat perſonam patris l.fin.C. de impub.& aliis ſubſt.

Cū igitur illa proximitas patris ſit transfuſa in perſonam neptis,in ea ſu noſtro ſequitur quod non poteſt dici pēnitus eſtincta,ſed imo dicitur oſtare per trasfuſionē & repreſentationem in perſonam iſtius neptis; conſequēter infertur quòd iſte nepos non poſſit prætendere, & dicere quod reſtatio facta eius patri nō teneat in preiudicium ipſius, ſub pretextu quod ipſe tempore mortis aui reperitur proximior, & ſuccedere debet in feudo, ſeu Baronia predicta, quia hanc proximitatem,quam ipſe pretendit, in caſu noſtro non habet, l. ex qua perſona cum ibi not.ff de reg.iur. Item quia cum illa proximitas patrisnō ſit extincta,ſed repreſentatiuè adhuc dicatur inſtare, in eius perſona reſidet etiam ipſa reſutatio, quadonec viget cauſa, durat effectus,argum.à contrario reg quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus,de qua latè per Tiraquell. in tractatu ceſſante cauſa &c.
14 †Sed prēmiſſis nōobſtantibus contrarium videtur dicendum,quia licet non ſuccedat in locum patris, tamen ſuccedit ex perſona ſua Bart. in l. 1. §. ſi ſit nepos ff. de coll. bon. & in l.1.§.ſi filio,ff. de coniung. cum emancip. lib. Bald Alex.& Iaſ. in l.ſi auus C. de lib. præter. vbi dicunt quod nepos ſuccedit in locum patris priuatiuè,ſiue remotiuè, non autem tranſmiſſiuè, ſed ex perſona proximi Iaſ. conſ. 22 col.3. verſ. confirmatur lib. 2. Tiraquell. de primog. quæſt.40.nu.116. & ſic ceſſare videtur argumentum.quod efficitur proximusſubintrando, non autem ex iure ſibi tranſmiſſo ſeu per modum repreſentationis. Non obſtat quòd imò ſuccedat nepos ex perſona

pa-

patris, & tanquam illum repreſentans, vt tradit Tiraquell. vbi ſupra quæſt. 40. n. 119. quia iſta reſponſio non ſatisfacit, ex quo prima contraria opinio eſt communis. Ité non obſtat, quòd licet ſuccedat vt nepos, & non tanquam repreſentans filium, tamen, quia illud, quòd ſubintrat in locum patris, habet quia eſt nepos natus ex filio, igitur videtur habere priuilegiũ ſubintrandi reſpectu patris Paul. de Caſtr. conſ. 159. in præſenti cauſa, vbi dicit quòd nepos ſuccedat in locum patris, fuit introductũ ex illa æquitate, quia reputatur eadem perſona cum eo, cum ſit pars corporis, merito videtur, quod non poſſit impugnare reſtitutionem factam eius patri, à quo ipſe deſcendit, & originem habet d. l. ex qua perſona. Quia reſpondetur, quòd licet habeat priuilegium ſubintrandi ex repreſentatione patris, tamen ſuccedit ex perſona ſua, merito videtur illam reſtitutionem impugnare, quia licet ſubintret in locum patris, tamen non vti hęres patris, & ex iure ſibi tranſmiſſo, ſed vt nepos, & ex eius perſona ſuccedit, merito videtur, quòd poſſit impugnare reſtitutionem prędictam, ſiuera eſſet opinio contraria, prout non eſt.

15 Sed an ſaltim poſſet iſte nepos ſecundo genitus tentare, ſtante cap. nouiſſimo, quo cauetur, quod ſi tempore mortis Aui reperiatur ſecundogenitus, & ex primogenito premortuo nepus, quod ſecundogenitus nepti ex primogenito præferatur, vt feuda conſeruentur in cognatione, ſeu agnatione. Et primo videretur dicendum quòd ſic, quia dictum cap. videtur intelligendum generaliter, & etiam non obſtante reſtitutione facta filio primogenito; quia cum ratio expreſſa ſit in capitulo, generaliter debet intelligi l. regula §. ſi quis vbi Bart. & alij ff. de iur. & fact. ign. & traditur per Nicol. in ſua centur. de locis leg. in loco, à ratione legis, quod procedit etiam quod lex eſſet correctoria, cum ratio iſta ſit ſcripta in ipſa lege, ſeu ſtatuto, & ſit finalis, vt ibi per eum, verſ. primo fallit quando ratio eſt ſcripta. Præterea cum dictum capitulũ veniat ad declarationem præcedentis capituli aliàs obtenti in fauorem filiorum primogenitorum & illi præferantur ſecundogenito non obſtante reſtitutione ſibi facta videtur, quòd iſtum ſecundum capitulum debeat intelligi iuxta terminos primi, quia lex noua interpretans debet intelligi in terminis legis interpretatę l. nihil vbi Bartol. ff. de coniug. cum emancip. lib. & in Authen. de filijs nat. ante dotal. inſtrum. & ſic cum primum capitulum, quod præfert nepotem ex primogenito ipſi ſecudogenito, loquatur non obſtante reſtitutione ſibi facta ab auo, ſequitur quod iſta pariter intelligi debeat ſecũdum eam, de qua ſupra, vt ſecũdogenitus præferatur nepoti ex primogenito præmortuo, non obſtante reſtitutione facta ipſi filio primogenito premortuo. Non obſtat ſi dicatur quod capitulum loquitur quando agitur de ſuccedendo in feudo aui, ſed ſtante reſtitutione facta filio primogenito, quæ valuit per ſupradicta in præiudicium aliorum, non agitur de ſucceſſione aui, ſed filij primogeniti, cui ipſa filia ſuccedere debet, excluſo patruo, quia maſculus non excludit fœminam, niſi quando eſt in eodem gradu, vt in cap. Si aliquem, & in conſtit. vt de ſucceſſionibus, & ibi p Doct. quia reſponderi poteſt, quod iſti caſui voluit præiudere ſtatutũ propter rationem generalem & in eo expreſſam, vt non obſtante reſtitutione prędicta, propter quam poſſet dici quòd iſto caſu non agatur de ſuccedendo auo, ſed filio primogenito, tamen vt feuda conſeruentur in agnatione, quod ipſe ſecundogenitus nepti præferatur, nam ſi non eſſet reſtutio, non videretur dubium, quod ipſe ſecundogenitus deberet præferri nepti ex primogenito premortuo, quia licet filia
16 ſubintraret in locum patris in eodem gradu cum patruo, tamen, quia fœmina, & patruus maſculus, debeat patruus præferri, vt tradit. per Doct. in l. venia C. de in ius vocand. Iaſon. conſ. 121. col. 3. verſ. ſed quamuis 2. vol. & quod neptis ex primogenito non præferatur patruo, quando eſt ſtatutum quòd exiſtentibus maſculis fœmina non ſuccedat, tenet Tiraquell. de primogen. quæſt. 14. & Couar. lib. pract. quæſtion. cap. 38. cart. 273. column. 3. verſ. tertio ad finem facit, quia licet neptis ſuccedat in locum patris, tamen ſuccedit ex perſona ſua, vt traditur per Doct. in d. l. ſi auus C. de lib. præterit. Tiraq. de primogen. d. quæſt. 40. nu. 156. igitur fœmina non poſſet excludere patruum. Sed ta-
17 men hijs nõ obſtantibus in contrarium videtur veritas, quia ſi præſupponimus reſtitutionem valere, eſſet ius quæſitum patri & ipſi nepti, quæ patri ſuccedit excluſis maſculis vlterioris gradus, vt ſupra dixi, in dubio non eſt dicendum quòd princeps voluerit tollere ius alteri quæſitum, & priuare neptem iure ſuo l. 2. §. ſi quis à prin

cipe

cipe, Neqnid in loco pub. l. nec auus, vbi glos. & Bald. C. de emancip. lib. & traditur p Doct. in l qnotiens de præcib. Imperat. off. Sed dicendum est quod nõ facta refutatione. tantum princeps voluerit declarare quod neptis ex primogenito, quãdo concurrit etiam patruus, illum non excludat, cuius aliquando fuit contrarium decisum, vt per Gram. decis. 1.

18 Nec obstat † quod lex noua debet intelligi intetminis legis antiquæ l. nihil ff. de coniung. cum emancip. lib. quia in l. antiqua nõ legitur de refutatione facta primogenito, sed secundogenito, quam declarauit cap. non valere in præiudicium filiorum ex primogenito. Nec obstat quod ratio est generalis, & expressa, ideo etiam in correctorijs est licita extensio: quia illud est verum, nisi in causa alia ratio vigeat in contrarium, vt in casu non stante refutatione. Nec obstat quòd alias non decideret casum dubitabilem, quia immo decidit casum dubitabilem, vt supra dictum est. Item responderut quod statutum debet intelligi potius superfluum, quã qnod quisin debite damnum patiatur, probatur in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. Nec obstat quòd non diceretur verè pati damnum, quia hæreditas patris non est debita filijs, sed quasi debita glos. est in l. 3. C. de iur. & facta. ignorantia, quia hic non su-
19 mus in hæreditate, sed in feudalibus, in quibus agnati habent ius quæsitum in spe probabili ex pacto, & prouidentia Principis, Socc. Iun. conf. 95. n 3. vol. 3. quod ius in spe probabili equiparatur iuri re ipsa & ideo nona dispositio non trahitur ad ius de præterito quæsitum reipsa Aret. conf. 7. col. 2. vers. vnde dixit notanter, Soccin. Iun. conf. 95 nu. 34. vol. 3. quia si priuaretur, verè diceretur pati damnum.

Et sic ex præmissis concluditur, quod refutatio facta eius patri sit perpetua, & teneat, & renocari non possit, nec posset ipse in casu nostro se iuuare cap. Regni, quo patruus secundogenitus excludit nep-
20 tem, quia † illud intelligitur in casu, quo primogenito nõ reperitur facta refutatio, quo casu agitur de succedendo auo, aliàs secus per supradicta. Verum si teneremus opinionem contrariam, quod refutatio nõ præiudicet ceteris, præmortuo primogenito in vita patris, qui reperitur proximiores tempore mortis, cui ego non assentio, adhuc ipsum nepotem sonetius, quia sublata de medio refutatione prædicta; deberet succedere excluſis nepte, & patruo, tam de iure, quam per cap. Regni. Saluo semper, &c.

ANNOT. PETRI FILII.

PVnctum de quo disceptatum est, quodq; pergimus disputare, aliis difficile, aliis perplexum, alijs decisione Cesarea indigere visum est: at nos (quo ad vsque subiecta materia patitur) illud idem clarum rationibus, auctoritatibusq; satis superq; perspicuum dijudicamus. Nam etsi vtraque pars illustrei propugnatores sortita fuerit, & aliquando pro vna iudicatum; attamen multæ extitere causæ, quæ, ne Viri alioqnin doctissimi ad veritatis scopum collimarent, effecerunt. Atque vt vno exemplo, quod reliquum est patefaciamus, oluium quæso habeamus Blasc. Lanceam nulli profectò secũdum; is sanè, dum nil interfuerat, vni, vel alteri adhærere sententiæ, in prima lectura ad cap. Volentes, tempus mortis esse attendendum facilè enuntiauit: at postea ad rem familiarem augendam nactus occasionem in causa Terræ Castanæ contrarium professus fuit idq; (suspicamur) vt robur acciperet, in secunda lectura ad d. cap. Volentei inculcauit. Hoc idem redolent dicta per Franc. Milan. decis. 8. lib. 1. in illa causa, vt ipsemet testatur; vti iudex suspectus à munere iudicandi se abstinuit. Propterea nimiæ audaciæ haud tribuendum erit, si dixerimus punctum videri clarum iis, quibus veritatem sequi, & amare concessum fuerit, quod, Deo duce, atque adiuuante, ostendere haud desperandum nobis erit.

1 *Exordiamur à textu † in cap. 1. de alien. feud. pat. in quo omne stare fundamentum affirmantium, tempus refutati nis esse considerandum, contenditur. In illo textu feudi alienatio etiam domino consentiente, nisi consentiant agnati, ad quos quandoq; beneficium sit reuersurum, prohibetur, inter agnatos tamen conceditur ex eo, quia non alienatio, sed quasi refutatio dicatur. Ex isto textu regulam negatiuam desumimus, in præiudicium nimirum agnatorum, feudum minime alienari posse; exceptionem post modum eiusdem met regulæ habemus, dum agnatis consentientibus permittitur; hucusque de alienatione feudi facta proximiori nihil caueri conspicimus; sed illud elicimus expresse, alienationem quamcnmq; valere non consentientibus agnatis, ad quos*

feudum quandoque ſit reuerſurum. Ponderamus † dictionem illam, quandoque, quæ
2 hic ſtare poteſt, pro quandocunque, vt vſur patur à Iuriſconſulto in l. qui cum vno ff. de remiſit. ibi, quandoque inuentus, capiſe pœnitdus eſt, & ponit gloſ. in verb. quãdo cĩque; At quia iſtud verbum diſtributiuum temporis, & multiplicatiuum dicunt Doctores, Bero. conſ. 157. nu. 1. lib. 1. ſit, vt omnes agnati, quotquot ſunt in inueſtitura comprehenſi, conſentire debeant, ad quos quandocunque ſcilicet ſucceſſuis temporibus feudum pernenire poterit. Non valebit itaque alienatio feudi conſentiente proximiori agnato quò ad omnium præiudicium & vtirreuocabilis cenſeatur, ſi de inde mortuo ſucceſſio aperiretur ſequenti in gradu, nam eo non conſentiente, alienatio prædicta prohiberetur; tunc demum irreuocabiliter ſubſiſteret alienatio, cum omnes agnati conſentire dicerentur. Hinc ortum habuit quæ ſtio illa, de qua per Bald in cap. 1. §. ſi clientulus, de alien. feudi; quæ maximè huic noſtræ conferre videtur. Diſputauit ibi Bald.
3 an alienatio feudi fieri poſſet in quoſcũque agnatos, etiam remotiores; & relatis ſententijs, & rationibus, quibus vtraq; opinio fulciebatur, pro affirmatiua ponderauit inter alia, quod ille tex. talem alienationem non dixerat alienationem, ſed quaſi refutationem, quæ videbatur breui manu fieri, videlicet ipſi domino, & ab ipſo domino illi agnato, atque ſolidam videri alienationem, quæ de conſenſu ipſius vaſſalli potioris & renuntiantis, domini auctoritate firmabatur, cenſuit, nec propterea conſenſum requiri debere eorum, qui ius habere non videntur. Poſtea alia in cõtrariũ cõſiderauit. Primo abſurdum, quod ſcilicet alteri per alterum iniqua condictio inferereturr, l. iniquiſſimum ff. de iur. & fact. ignor. Prætea
4 † refutationem nil aliud eſſe, quàm reſignationem in manum ſuperioris, quæ fieri non poſſet, niſi quatenus ius competeret reſignanti. Rurſus habere vim vtilis dominij ceſſionis, ſed reſoluto iure datoris reſoluit ius acceptoris, quando cauſa reſolutionis naturalis eſt, vt hic; Et propterea refutationem feudi cum ſuis conſequentijs ſtatim quod feudum debet eſſe apertum proximo agnato, extingui. Iterum neminem poſſe refutare in præiudicium tertijs. His diſcuſſis Bald. ſoluit quæſtionem
5 refutationem tandiu valere, † quandiu ſi facta non eſſet, ſequens proximus agnatus non ſuccederet, ſed defuncto renuntiante ſine hærede ad irritum recedi, & proximum vaſſallum iure feudi paterni vocari. Sequitur ergo, ait Bald. quod in perpetuum non poſſit dari niſi proximiori agnato; quod pro-
6 bari certa ratione, ait, Paria † ſunt cedere agnatis, & concedere conſentientibus agnatis vt C. de fideicom. l. quoties, ſed conſenſus agnatorum, ad quos beneficium non eſſet reuerſurum non valet, ergo nec eorum receptio, vt patet in d. cap. 1. de alien. feud. pat. dum dicit, ad quos beneficium quandò que erat reuerſurum. Vnde Andr. de Iſern. ibi ſic ait. Itẽ agnatus poterit dare alij agna
7 to, † qui erat æque proximior, & qui debebat ſuccedere in illo feudo poſt mortem dantis, et ita eſt intelligendum, quia in princ. dicitur, ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurum, & quia ſecundum ordinem gradus defertur, vt in cap. 1. An ille qui interf frat. dom. ſui hic non dicitur alienatio, ſed quędã refutatio, quæ poteſt fieri agnato proximio riori in tit. per quos fiat Inueſt. §. ſed & res Io. de Saſ. de Piſ. in ſumma ſua ſic ait. Item
8 † alienabit, & vendet vaſſallus agnatis, & conſanguineis, qui ſe mortuo, eſſent in feudo ſucceſſuri. Hæc Bald. At vt ex eo, quod ad rem noſtram facere videtur, eliciatur: adducimus profectò Bald. vt primum oſtende remus alienationem tunc demum eſſe irreuocabilem, ſi omnes agnati, quibus aliquo tempore feudum poſſet competere, cõſentirẽt, bocq; ad corroborationem intellectus dictionis, quandoque, in textu dicti cap. 1. de alien. feud. pat. appoſitæ; atque vt, & aliud probaremus, tempus mortis agnati refutãtis eſſe in ſpiciendum, non autem illius refutationis; nam Bald. ait tandiu ait valere alienationem, quamdiu ſi facta non eſſet, ſequens proximus agnatus nõ ſuccederet. Proximitas ergo ad tẽpus mortis reijcitur cõſideranda; mã & ſubiungit, ſed defuncto renũciãte ſine hærede irritatur, & proximus vaſſallus vocatur. Sed quia huiuſmodi quæſtio alienationẽ factã remotiori agnato ſupponi & nos de facta proximiori quærimus, ideo & alia ſtet verba Baldi cõſideranda, nã & hoc determinatũ ab eodẽ habemus. Andreæ au-
9 thoritate, † & Ioan de Piſis affirmat feudũ dari poſſe agnato proximior i, qui ſuccedere debeat poſt mortem dantis Expreſſe itaq; ex Andr. Io de Piſis & Bald. probari põt, tẽpus mortis nõ refutatiõis eſſe attendendũ: quod vt clarius innuat Bald. ita interpret ãda eſſe verba textus ibi, Ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurum, tradit, cum illud ſecundum ordinem gradus deferatur.

Mar-

Martin. Lauden. ſ. in S. Titius ſi de feud. defun. cont. n. 22. formans quæſtionẽ de perſona agnatorũ non conſentẽtiũ alienationi,

10 *ait † quod ſi ſit facta alienatio proximiori in gradu, qui ſtatim debet ſuccedere in feudo. etsi tũc valet irrevocabiliter; reddit rationẽ ga ſi nõ fuiſſet facta dicta alienatio certe feudũ mortuo alienatore vaſſallo ad eum tãquã ad proximiorẽ in ſucceſſione peruenire allegat cap. 1. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. de alien. feud pat. quo oſtẽditur interpretatio cap. 1. de alien feud. pat. vt ita demũ valeat alienatio feudi proximo ſucceſſuro; ſi ille ſit talis, q mortuo refutante feudum capere poſſet, alias enim irreuocabiliter non valeret alienatio, niſi tãtũ viuẽte alienãte, & tũ audẽt, qui tẽpus refutationis attẽdẽdi eſſe credunt, dicere, eorũ ſẽtẽtiã ſupra cap. 1 fundari. Deinde Laud, n. 24. queſtionem exagitat de alienatione facta in remotiorẽ agnatum, cõſentiẽ-*

11 *tibus agnatis primi gradus, an † ſcilicet valeat in præiudicium ſecũdi, vel tertij gradus de qua per Bald. vbi ſupra; in qua, poſt quam dixerit ſummẽ fuiſſe dubitatũ, ipſe tñ cõſuluiſſe teſtatur non valere pdictã alienationẽ, niſi cõſentientibus oibus agnatis, ad quos beneficiũ quãdocũq; ſit reuerſurũ, hic vſurpat dictionẽ, quandocunq; pro quãdoq; vt ſupra annotauimus. Eandẽ queſtionẽ poſuit Curt. Iun. de feud. part. 4 prin. n. 146. ibiq; refert ita tenuiſſe Ioan. Ray in cap. Imperialem ſ. habito, de probib. alien. per Federic. referentem Bertrandũ Capreol dicentem omnes agnatos eſſe vocando, & omnibus offerendum, quia quod omnes tangit, ab omnibus eſt approbãdum. Allegat etiam Ioan. de Piſ. in ſum. feud. in tit. de alien. feud. cuius verba ſunt. Item †*

12 *Vaſſallus alienabit, & vendet feudum agnatis, & conſanguineis, qui eo mortuo fuiſſent in illo feudo ſucceſſuri, & ſic non permittit ire verſus in alios, qui non eſſent ſucceſſuri. Idem tenere dicit Odofred. in ſum. tit. quib. perſon. vaſſall. poſſit vend. feud. & Iac. Aluarott. in cap. 1. de alien feud. Et licet huiuſmodi quæſtio ſit, & loquatur de alienatione facta remotiori, conſentiente proximiori, ibique quæratur, an valeat in præiudicium agnatorum exiſtentium in medio, attamen multa ſunt, vt vidimus, quæ optimẽ facere videntur ad noſtram theſim, de alienatione, ſcilicet quæ fit proximiori tempore refutationis, qui refutanti præmoriatur, alteſque tempore mortis refutantis proximior reperiatur. Concludit tandem Curt. in ſupracitato loco, in*

13 *queſtione ibi propoſita ſibi arridere concluſionem, quod non † valeat refutatio feudi facta remotiori conſentientibus proximioribus, in præiudicium aliorum medium gradũ tenentium ea nimirum ratione, quia cum in feudo antiquo, vel pater non ſint omnes deſcendentes a primo ſtipite, vocati ordine ſucceſſiuo, non videt ipſe, quis dubitationis locus relinquatur, quare remotiores poſſint ex cludere proximiores, quia tũc nõ eſſet admittere ordine ſucceſſiuo. Hæc omnia interpretationẽ illã ex dictione illa, quãdoq; in textu cap. 1. de alien feud. pat. poſita maxime adiuuãt; vt oẽi ſcilicet agnati, ad quos quãdoque feudum poſſet reuerti, conſentire debeant, vt alienatio facta vni, oibus officere videatur.*

Hactenus text. in cap. 1. de alien. feud. pat. in ſui principio expendimus; atque manibus quaſi contrectauimus, nullibi fundario opinionem affirmantium, tempus refutationis eſſe attendendum. Nunc cætera, quæ in textu ſunt, referamus. Aliud ſiquidem ſubiungit, nimirum quod ſcilicet beneficij alienatio prohibeatur; inter agnatos attamen conceditur. Hoc dictum nil habet †

14 *quod ſupra firmata concluſioni obſtare cenſeatur, illud enim intelligi debet, dummodo id citra aliorum agnatorum, ad quos per uenire poſſet feudum præiudicium fiat, per ea, quæ ſupra dicta ſunt. Reliquum quod eſt in textu, ibi, & ſi libellum, &c. nil aliud affert, quod fauere contrariæ opinioni videatur. Sed antequam ad alia progrediamur, res non otioſa erit, quid in hoc ſentierit Andreas, diſquirere. Fatemur expreſsè nos non inueniſſe idipſum dicentem Andream; contendimus tamen, quod querimus pro noſtra ſententia intelleciſſe. In quo ſanè non eſt auctoritas Bald. in loco ſupracitato ſtocipendenda, qui, vt ſupra recenſuimus, Andream ad noſtram ſententiam interpretatur.*

15 *Andreas in cap. 1. de ſucceſſ. feud. †. n. 8. ait (non grauabimur eius dicta referre) ſi ergo viuens iure francorum vendit feudum eum conſenſu primogeniti, & moriatur primogenitus, an alius veniens poſt eum, qui non conceſſit, reuocet? Dic aut moritur primogenitus viuo patre, aut poſt: ſi viuo patre eſt primogenitus, & non ille, qui conſenſit, & qui mortuus eſt: ſed is, qui inuenitur genitus ante tempus mortis eiuſdem, de cuius agitur feudo, præmaturè ageretur de feudo viuentis, ff. de vulg. & pupil. l. 2. §. 1. & ideo ille reuocaret d. tit. de alien. feud. pat. ſi vero poſt mortem patris, ſecus, quia ille contractus perfectus fuit, ab alienante cum conſenſu illius, qui erat ſuc-*

ceſſurus: alius agnatus non ſuccederet patri quia non eſt primogenitus, nec fuit, quando ille mortuus eſt. Idem in cap. 1. §. ſed &
16 plures. nu. 2. Per quos fiat. Inueſtitura, † is, qui habet hoc feudum (de paterno loquitur) non poteſt vendere extraneo ſed agnato proximiori, qui ſcilicet ſucceſſurus eſt, & infra num. 6. dicit. Item hæc conſuetudo bodie locum habet, vt proximior agnato poſſit quis vendere, & alienare, quia non eſt alienatio, cum ſucceſſurus ſit ei, eo inuito, non obſtante ordinantione, ſi quam faceret in teſtamento, alij relinquendo, ſupra de ſucceſſ. feud. cap. 1. & infra de alien. feud. pat. cap. 1. Clariſſimè in hoc dicto, quod ſentiert. Andreas patet, ſupponit neceſſariam ſucceſſionem tempore mortis, cum non obſtante ordinatione teſtamentaria, ſit ille agnatus proximior, in quem in vita beneficiarij ſit alienatio, in feudo ſucceſſurus inuito reſutante, quod accidere nequit ſi ſuppone remus alium eo tempore exiſtere, qui talem agnatum excluderet in cap. 1. §. His verò, de gradib. ſucceſſ. loquens de patruo, & ne-
17 pote tradidit, quia † patruus, qui inueniret ſe primogenitum tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur, excludet nepotem ſilium primogenitis fratris præmortui, ſcilicet, qui ſi viueret ſe primogenitum inueniret. In cap. 1. in princ. de contr. feud. regulare dicit in omni feudo pacti, & proui-
18 dentiæ, vt primus † agnatus illud habeat donec viuit, ſequens poſt eum, & ſic de cæteris: ideo quaſi ſubiacet reſtitutioni; ſi itaque vnus poſt alium gradatim habebit feudum, allegando Andr. text. in l. hæredes §. fin. ff. ad l. rebell. clare intelligit non poſſe
19 præmaturè † fieri reſtitutionem, & refutationem in præiudicium aliorum agnatorum in Inueſtitura comprehenſorum. Idem tradit in cap. 1. de eo qui ſib. & hæred. in cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus, nu. 13. quæ ſit prim. cauſ. benef. omit. verba faciens de primogenito, patre viuente cõmittente felo-
20 niam, ait † certum eſſe, illum, & ex eo deſcendentes à feudo excludi. Sed an ſecundo genitus mortuo patre feudum habere debeat eſſet inquirendum, & pro ſecundogenito pro quo dixit fuiſſe iudicatum, hæc habet. Cõtra ſi ſeum erat, quia ſecũdus haberes, ſi primus non eſſet, ſic at eſſet, mortuus patre viuo, ſecundus haberet, qui inuenit ſe primogenitum tempore mortis patris, ante præmaturè agitur de hæredibus viuentis. Et paulo infra ad argumenta, quæ pro fiſco præmiſerat, ait. Non obſtat ſecundum, quia primogenito datur, ſi ſit habilis, quando pater moritur, illud tempus inſpicitur, argumento ff. de leg. 2. l. cum ita §. in fideicommiſſo.
21 Hic in ſucceſſione feudi † gradum, & proximitatem ad tempus mortis eſſe referendam expreſſe intelligit Andr. dum allegat textum in §. in fidecommiſſo, vbi habetur tempus mortis eſſe inſpiciendum, ibi: Aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine de functi fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, vbi gloſ. in verb. moreretur, oppoſitionem faciendo de textu in l. ſi cognatis ff. de reb. dub. in quo cauebatur tempus teſtamenti eſſe conſiderandum, ſoluit in illo text. nõ fuiſſe ſucceſſionis ordinem inducti, & ideo tempus teſtamẽti conſiderari, omnes enim ibi cognati vocantur, quocunque gradu, at in §. in fideicommiſſo per ordinem admitti poſt nominatos, & ſic (ait gloſ.) an ſit capax tẽpore mortis inſpicitur, & n. 14. ait, Sequẽs ergo qui erit ſine macula tẽpore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur, veniet dicta l. cum ita. §. in fideicommiſſo, de verb. ſignific. & leg. fin. nam ex ordine veniunt.
22 hæc Andr. Qui rurſus in cap. 1. † de alien. feud. pat. ante nu. 8. cap. interpretatur, quãdo refutatio fieret agnato, ad quem erat peruenturum feudum, in quibus prout in aliis loquitur tempus futurum, & mortis conſiderat. Iterum in cap. 1. nu. 14. de natur. ſucc. feud. agens de queſtione inter patruum, & nepotem ait. Hæc eſſent vera, niſi repugnent verba conceſſionis, vel conſuetudinis, vel legis, quia cum defertur primogenitis, intelligitur de illis, qui inuenientur in eodem gradu gentis primo tempore mortis patris, & in cap. Imperialem §. præterea ducatus, de prohib. alien. feud. per Federic.
23 nu. 39 loquens † de collatione inter filios patris, ementis feudum indiuiſibile, an ſcilicet alij filij tantum deducere poſſint de bere ditate patris, quanti valet feudum competens primogenito. ait Item, pater acquirebat pro omnibus filijs per ordinem, quia ſi primogenitus deceſſiſſet viuo patre, perueniſſet ad alium filium, nec concurriſſet filius prius primogenti præmortus cum patruo, qui erat primogenitus tempore mortis patris. Ex his patet in ſucceſſione feudorum inſpici tempus mortis, atque capacitatem, & incapacitatem vocatorum ad feudum, ex mente Andreæ conſiderandam eſſe, cum vnus per mortem præcedentis in gradu, admicti iure feudorum ſoleat, adeſt it. & cap. 1. de ſucceſſ. frat. vel gradib. ſucc. in feud. nam quemadmodum Inueſtitura acquiritur feu-

dum,

dum,ita per ſucceſſionem de gradu in gradum peruenit, mortuo etenim qui beneficiũ tenebat, prima cauſa eſt liberorum, his deficientibus vocantur fratres cum fratrum præmortuorum filijs,deinde vlteriores agna

24 *ti. Qui † ordo vtique turbaretur, ſi concederemus vni agnatorum alteri in præiudicium cæterorum fieri poſſe feudi renuntiationem: refutatio etenim naturam feudi mutare minime debet, ad quod illuſtris poteſt ponderari textus in cap.1.de vaſſall.de crep.ætat.ibi enim habetur quod ſi vaſſallus decrepitæ ætatis in manum domini feudum refutauerit, vt Seium, & Sempronium filios de eodem beneficio inueſtiret, vaſſallo mortuo,Sempronius deinde decedat ſine hærede Seio ſuperſtite, feudum tamen non ad dominum,ſed ad Seium deuolui decernitur: feudum enim nouum haud eſſici, ſed paternum remanere reſoluitur. Gloſ ibi,dum hoc dictum intelligit, niſi refutatio fuerit facta, vt quaſi de nouo filij inueſtirentur, tunc etenim ad dominum deuoluereture,ſi tamen, ſubnectit, conſentirent hi, ad quos per ſucceſſionem feudum eſſet peruenturum*

25 *Ex textu, & Gloſ. primo elicimus † refutationem minimè ordinem ſuccedendi infeudo alterare. Iterum ex Gloſ. habemus,quod vtvaleat refutatio feudi,omnes debeant conſentire, quibus per ſucceſſionem feudum eſſet reuerſurum, per ſucceſſionem, ait, ergo tempore mortis conſideratur præiudicium agnatorum,quod concinit cum ponderatione à nobis ſuperiùs facta. Facit quod dicit Petr. de Rauen.de feud.tit.8.de ſucceſſ feud. §.hoc quoque, vbi notat conſenſum agnati*

26 *† proximioris nõ præiudicare alijs agnatis naxituris, quibus ſuo tempore vendicantibus dabitur vtilis reiuendicatio.*

27 *Hæc ſententia quod ſcilicet † tempus mortis ſit conſiderandum in hipoteſi noſtra cõmuni conſenſu Doctorum tuuatur, Petr.de Reuen. tit. 13 de alien feud. §. & ſi clientulus, tex.in cap.1. de alien. feud. pat. intelligit de proximiori agnato, qui ſucceſſurus eſt.qui uerbis aperit tractũ futuri temporis conſiderandum eſſe, atque ex futuro euentu pendere omnino firmitatem alienationis, nam ſi morte refutantis ius aperitur agnato,ſi is,cui facta refutatio fuerit, ſuccedere non poterit, quia præmortuus refutanti,eiuſq; hæres remotior, quam ſit alius agnatus, ipſius alienantis reperiatur, tunc quia euentus docuit refutatarium nõ ſucceſſiſſe,eiuſq;hæredem non habere qualitatem proximitatis, qua ad feudum vocari poſſit, vtique refutatio reſolueretur morte, & reſolutione iuris refutantis, atque proinde ille primus refutatarius nõ diceretur ſucceſſurus in feudo. Idem Petr. de Rauenn.in tit per quos fiat Inueſt. §. ſed etiã res, hoc ipſum clarius dicit, nam à regula*

28 *prohibitionis † alienationis feudi excipit caſum,quando vaſſallus, habens feudũ paternum,vult vẽdere illud proximiori agnato,qui poſt eum ſucceſſurus eſt,ſunt verba illius. Rurſus idem. de Rauenn. tit. de alien. feud. pat. ait, in alienatione feudi requiri*

29 *conſenſum † agnatorum,qui ſunt proximio res,cum illi habeant ius reuocandi: ſi tamen poſtea remotioribus agnatis aperiatur feudum,admittuntur ad reuocandum, dato quod tempore alienationis nõ fuerint proximiores, vt hoc probatur in text. in verſ. quandoque. Ecce quomodo noſtram interpretationem iſtius Doctoris dictum corroborat, atque proximitatem attendendam illam, quæ tempore aperitionis feudi viget, quod quidem tempus mortis eſt, docet, & tradit Ioan. Ferrar. collect. vſus feud. lib. 4. cap. 5. ait enim ipſe reuo-*

30 *cationem † à remotiori agnato fieri poſſe conſentiente proximiore: ſi vaſſallus alienator defunctus fuerit, qui tunc demum proximior repudiante, aut per conſenſum cedente in feudo ſuccedere poteſt. Et apertius Franc.Sonsbec.de feud.part.13. nu.118.loquens enim ipſe de alienatione feudi facta in agnatum remotiorem, ait, illam in præiudicium †*

31 *proximiorum non valere, & tunc demum dari reuocationem, ſi mortuus fuerit alienator, ex regula, reſoluto iure datoris &c.ſub nu. 18. quærens iſtius dicti rationem, quare alienatio facta in remotiorem, non poſſit infringi niſi mortuo alienante,ea verò, quæ reperitur facta extraneo ſtatim, hæc verba ſubnectit, Puto illam eſſe rationem, quod in caſu quando in agnatum alienatur, per talem alienationem licitam non dum vaſſallus amittat ius ſuum plenè, quouſque viuat, quia ergo contingere poſſet proximiores agnatos mori ante mortem vaſſalli alienantis, tunc; ordine recto, & iure illum poſſe ſuccedere, in quem nunc alienatum eſt, ideo, non poſſe proximiorem ante alienantis mortem reddimere, exiſtimarem. Ratio hæc apprime ad rem noſtram confert: euentum enim mortis expectandum eſſe dicit, & vt quis proximi r ad feudum dici poſſit, cuiq; dari valeat reiuendicatio, expreſſe tradit Martin. de Solim. de feud. rub. quib. mod.*

feud.

feud. alien. n. 86. verſ. adidè ait Item licitè
32 *alienatur agnatis, † qui eſſent eo mortuo ſucceſſuri in feudo Eece agnatum proximio rem, in quem licet eſt alienatio, ſcilicet tſ lum, qui mortuo alienante eſſet ſucceſſurus. Et Herm. V ltei de feud. lib. 1. cap. 10. nu. 77. nec dubitari ait quin refutatio agnato proximiori, & alias vaſſallo mortuo in feudo ſucceſſuro fieri poſſit; V trumque enim requiritur copulatiue, quod ſcilicet fiat proximiori, & ſucceſſuro alienante mortuo, quæ ſi non cõcurrerent, licita non eſſet alienatio, quo fundamẽto omnia ceſſabunt, quæ à contraria parte ſtrubantur fundamenta ſuper permiſſione refutationis feudi præmaturæ, & ante mortem, ad differentiam fidei commiſſi reſtitutionis; quæ via argumentum de fideicommiſſo ad feudum euadere credebatur. Iacob. Aluarot. in cap. 1. §. hoc*
33 *quoque, de ſucceſſ. feud. nu. 6. querens an conſenſus agnati † proximioris præiudicet agnatis naſcituris in futurum, auctoritate Andr. dicit quod non, nam mortuo proximiore. ſemper vendicabunt dictum feudum, cum omnibus de agnatione generaliter ſit prouiſum, & illud quaſi reſtitutioni maneat poſt mortem ſubiectum, pro cuius confirmatione adducit tex. in cap. 1. de alien. feud. pat. in princ. ibi quandoque ſit recaſurum, & dabitur hi agnatis ſuo tempore vendicantibus vtilis reiuendicatio. Sentit hic tempus mortis eſſe ſpectandum, & cum pa-*
34 *ria ſint cedere agnatis † & conſentientibus agnatis alienare, vt per Bald. in cap. 1. de alien. feud. nu. 11. quemadmodum conſentiente proximiore nullum infertur præiudicium illis, qui tempore mortis alienantis proximiores inueniuntur, vt habent omnes ita dicendum eſt facta alienatione in proximiorem, ſi ipſe præmoriatur, vt refutante mortuo ſaluum ſit ius cuicunque, qui in gradu proximiori tunc inueniatur. Idem Aluarot. in cap. Titius, ſi de feud. fuer. contr. nu. 4. ait quod adhoc vt proximior agnatus*
35 *ſuccedat † in feudo alienato, inſpicitur mortis alienantis tẽpus; Clarius idem renuntiat in cap. 1. de alien. feud. pat. nu. 5. intelligit ibi quod illi agnato liceat feudum refu-*
36 *tare, † qui eſſet proximior, & qui deberet refutanti ſuccedere in illo feudo poſt mortem ſuam, reddit rationem, quia ſecundum ordinem gradus defertur. Iacob. de Belui. ſin cap. 1. §. ſed & res. & in l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. vbi hoc alienationem concedit proximiori, ſi is tamen in feudo eſſet ſucceſſurus Præpoſit. in cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. ait alienationem factam fratri, ſiue agnato, perpetuò manere firmum, addit rationem, cum alias in feudo ſucceſſurus: ſecus dicendum eſſe, dat intelligi, ſi alias non eſſet ſucceſſurus. Hoc idem clarius tradidit in cap. Titius, ſi de feudo fuer. contr. nu. 4 his verbis. Sed videndum eſt de perſona agnatorum non conſentientium alienationi, qui quidem ſunt in anteriori gradu, quam ſit agnatus, in quem facta fuerit alienatio feudi, non habentis partem in gradu agnationis, ſiue in ordine ſucceſſionis, & ſi eſt facta alienatio*
37 *† proximiori in gradu, quia ſtatim debet ſuccedere in feudo, etiam tunc valet alienatio irreuocabiliter, quæ ſi non fuiſſet facta dicta alienatio certò mortuo alienatore vaſſallo, ad eum tamquam proximiorem in ſucceſſione peruenit feudum cap. 1. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. de alien. feudi pat. Ecce qualem requirit Præpoſit. agnatum, in quem valere poſſit irreuocabiliter feudi refututio talem ſcilicet, in quem mortuo refutante feudum eſſet peruenturum, atque quod eſt notandum, ita interpretatur cap. 1. de alien. feudi pat. vt prorſus animaduertamus fundamentum, ſuper quo contraria opinio fulcitur corrui. Iterum Præpoſ. in cap. 1. de alien. feud. pat. in princ. dum differit valere alienationem cum conſenſu proximioris*
38 *agnatorum, † tamen ſi in futurum aperiretur remotis, dabitur illis reuocatio, dato quod tempore alienationis non eſſent proximiores, quod ex mente literæ text. innui affirmat, ibi, quandoque. Affict. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat Inueſt. in prin. ponens limitationes ad regulam, quod feudũ ſine conſenſu domini non poſſit alienari, primam dicit quando vaſſallus habens feudum*
39 *antiquum † vult illud vendere proximiori agnato, qui poſt eius mortem immediatè ei ſucceſſurus eſt: tunc poteſt illud vendere cũ pretio, vel gratis ſine voluntate domini, & hoc habet locum etiam in Regno, ſecundum Andr. hic, & benè, & in cap. 1. de alien. feud. pat. hæc Affict. qui ſatis apertè interpretatur dictum cap. de alien. feud. paterni. ibiq; in primo not. quod licet feudum non poſſit alienari ſine conſenſu domini, tamen ei, qui ſucceſſurus eſt immediatè poſt mortem alienantis, poteſt feudum alienari ſine conſenſu domini, idq; ea ratione, quia non alienatio proprièdicitur. Et paulò poſt dat regulam, illum dici immediatè agnatum ſuc-*
40 *ceſſurum, † quãdo velit nolit ipſe eſſuccedit immediate. Idem tradit in cap. 1. de alien. feud.*

feud. pat. nu. 17. in ſeptimo not. ex textu ibi notat, alienationem feudi paterni valere ſine conſenſu domini in eum, qui erat immediatè ſucceſſurus in illo feudo poſt mortem alienantis.

At nõ egemus in hoc puncto Doctores numerare, nam quot ſunt, qui his verbis vtuntur, alienatio facta agnato proximiori ſucceſſuro, implicitè, quod nos quærimus, concedunt, nam vltra ea, quæ ſupra ponderauimus, dixit Ioan. Vinc. de Anna in repet. cap. 1. de Vaſſ. decrep. ætat. nu. 102. qui ex textu cap. 1. de alien feud. pat. hoc ipſum probare intendit, ponderando illa verba, peruenturum, aut reuerſurum feudum, ex his enim tempus mortis inſpici debere. & reuerſionis conſiderat.

Hanc ſententiam quod tempus mortis cõ-
41 *ſiderandum ſit † expreſsè tenuerunt Ioan. Vinc. de Ann. vbi ſupra Nicol. Intrigliol. deciſ. ſeu potius alleg 43. Cum. in cap. ſi aliquem, verb Antiquioris n. 370. Gregor. Et alij, de quibus in conſilijs, & nouiſſimè Harman. Piſtor. quæſti. 6 feud. nu. 34. noſtram ſectatus eſt ſententiam, vbi ait quod etſi agnato proximiori in feudo ſucceſſuro liceat feudum alienari, attamen ſi proximior ante venditorem decedat. alius deinceps agnatus, qui eo tempore, quo moritur venditor, proximum ſucceſſionis gradum obtinet, feudum alienatum reuocare queat ab heredibus emptoris, remotiori gradu alienatorem attingentibus; quod vt liquidius comprobet, hoc vtitur argumento, aut enim agnatus proximior, inquem reperitur facta alienatio, ius, quod ex pacto anteceſſorum conſecutus erat, ad ſuos hæredes transmittit, atque hac ratione tanquam proximiorem impedire remotiorem, ne is, mortuo alienatore, feudum repetere valeat: at hoc eſt impoſſibile, cum agnatis demum poſt mortem vaſſalli in inueſtitura vocati, ius, & ordo ſucceſſoris competat, ſed cum proximior præmoritur alienati, huic ſuccedere minime poteſt, nec vllum ius proprium in feudo conſequi dicitur, quod remotiori agnato, proximiorem à ſe locum obtinenti, ſuccedendi, & reuocandi viam obtineat. Aut vero contenditur ius, quod proximior emens feudum à vaſſallo alienante conſecutus eſt, earum eſſe virium, vt ad ſucceſſores ementis potius, quàm ad alium, qui mortis tempore proximior eſt, tranſeat, & propterea proximiorem impediat, ne feudum reuocet: & hoc nullo modo fieri poteſt, nam ius, quod vaſſallus alienãs in feudo habuit, vſus fructus inſtar tantummodo ad vitam cõceſſum eſſe cenſetur, quo per mortem eius reſoluto, ius etiam, quod proximior conſequitur, vt reſoluatur neceſſe eſt, l. lex vectigali, de pignor. cap. 1. §. rurſus quib. mod. feud. amitt. atque propterea cum proximi agnati ſucceſſores, qui feudum habuerat, venditori premortuus fuerit, neque ex proprio emptoris iure, neque ex iure, quod ab emptione acquiſierat, contra agnatum, qui tempore mortis proximior eſt, tueri ſe poterint: proindeque euidens ſane eſſe, ait Piſtor. nihil impedimento, eſſe, quo minus iure ſuo, quod à morte alienatoris competere ſibi accepit agnatus, à remotiore reuocare queat. Vtitur inſuper Piſtor. argumento*
42 *fideicommiſſi ad feudum, † nam l filius familias §. diui, el primo de leg. 1. & l. cum pater. §. à filia ff. de leg. 2. auctoritate Andreæ in cap. 1. §. Hoc quoque, de ſucc feud. ſuffultus. & nu. 44 contra cannet. in cap. Volentes §. & quatenus eſt dictum, inuebit, qui dubium, & ancipitem, & deciſione Cæſarea indigentem aſſeruit, concluſionem manifeſtam habenter rationem, quam ſine hæſitatione eſſe amplectendam arbitratur. Generalitati textum in capit. 1. de alienat. feud. & in cap. de alien. feud. pat. à Cannelio conſideratæ optimis ra-*
43 *tionibus ſatisfacit: † & demum nihil iniquius ait, dici poſſe, quam agnatum proximiorem præcipitit alienatione iure ſuo defraudari.*

44 *Hæc, quæ diximus, clariora † reddemus, ſi auctoritates, & rationes, quæ in contrarium facere videntur, expenderimus. Adduci poſſet primum Camerar. in l. Imperialem fol. 30. lit. O. & ſeq. qui ad limitationem illius legis, alienationem feudi probibentis, affert tex. in d. cap. 1. de alien feud. pat. in princ. & in §. etſi libellum: refutari enim licet agnato, inmediatè ſucceſſuro; ſubnectit poſtea hæc omnia intelligere, quando per contractum ipſa fieret alienatio, non autem per teſtamentum. Rurſus vt immediatus ſucceſſor ſit immediatus tempore, quo fit actus, allegat in ſimili Neapodan. in cõſuet. Si qua moriens, in verb. tantum. At auctoritas Camerarij nil officere ſententiæ noſtræ*
45 *† credimus, loquitur enim de refutatione feudi, quæ ex cap. 1. de alien. feud pat celebratur, quæ vt robur habeat, neceſſario proximiori tempore refutationis fieri debet; otriſſimum ſanè pronuntiatum, quod nõ inficiamur, at ſi præmoriatur is quem fuerit facta refutatio, & tempore mortis refutantis*

tantis alius reperiatur proximior agnatus, qui iuxta ordinem vocationis admiti ad feudum debeat, quod is ab hærede illius, in quem fuerat translatum feudum, excludatur, non aperit, nec determinat Camerar. nec simile à Neapoda.10 mutuatum, aliquid contra huiusmodi intellectum operatur, quo concludistur in casu illius cōsuetudinis tempus facti et ſtamenti, & non euentum casus esse inspiciendum, ad robur etenim refutationis, rebus in eodem ſtatu se habentibus, ſufficit, quo feudi alienatio proximiori tūc temporis fiat, ſed quod ex inde variatis conditionibus rerum, eadem feudi refutatio nō resoluatur, & irrita non reddatur, prorſus negatur, in quo contrarium habere Camerij ſententiam haud putamus, ſed Neapoda no facili negotio reſponderi poteſt. autoritate Andreæ in cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus, quæ ſit prim. cauſ. hen. am. nu. 13. & gloſ. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. verb. moreretur, de quibus ſupra nu. 20. & 21. mentionem fecimus, nam quidquid in terminis illius conſuetudinis, quia in feudis gradus, & ordo conſideratur, non tempus teſtamenti, ſed mortis inſpiciendum erit, ad id confert maxime quod tradit Iacob. de Belviſo omnes, in cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. ibi, cuius vaſſallo impartitur † facultas alienandi feudi medietatem ad libellum ſed eo mortuo ſine hærede, qui de filio maſculo interpretatur, feudum reuertitur ad dominum, ſed ſit oppoſitio, quod legitime factum pœnam non meretur, & habet effectum l. ſancimus. C. de admin. tutor. l. Gracchus, C. de adult. & non debet irritari, licet deueniat ad caſum, à quo incipere nō poteſt, nec debet ex ſuperueniente actu infirmari. Reſpondet ur tamen communiter, etſi legitime factum irreuocabiliter maneat factū; attamen legitimè factum, cui in hæreat tacitè reſolutio, reuocatur & manere poteſt in ſuſpenſo quo ad reſolutionem. Valebit
47 itaque † refutatio feudi facta in proximiorem agnatum tempore, quo ſit refutatio; attamen non irreuocabiliter, cum poſſit dari caſus, in quo ſuapte natura reſoluatur. Camerarius propterea allegari pro contraria parte non meretur, cuius argumentis, quatenus nobis aduerſarentur, ſatisfacit Ioan. Vinc. de Ann. in cap. 1. de Vaſſall. decreg. etat nu. 209. & ſeq. quo loci autoritati, & rationibus Neapodani reſpondet & n. 230. ve-
48 ram † opinionem dicit, quæ habet proximitatem tempore mortis refutantis eſſe conſiderandam, allegat Blaſc. Lanc. in cap. Volentes, & Cum. in cap. ſi aliquem, in verb. Antiquis nu 171.

Octau. Bambacar. in cap. beneficium à
49 Vaſſallo nu. 18. † pro contraria parte allegari poſſet, dum ibi ſtante refutatione non amplius conſiderari debere perſonam refutantis, aſſerit, atque in feudo refutato, non refutanti, ſed illi, cui facta eſt refutatio ſuccedi, allegat Blaſc. Lanc. in cauſa Linguagroſſæ, & Cannet, in cap. Volentes, ſed quia ratio hæc nihil infert, cum in conſilijs ſit ei abunde factum ſatis, non eſt eius auctoritas magnifacienda, cum nec punctum diſcutiat.

Franc. de Pont. deciſ. 4. nu. 12. recenſitis ſententijs Ioann. Vinc. de Anna, & Camer. in ſupracitatis locis nu. 21. ait. communiter, & in diſtincte practicari, ſufficere habere ſucceſſorem habilem ad ſuccedendum tempore cōtractactionis, ſeruata opinione Camer. in d. cap. Imperialem, quidquid dixerit Anna, ſecundum quam fuiſſe plures iudicatum, vt teſtari dicit Don Garſias Mastrillus ad Petr. de Gregor. de conſeſ. feud. lib. 4. quæſt. 10. lit. O. aſſerit. Huius, etſi eminentiſſimi Iuriſconſulti, dicta quidquam ad rem facere minime arbitramur, nam punctum nō diſcutit, & quo adtinet ad praxim in Regno Neapolis, quidquid de ea ibi dicendum ſit, in Regno noſtro nihil momenti ſortiretur; quo vero ſpectat ad auctoritates, os in cælum ponere non eſſet, ſi Franc. de Ponte, & Ioannis Vincentij de Anna, quem maximum Iureconſultum, iure, ac merito ipſemet de Ponte appellauit, auctoritates librauerimus; nam, vt ſupra oſtenſum eſt, cum nulla ſit facienda vis in Camer. Deciſiones factæ aliquādo in Regno noſtro non ſunt magni faciendæ per rationes, de quibus in cōſilijs, quas hic repetere impertunum eſſet; atque vt horum auctoritates euitare valeremus, ſufficeret, bis Petri de Greg. nomē obijcere, cuius laude in promptu ſunt, ex doctiſſimi monumentis, quæ inter nos circumferuntur. Adeo vt verum ſit dicere, quod ſi auctoritate res foret terminanda, pro ijs ſtaret victoria, qui tempus mortis in refutatione eſſe attendendum dixere. Sed ad rationes, quæſo, deueniamus, quæ vt quanti ſint ponderis manifeſtum ſit typographo conſilium Frederici Campixani famigerati, apud nos cauſarum patroni cudē-
50 dum commiſimus, cuius argumenta hæc † fuere. Primum autoritas Baid. in cap 1. verſ. refutare, de alien. feudi pa. Secundum, textus in cap. 1. de alien. feud. pat. dum ibi licet caueatur feudum alienari non poſſe

poſſe, niſi conſentientibus agnatis, attamen fieri poſſe in proximè ſucceſſurum, ſubnectitur, ea nimirum ratione, quia non alienatio, ſed quaſi refutatio dicitur: hoc, dicit Campixanus, eum effectu eſſe intelligẽdum, & de valida & perpetua alienatione. Tertium, quod ſi alienatio perpetuò non valeret ad fauorem agnati proximioris nulla eſſet inducta ſpecialitas, idem namque eſſet ſi in quemlibet remotiorem celebraretur, quam ſemper valere in vita refutantis aſſerit. Quartum licet feudi reſtitutioni ſubiectum dicamus, attamen & licere vaſſallo illud refutare in vita proximiori agnato concedimus. Quintum omnium conſenſum receptũ eſſe, valere refutationem proximiori factam abſque aliorum agnatorum conſenſu; nec à Doctoribus diſtingui, ſuperuixerit, an præmoriatur ille, cui fuerit facta reuocatio. hæc Campixanus.

Cannet. in cap. Volentes, §. & quatenus eſt dictum, alias recenſet rationes, quæ re vera in idem incidunt cum ſupradictis. Primam Blaſei Lanceæ, quæ ex cap. 1. de alien. feud. pat. in ratione ſui habet robur, nam ſi alienatio feudi fieri in proximè ſucceſſurũ in præiudicium aliorum agnatorum valet, at illud fier: non dicatur ſuperuiuente illo, cui fit refutatio, eſſet enim ille quocunq; 51 inſpecto tempore proximior, † ergo præiudicium cõſiderabitur ſi ille præmoriatur refutanti. Secundam. Refutationem eſſe iuris refutantis reſolutionem, & in eum, in quem celebratur, tranſlationem. Tertiam ex text. in cap. 1. de eo qui fin. fecit agnat. elicit. Quartam adducit ex autoritate Andreæ in cap. 1. §. ſed etſi plures, per quos fiat Inueſt. Quintam à Præpoſit. in ca. Titius ſi de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat. mutuatur, dicẽte nulli fieri alienationem irreuocabiliter, niſi proximiori agnato. Hæc à Cannet. habemus, quibus etſi ipſe vni medò reſpondeat nil valere, & commentum ex capite Blaſe. Lanceæ dicat: modò alteri, quod text. nil faciat, nihilq; Doctores ab eo adductos ad propoſitum dicere, aſſerat, tandem eiuſdem Blaſei opinionem firmari tamquam ſuper firmam petram in cap. 1. de alien. feudi pat. credit, & demum propriam inconſtantiam aperit, quidue tenendum ſit non determinat.

Franc. Milan. deciſ. 8. lib. 1. nu. 288. per eaſdem progreſſus eſt ſemitas, vnum tantum ſuperaddidit, ſcilicet, eſſe pro iſta opinione textum expreſſum in cap. 1. de eo qui fin. fec. agnat, quod etiam fuit Blaſei vt refert Cannet. in conſilio, & ſub nu 310. argumentis Ioann. V in de Anna ſatisfacere conatur, cætera autẽ committimus recenſere, nam ſunt ab alijs dicta, & ſatis in conſilijs reſponſum.

52 Hæc ſunt quæ & antiquiores † & recentiores in hoc puncto ſcripſere noſtrates, quibus, quantum in nobis erit, reſpondere curabimus. Ad fundamentum primum Campixani ab autoritate Baldi in cap. 1. verbo refutare, de alien. feud. pat. ductum, ſic duximus reſpondendum, tantum abeſſe, vt ex Baldo quidquam tale elici poſſit, vt pro noſtra opinione eumdem in eodem loco adduxerimus, quod ex illius lectione manifeſtum fieri poterit. De ſecundo nil aliud remanet dicendum, ſuperabundè in ſuperioribus de intellectu cap. 1. de alien. feud. pat. egimus, eſſent nunc ad nauſeam eadem repetere. Tertio ſatis ſuperq; factum ſatis à domino Authore putamus, quemadmodum quartum, & quintum dilutum ab eodem credimus.

Quo adtinet ad argumenta Blaſei Lãcea à Cannetio recenſita, ſufficeret nobis reſponſionibus eiuſdem met Cannetij adhærere: noſtrum tamen eſſe putamus replicare ad ea, quæ ipſe ſub nu 24. pro reſponſione ad argumenta noſtræ ſententiæ accommodat. Idem aſſequemur circa ea quæ contra Ioann. V in. de Anna congerit Franc. Milanenſ. dicta deciſ. 8. ſub n. 310. quandoquidem ipſe nil noui, quodq; non fuerit antea dictum afferre videtur.

Cannet. in cap. Volentes, in ſupradicto 53 §. & † quatenus, ſub n 23. non obſtare tex. in l. filiusfamilias §. diui el primo, ff. de leg. primo arbitratur, quandoquidem ibi fuerit collata poſt mortem in filios diſpoſitio, in certos ſanè, qui hæredi ſuperuiuerent. Ideoq; ante mortem fideicõmiſſum alicui filiorum dari non poterat, potuiſſet enim contingere, hæredi grauati mortis tempore, eos non ſupereſſe: quod ſecus euenire in feudo credit dum feudatarius iure permittente in proximè ſucceſſurum diſponere cenſeatur, atque proinde irreuocabilem alienationem haberi. Iterum, nec obſtare putat text. in l. cum pater. §. à filia ff. de leg. 2. quia text. iunctõ, eum cap. 1. §. & ſi libellum de alien feud. pat. quæſtionem terminare videtur, nam ibi Iuriſconſultus ait, quod in eum deſtinatio matrisfamilias dirigi poteſt, qui inter cæteros fideicõmiſſum eſſet citra matris electionem habiturus, maritò in eum potuit dirigi diſpoſitio in vita, quodq; confirmari ait per tex. in cap. 1. de feud. alien. & ex gene-

ralitate textus refellit reſponſionem illam, nimiram valere refutationem in præiudicium tantum refutantis, eſſet enim nimis reſtringere leges, quæ nullam patiuntur reſtrictionem ex Paul. Caſtr. in d. §. à filia.

His tamen uiſ refrogantibus, † res, de ſa cætera non militarent, eſſet terminanda per illa tria iura à quibus Dominus meus argumẽtum ualidum, & neceſſarium deſumpſit. textus nimirum in l. filiusfamilias §. diui el primo, ff. de leg. 1. in l. cum pater §. à filia ff. de leg. 2. & in l. uxorem §. Stiam, ff. de leg. 3. Non obſtat quod ait Cannet. in d. §. diui ita diſpoſitos ibi, quia ſcilicet diſpoſitio fuerit poſt mortem collata, & in feudi, aliud dicendum, cum in uita permittatur feudum refutare: nam facillimè huiuſmodi argumẽtum diluitur, quod pinguius nõ eſſe facturos credimus, ſi altius rem omnem repetentes, quid in hoc dixerint Doctores compendiario recenſuerimus Bart. in §. diui ex illo textu

55 *† deducit fideicommiſſum conditionale non poſſe fideicommiſſario ante conditionis euentum reſtitui, concinunt cæteri, Alberic. Angel. Bald. Paul. de Caſtr. & Rafal. Cuman. omnes tamen, ut contrarium euitare potuiſſent de l. poſt mortem C. de fideicommiſſ. qui contrarium cauere uidebatur, ad ſolutiones ſe accingunt. Bart. in d. §. diui reiectis ſolu-*

56 *tionibus gloſæ, † dicit reſtitutionem fideicõmiſſi poſſe fieri ante conditionis euentum, ut per text. in d. l. poſt mortem, ſed non tranſire in fideicommiſſarium actiones ex ſenatuſconſulto Trebelliano, quia tunc non fieret reſtitutio ſecundum uoluntatem defuncti, cum contingere poſſit reſtitui fideicommiſſum ei, qui forte tempore exiſtentis conditionis non eſſet in rerum natura. in d. §.*

57 *à filia, ubi habetur, † data alicui electione non poſſe ante tempus eligere, opponendo de text. in l. unum ex familis ff. de leg. primo, & de l. poſt mortem ſoluit contraria, in illis iuribus uni tantum eſſe faciendam reſtitutionem, in §. à filia uni ex pluribus. unde ait Bart. poſſibile eſt; quod ille electus tempore mortis non uiueret. Alberic. in d. §. diui, regulam ex illis iuribus elicit in his*

58 *uerbis, quod aut in præmatura † reſtitutione uertitur, uel uerti poſſe ſperatur in intereſſe alicuius alterius, quàm reſtituentis, & tunc fieri non debet, & facta non liberatur ſi caſus exiſtat, detegens intereſſe; ſi autem nullius alterius intereſſet, uel intereſſe poteſt niſi reſtituentis, habetat locum l. poſt mor-*

59 *tem; Et in §. à filia dicit electionem † præmaturam inualidam, ideſt non habentem effectum irreuocabilem, & Bald. in d. §. diui*

60 *ait, quod quando conditionis † exiſtentia forma reſtitutionis mutare poteſt, interim etiam de partium uoluntate non poteſt fieri reſtitutio, ſed quia in l. poteſt mortem non uitiatur effectus reſtitutionis, ut quia certæ & determinatæ perſonæ debeat fieri, tunc poteſt, Paul. Caſtr. in §. diui, idem in effectu tradidit, nam in l. poſt mortem poterat fieri reſtitutio, quia unus erat fideicommiſſarius. in §. diui plures, ibi agebatur de præiudicio dantis, hic de alterius præiudicio; Et §. à filia, loquens in terminis illius §. de electione facta in uita de perſona incerta de certis, non ſortiri eam effectum quouſque retractari poſſit, rationem elicit, quia poſſet contigere, quod electus moreretur ante mortem eligentis, quo caſu irritaretur electio; nec ille electus tranſmitteret ad hæredes ſuos; interim itaque dum aliquis de præ dictis caſibus poteſt euenire, non poteſt dici*

61 *electio facta cum ualeat ad irritum deduci, † ſed rebus in eodem ſtatu perſeuerãtibus tẽpore mortis ualeret electio, ut ex nunc, non ut ex tunc. Rafael Cuman. ex tex. in §. diui notat quod ubi perſona fideicõmiſſarij eſt uariabilis ex euentu condictionis, non poteſt grauatus, ante condictionis euentum reſtituere. In §. à filia reddit rationem, quia de*

62 *bet eſſe electio † de eo qui tempore mortis ſuæ perſtes ſit; Idem tradit Alberic. in l. poſt mortem. C. de fideic. quia poſſibile eſt fideicommiſſarium moriante hæredem. Ita Salicet. in d. l. poſt mortem n. 3. & Bald ibidem nu. 4. ad conſiliationem horum Iurium docet, refutata quorundam ſolutione dicentium, quod poſſit grauatus, ſed non compellatur; quia quando ſperatur alium capere poſſe, quàm cum, cui ſit reſtitutio, illa non tenet, gloſæ ſolutionem recipiendam uti ueram dicit, eam nimirum, quia in dicta l. poſt mortem erat certa perſona, cui facienda erat reſtitutio in contrarijs tamen incerta duabus quippe rationibus, quarum ſecunda ad rem noſtrã facit, quia poteſt alteri fieri præiudicium, quod teſtator noluit; dixit Bart. in dicta l. poſt mortem de perſona certa, & incerta ueram eſſe conciliationem. Et Ioan. Fab. ibi dem Phil. Corn. in dicta l. poſt mortem, aliorum dicta recenſens, ait, ſi queratur an grauatus poſſit reſtituere in uita, tunc ſi ex illa reſtitutione nullum inferatur præiudicium niſi reſtituenti, & dicendum eſt poſſe, ſecus ſi alteri, quod ex quatuor modis cont in gere poſſe ait, quartum pro nobis facit, ut puta ſi rogatus reſtituere pluribus filiis poſt mor-*

mortem, quia euenire poſſet vnum tantum ſupereſſe, qui ſolidum capere poſſet, niſi præ maturè omnibus fuiſſet facta reſtitutio. Et Fulgoſ. in d. l. poſt mortem n 6. ſummatim colligit, vt quotieſcumque ex reſtitutione
63 *alteri † præiudicium generari poſſit, quam reſtituenti non poſſit fieri reſtitutio. Conciliationem illam de perſona certa, & incerta, & quando alteri præiudicium in ferri poſſet, ſequitur & approbat Molin. de Hiſpan. peimogen. lib. 2. cap. 4 nu. 25. & ſeq.*

Per hæc Doctorum dicta itaque obiectionem, quam facit Cannet. de differentia inter feudum, & fideicommiſſum diluere valemus, aiebat ipſe feudatario †
64 *licere in vita refutare feudum, grauato vero prohiberi fideicommiſſum reſtituere; in hoc etenim vt ex ſupra recenſitis Doctorum dictis eſt animaduertere, nulla eſt conſtituenda differentia inter beneficiarium, & grauatum; nam text. in l. poſt mortem, C. de fideicomm. facultatem impartitur grauato ante conditionis euentum fideicommiſſum reſtituere, idē quod in feudis, ſed id ſine alterius præiudicio ſortiri irreuocabilem effectum aſſerūt Doctores; hoc ipſum de feudo pronuntiatur, non etenim inficiamur non poſſe feudum refutari proximiori, ſed tantum eōtendimus id aſſequi non poſſe vt perpetuo refutatio firma maneat, & quemadmodum ad conciliationem ſupradictorum iurium aiūt Doctores, & præſertim Cin. in d. l. poſt mortem fideicommiſſum reſtitui poſſe ante conditionis euentum, non tamen vt in fideicommiſſarium iura ex Trebelliano ſenatuſconſulto tranſeant, ſed vt in donatarium hæredis, & non ſecundum voluntatem fideicommittentis,*
65 *ita affirmandum erit, quod licet † feudatario per iura feudorū feudum refutare concedant, attamen non ideo ſequi, irreuocabiliter fieri poſſe; proindeque non licebit arguere ab hac feudi, & fideicommiſſi differentia, nam in vtroque ante euentus conditionem, & ante mortem conceſſa eſt refutatio & reſtitutio, hoc tamen moderamine, vt illa in ſuſpenſo maneat, donec aliud, quod obſtet, non moſtrauerit rerum exitus tempore mortis.*

66 *Argumenta, quæ à Franc. Milanenſ. † deciſ. 8. lib. 1. num. 288. recenſentur, eadem ſunt cum iis, quæ in conſiliis afferantur, eiſdemq; cum fuerit abunde ſatisfactum, opus quidem non erit, vt eadem repetamus. At quia Ioan. Vinc. de Anna in repet. cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. n. 202. pro noſtra opinione nōnulla conſideraverat, quibus Milanēſ. facere ſatis credidit indicta deciſ. nu. 310 nō erit ab re & replicationes noſtras accomodare. Ioan. Vinc. de Anna ibi de tex. in cap. 1. de aſſen. feud. pat. arguit, tempus mortis ſcilicet attendendum eſſe, dum valere refutationem conſentientibus agnatis, ad quos feudum eſſet reuerſurum, aſſumitur, ea ni-*
67 *mirum ratione, † quia ſucceſſio, & reuerſio dicat mortem, atque nemo viuentis hæres eſſe poſſit, auctoritate Andræ ind cap. 1. §. etſi libellum, cuius verba tranſtulit, dicentis. Concedatur alienatio proximiori agnato, quia alia ſucceſſurus eſt. Milanenſ d nu. 310. ait tex. in d. cap. non loqui, quando alienatio facta ſit eū conſenſu proximè ſucceſſuri, quia putat ipſe, eſſet adaptare ad caſum, qui non poſſet accidere in rerum natura: quia ſi nudus alius ſit tempore refutationis, cui feudum eſt recaſurum, niſi ille, cui facta eſt refutatio, ſatis, credit, facere textum, eum conſentiat ille, inquem feudum eſt recaſurum, ſeu reuerſurum eo tempore, quia cum ponitur caſus, proximè ſucceſſuro, intelligitur de eo, inquem feudum ſit peruenturum, nec lex, ſeu diſpoſitio ad caſum triſtis euentus adaptatur l. inter ſtipulantem §. ſacrum ff. de verbor. obligat, ſcilicet mortis eius, cui eſt facta refutatio. Milanenſ. vt verum fateamur, non habe-*
68 *mus, † nec caſum, qui in rerum natura contingere non poteſt, intelligere poſſumus, nā dicere textum in d. cap. 1. de alienat. feud. pater. non loqui quando alienatio facta repetitur eum conſenſu proximè ſucceſſuri, nō capimus quid ex hoc inferre maluerit: dum verò ait ſufficere conſetire illum, in quem feudum eſt recaſurum tempore refutationis nullum, † obſtat habet, nam tum ex lectura, tum ab intellectu illius textus contrarium innuit videtur, quo adtinet, vt illa refutatio agnato, qui proximus ſit tempore mortis refutantis, præiudicium inferat. Anna etenim ex ponderatione verborum inuentum ſucceſſionem, quæ tempore mortis contingit, tempus mortis ſpectandum, inquit.*

Reſponſionem, quam ſub nu. 312. Milanenſ. tradit,
69 *† eſſe nimirum contra naturam feudorum, feuda ex pacto, & prouidentia iure hereditario deuolui, vaniſſimam optimo iure reputabimus, ſi ad ea, quæ ſupra in annot. ad conſ. 9. recenſuimus, oculos conuertamus feudum etiam hæreditarium dari ex pacto, & prouidentia, neque abſonum eſſe in feudis pactis, & prouidentiæ dari hæredem, qui ſecundum ſubiectam mate-*
70 *riam de filio, & hærede † ſanguinis prædi-*

cari dicatur,cap.1.§.etſi clientulus, de alien. feud.gloſ.in l.ex facto §.fin.ff.ad Trebel.& licet feudū nō hereditariū dicamur habere ſucceſſione;hæreditariū tranſmiſſione, à defuncto in hæredē,vt aduertit Frāc de Pōt.

71 *de feud.lect.20,n.1.ſucceſſoriumq; † editum in feudis tātum de gradu in gradum admittatur tit. de ſucceſſ. frat.vel grad. ſucceſſ. & docet Bald conſ.265.vol.5.n.2.ex eo,quia conuentionis, non legis illud dicatur, vt per Dec. in Rub. C. de ſucceſſ. edit.nu. 3. & per Bald.in l.ſi aliquam C.de fideicom quos allegat Frecc. de ſubfeud. lib. 3.differ.20.Nō propterea inepte dixit Anna, dum abſurdo de hæreditate viuēt:is argumentatus fuit: habuit enim de hærede ſanguinis, & de gradu ſubſequenti,qui admicti non debet donec ſupereſt præcedens, † nam id præmaturē fieret, clariſſimē ſentit Andreas in cap.1. in princ. de contr. feud. & in cap. 1, §.ſed & plures, per quos ſiat Inueſt & in cap.1.§. præterea ſi vaſſallo,quæ ſit prim.cauſ.benef. amitt. his verbis vtitur, præmaturē agitur de hæredibus viuentis, quod etſi in præiudicium ipſiuſmet refutantis valere poſſit,attamen, ne alijs noceat, qui per ſucceſſorium edictum conuentionale ad feudum de gradu in gradu inuitantur fieri nequit. Cæterum alia,quæ congerit Milanenſ. ex ſua pena nō prodeunt, ab alijs etenim hauſit; proindeq; ex iam dictis tum in conſilijs, tum hic ſatis diluta videntur. Remanet itaque firma noſtra concluſio, refutationem ſcilicet feudi factam proximiori agnato, tunc demū dicis reuocabilem ſi tempore mortis refutātis alius non reperiatur proximior. qui per ſucceſſorium edictum conuentionale ad feudum vocetur, quod contingere poteſt ſi ille, cui ſit refutatio refutanti præmoriatur.*

EPITOME.

Feudū ſub alia forma dari à vaſſallo minime poteſt. Illudq; an nouæ conuentiones, & pacta efficiant nouum, atque ſi ob perduellionē fiſco deuoluatur,iterumq; concedatur, an tunc iure antiqui feudi dicatur facta conceſſio.

Cap. Imp. Caroli 118. an procedat ſi à tertio poſſeſſio feudi reperiatur occupata.

SVMMARIVM.

1 *Feudi conceſſioni factæ proſe, & ſuis hæredibus,ſi adiungitur clauſula iuris francorum,reſtringitur forma.*

2 *Feudum præſumitur tranſlatum ſub eadem forma, ſub qua eſt, alio non apparente, data alienatione in extraneum, ſemper feudum tranſit ſub eadem lege, & forma.*

2 *Formam feudo dare ſoli domino competit,& idco in inueſtituris apponitur feudi forma in aliquo non mutata.*

4 *Feudum ſub forma ſtricta cum clauſula, ſi alteri datur, in non expreſſis cenſetur datum ſub eadem forma, quia aliter dari non poterat, & accipienti cenſetur acceſſe ſub eadem forma, & licet primo acquiſitor potuiſſet ſub alia forma dare feudum, tamen ſi non aliam dedit, cenſetur datum ſub illa forma ſtricta, imò non cenſetur noua forma data, etiam ſi conceſſa fuiſſet licentia alienandi,& n.10.*

5 *Acquiſitor primus poteſt feudum etiam cum clauſula iuris francorū alienare in filios & quoſcumque extraneos contra Pern. conſ.12.& 18.*

6 *Feudum ſub forma conceſſum pro te,& filijs, & quibus volueris, non per hoc alteratur forma ſtricta, quandoquidem illa verba ſunt intelligenda quibus volueris inter filios,& ex filijs.*

7 *Forma feudi ſtricta non alteratur per licentiam diſponendi, & teſtandi; & tunc cenſetur forma mutata,quando in totum ſubſtantialia mutarentur.*

8 *Feudū nouum licet dicatur reſpectu acquirentis, vel propter nouas conuentiones, & pacta, tamen in non mutatis ſtatur formæ primæ.*

9 *Formæ primæ ſtādū eſt in bijs,in qbus p no uā formā nō fit alteratio antiquæ formæ.*

11 *Feudum ſimpliciter conceſſum cenſetur pro recipiente,& ſuis.*

12 *Feudum dicitur impropriū ſtante conceſſione pro te,& hæredibus,& cui volueris; & ideo nō regulatur à regulit feudalibus & cenſetur ſimpliciter alienabile.*

13 *Acquiſitor primus licet formā ſtare non teneatur,tamen ſecus in ſuis ſucceſſoribus.*

14 *Feudum habens naturam impropriam, non acta diſpoſitione per vaſſallum,tranſit ad ma-*

maſculos ſolos,& poſt mortem vaſſalli attenditur recta, & propria natura feudi, non obſtante alteratione prædicta conceſſionis, & formæ.

15 *Feudum nouum an dicatur ſi ob rebellionẽ eſt deuolutum ad Regem,nõ habita poſſeſſione à Rege;& quid ſtante aſſertione Regis in priuilegio nouæ conceſſionis.*

16 *Crimẽ per duellionis an præiudicet agnatis.*

17 *Feudũ penes rebellẽ reſtitutũ,& facta noua conceſſione, dicitur feudũ nouũ limitatur hæc cõcluſio ſi in indulgentia adeſt verbũ reſtituimus,n.18. maximè ſi ſint verba,ac ſi nũquã bona fuiſſẽt deuoluta,& qd ſi ad ſunt verba,de nouo cõcedimus,& ſunt noua conuentiones in conceſſione n.19.*

20 *Feudum an dicatur nouum,ſi in conceſſione dicitur, de nouo concedimus;& de differentia,quatenus opus eſt de nouo concedimus, & ſimpliciter de nouo concedimus.*

21 *Feudum non dicitur nouum, niſi ſpecificè ita dicatur, non obſtante quod apponantur noua conditiones, & pacta; etiam dato quod vocati fuerint in noua conceſſione baſtardi num. 22. Et quid ſi in priuilegio dicatur, quod ex nunc in antea ſit dominus,an dicatur tunc nouũ nu.23.*

24 *Confiſcatis feudis ſi fiat reſtitutio, an cenſeatur facta de feudis alijs conceſſis.*

25 *Forma vt dicatur mutata, debet fieri mutatio in ſubſtantialibus.*

26 *Clauſula inconfirmatione feudi, quatenus iuſtè, & rectè, & rationabiliter proceſſit,quipollet clauſulæ, natura feudi non mutata.*

27 *Clauſula in priuilegio confirmationis feudi, iuribus noſtris ſemper ſaluis, comprehendit clauſulam iuris francorum,quia illa concernit fauorem Regis,& ob iſtã clauſulam cenſetur repetita lex, quæ erat in dante in ipſum accipientem, & ſtante ea clauſula nihil operatur in præiudicium iurium ſuorum conſenſus Regis.*

28 *Cõfirmatio alienationis feudi facta per Regem,cum clauſula, iuribus noſtris ſemper ſaluis,non facit vt ſtandum ſit nouæ formæ tradite à contrahentibus, ſed veræ formæ,& antiquæ.*

29 *Clauſula,quatenus rectè,& iuſtè,in confirmatione appoſita,non ſtat cauſatiue,ſed limitatiue.*

30 *Forma aliquando attenditur,ſub qua ſemper vixerunt feudatarij, alio non apparente.*

31 *In Spolio dolus neceſſarius eſt.*

32 *Poſſeſſio an poſſit capi authoritate propria per nepotem ſtante cap. Reg. Carol. 118. vbi de ratione finali Imperatoris Caroli nõ obſtãte quod per patruũ fuiſſet capta poſſeſſio nu. 35.*

33 *Nepos quãdo ſit præferendus patruo in ſucceſſione aui.*

34 *Poſſeſſio vt debeat continuari in hæredem vigore ſtatuti, debet intelligi, dummodo talis poſſeſſio non fuerit ab alio occupata*

35 *Poſſeſſionem ſi continuat ſtatutum in perſonam nepotis, procedit etiam ſi à patruo fuiſſet occupata, ſi diſponat etiam tertij poſſeſſionem non habendam eſſe in conſideratione.*

36 *Detentatori competit officium iudicis,vt reſtituatur in detentatione: procedit tamen vbi detentatio eſt iuſta, vel quando ſumus in conductore*

37 *Poſſeſſionem ſuam defendere,& in corporalem ingredi poſſeſſor poteſt autoritate propria.*

38 *Filiatio probatur ex nominatione concurrentibus inditij.*

CONSIL. XXIII.

IN cauſa ſpoliij feudi caſalis Petrę partes iudicum omnino ſunt in decidendo in fauorem conuenti,& omittendo ea,quæ ad rem non nimis facere videntur: principalis difficultas ſtat in cap. Regis, & Imperatoris Carol. 118.quod pro modo nõ eſt diſputandũ ac loquatur in feudis pacti, &c. cum clauſula iuris francorum,cum veniat ad declarationem, & deciſionem illius quæſtionis, quæ erat inter patruum, & neporem, & non eſt veriſimile,quod velit tollere poteſtatem poſtergandi ętatẽ in caſu, quo de iure poſſit; qualiſcumque enim opinio teneatur, cum in propoſito nos ſimus in tali feudo cum clauſula iuris francorum Diſcutiendum eſt principaliter, ac hoc ſit verum, qniahoc obſtenſo, omnes ceſſabunt difficultates,& apparebit clara iuſtitia D.conuenti clientis mei

Primam formã huic feudo ego in ſcriptis reperio datã in anno 1397.illi Leonardo de Labiſara, cui ob rebellionem cuiuſdam Raynaldi de Primaleone ſequacis rebellionis Comitis Antonij de Vigintimiliis fuit.

1 fuit † facta cóceſſio per Regem Martinũ, pro ſe, & ſuis hæredibus de corpore, cum expreſſa clauſula iuris francorum in fine, quæ teſtringit, Pern. conſ. 7. & late D. Cannitius in cap. Volentes, verſ. ſed magna fuit olim dubitatio, ſed ſub qua forma antea fuerit, non apparet, nec quomodo ad Comitem peruenerit; exinde per eum fuit conceſſum illi Philippo de Notarbartulo.

2 Quibus ita † ſic præſuppoſitis, ego infero quod penes Comitem Antonium illud feudum quomodocũq; peruenerit, alio nõ apparente, præſumitur ſub eadem forma ineum fuiſſe translatum, per tradita in cap. 1. §. ptoſecto de leg. Conrad. Bald. in cap. 2. de Vaſſ. decrep. etar tradit D. Cannic. in cap. Volentes, in § at non erit inutile nu. 3. 12. 89. 91. 94. & 101. quibus in locis vult, quod data alienatione in extraneum, ſiue alia diſpoſitione, ſemper feudum tranſit ſub eadem lege, & forma quandoqui-
3 dem non eſt curandum † de forma, quam darent contrahentes, cum hoc ſoli domino ſpectat Pern. cõſ. 6. & tradit idem Cannic. fol. 10. num. 22. Idem, quod vult Cannic. determinat D. Gregorio de conceſſ. feud. 3. par. quæſt. 2 circa finem, licet velit ſecus eſſe interueniente expreſſo aſſenſu Regis, & ob id inquit ipſe, in inueſtituris dicitur, natura feudi in aliquo non mutata, quod in caſu noſtro adeſt per verba æquipollentia, vt dicetur inferius.

Et licet ipſe dicat poſt Bernardum de Medico in cap. Volentes, præmiſſa non procedere reſpectu ſucceſſorum acquirẽtis cum noua forma, in quo facit pars aduerſa magnum fundamentum, & fuit conſideratio D. de Ramondertis, tamen in caſu noſtro ceſſat hæc conſideratio in facto. †
4 nam præſuppoſito, quod penes Comitem Antonium eſſet feudum in forma ſtricta, cum clauſula, ipſe dando alteri in non expreſſis, cenſetur dediſſe ſub eadem forma, quia aliter dare non poterat; & eodem modo accipiens accepiſſe videtur: & licet tẽ quam primus acquiſitor potuiſſet aliam legem imponere ſecundum opinionem recepram in Regno, de qua D. de Gregorio eadem 3. par. quæſt. 7. & D. de Cannic. ver. quibus explicitis, fol. 79. & ſeq. tamen ipſe nouam legem non dedit, vt dicetur infra.

Non obſtat quod Philippo cẽſeatur datum feudum ſub alia forma, per illam poteſtatem alienandi, &c. quandoquidem dico, quod hæc poteſtas eſt compatibilis cum clauſula intis francorum, & conſequeter per hanc non cenſetur voluiſſe nouam legem imponere, quia præſuppoſito, quod licitè potuerit comes Antonius hoc facere, imo aſſenſus regius interueniſſet ſine aliqua clauſula, per illam poteſtatem cenſetur datum illud idem, quod fuiſſet ſine expreſſione; imò etiam ſi fuiſſet adiecta clauſula iuris francorum, † quia tunc
5 Philippus vti primus acquiſitor, & in filios, & in extraneos potuiſſet alienare, ſecundum receptiorem opinionem, etiã in clauſula iuris francorum, quicquid dixerit Pernus conſ. 12. & 18. cum fuerit ſibi contrarius; & dicit opinionem contrariam eſſe veriorem, & æquiorem conſ. 11. & quod ſit receptiſſima opinio in M. C. Cannicius vbi ſupra verſ. ſed ſi fuerit adiecta clauſula fol. 13.

Si ergo licentia hæc, etiã expreſſa clauſula iuris francorum, fuiſſet ſubintellecta, ſequitur, quod eius expreſſio non eſt contraria, imo compatibilis cum clauſula, & ſic non cenſetur facta nouatio primæ formæ, ſaltem in non expreſſis: imo verba debent ſtrictius intelligi, vt minus feudi natura alteretur, ita norabiliter poſt alios dicit Menochus conſ 61. num. 27. in primo
6 † vbi informa feudi conceſſa pro te, & filijs, & quibus volueris, vult non alterari formam ſtrictam, & illa verba, & quibus volueris, debere reſtringi, hoc eſt inter filios, quia ſufficit quod quid minimum operentur. Et ita ante eum tradit Rub. Alex. conſ. 110. num. 5. Alex. conſ. 45 t. Dec. conſ. 193. Bellon. conſ. 33. & pletiq; alij, quos refert Menoch. vbi ſupra.

Ita in propoſito dicendum eſt, quod per illam poteſtatem conceſſam cenſetur ſolũ dari, ſen exprimi expreſſe poteſtas primo acquiſitori, quæ adhuc tacite fuiſſet ſubintellecta, & ſi voluerit aliam formam dare potuiſſet, quo non facto, non cenſetur
7 derogatum primæ formæ. Et in ſpecie † quod per licentiam teſtandi, & diſponẽdi non alteretur ſubſtantia inueſtiturę. & forma feudi, tradit Ceſal. conſ. 28. lib. 1. Loffred. conſ. 39. Burſ. conſ. 29. num. 46. vbi id dicit procedere niſi intotum ſubſtantialia mutentur, & idem Burſ conſ. 30. num. 58. Ad idem facit quod tradit D. Cannic. in cap. Volentes fol. 115. ver. ap-
8 parer, † vbi vult quod licet feudum nouũ dicatur reſpectu acquirentis, vel propter nonas conuentiones, & pacta, tamen in non mutatis. ſtatur formę ptimę, & pul-

chrè

chrè etiam tradit Dec.conſ. 185. Ceſalus
9 conſ.173. nu.29. Facit † quod dicitur ſtãdum eſſe primæ in ueſtituræ in hijs,in quibus per nouam non fit alteratio, Caſtren. conſ. 142.in 2.Dec.conſ. 185. & 193. Cur. Iun. 108.nu.18.Gozad. conſ. 26. num. 40. & tradit D. Boniornus in alleg. Caſtri ad mare ver. quinimo, & fortius, & dicit ad propoſitum idem Boniornus ibidem ver. friuolum, quod pro hoc non dicuntur ſuccęſſores contrauenire, nec velle recedere à facto eorum authoris,ſed tantum dicitur per factum illud neceſſario non cõcludi, fuiſſe receſſum à prima forma, quod dictum meo iudicio ſatis notãdum eſt pro reſponſione contrariorum.

10 Nec ex hoc † quod fuit conceſſa poteſtas illi Philippo cenſetur alterata forma feudi,ex eo quod cenſeatur conceſſa poteſtas omnibus ſucceſſoribus quod eſt ſundamentum D. de Ramondettis.Nam licet apud me eius authoritas magna ſit,in proposito tamen non videtur,quod bene ſundet hanc ſuam intentionem. Primo enim mouetur,quia eadem forma non debet diuerſo iure cenſeri.Leum quiſſ. vſucap. Sed hęc ratio meo iudicio tollitur viua ratione per vulgarem deciſionem illius regulæ,quando militat diuerſa ratio, pro vt in caſu noſtro:in primo enim acquiſitore militat ratio diuerſitatis, quia ſcilicet cenſetur ſui contemplatione & intuitu ſuorum ſeruitiorum facta conceſſio; & ideo non procedit in alijs.Et iſta eſt ratio,qua communiter mouentur Doctores, volentes primum acquiſitorem nõ ligari quacunq; forma.

Secunda ratio, qua mouetur D. Regens eſt,quia cenſetur acquiſitor primus ſibi, & ſuis propexiſſe l. ſi pactum, ff, de probat.
11 & ideo † feudum ſimpliciter conceſſum, cenſetur pro recipiente, & ſuis.Bald. in cap.1. de duo frat.de nouo ben. Inueſt. & per alia ſimilia. Sed reſponſio meo iudicio eſt in promptu,quia hæc procedunt reſpectu acquiſitionis feudi,non reſpectu poteſtatis: patet hoc ad literam, quia ſi vera eſſet hæc concluſio indiſtintè, quilibet ſucceſſor poſſet alienare, cum primo acquiſitori hoc ſit conceſſum tacitè, vel expreſſè, & ipſe, vt dictum eſt, non ligatur formaſi ergo eodem modo cenſeatur proſpicere ſuis, ſequeretur eadem poteſtatem habere quemlibet alium ſucceſſorem.

Tertia ratio eſt ſumpta ex tex. in cap' primo de feud.nõ habent.propr. nat.feud.

11 Sed meo iudicio tollit apertiſſimè,† quia ibi eſt feudum in proprium, ſtante cõceſſione pro te, & hæredibus, & cui volueris, & ideo dicunt Doct. quod non regulatur à regulis feudalibus, & cenſetur ſimpliciter alienabile reſpectu omnium,quia ita eſt de natura, & forma talis feudi:& ideo vocatur feudum non habens propriam naturam feudi. At in caſu noſtro eſt ſecus,imò forma etiam data in conceſſione facta Philippo eſt pro filijs, & de corpore heredibus,& poteſtas eſt conceſſa Philippo diſponendi in filios, & ſic vt non recedatur à prima,forma, reſtringenda eſt hæc poteſtas in expreſſis tantum;maximè cum clauſula iuris francorum cum alijs ſit compatibilis.prout ſimiliter dicimus in primo acquiſitore,reſpectu cuius etiam dicitur data forma, & feudum dicitur habere propriam naturam feudi, licet dicatur quod talis acquiſitor tali formæ nõ ſit obnoxius.

Quarta ratio eſt,quia nulla poteſt, conſiderari ractio diuerſitatis, & ſi fuiſſet Comes Antonius interrogatus,iſtud ſtatuiſſet Sed reſpõdetur,quod ratio diuerſitatis eſt in contrarium, imo cum Comes potuiſſet hoc dicere,& non dixit,non cenſetur conceſſa talis poteſtas aliis ſucceſſoribus, argum.tex.in l. vnica §.ſin autem C. de cad. toll. cum ſimilibus: maximè, quia ad eum non ſpectabat, ſed ad Regem, qui ſorte non confirmaſſet ex toto, vt dicetur.

13 Expoſis rationibus † quod poteſtas cõceſſa Philippo nõ cenſeatur conceſſa ſucceſſoribus,ſuceedit clara concluſio, quod in propoſito non potuit à ſucceſſore fieri poſtergatio, tametſi illud potuiſſet facere Philippus primus acquiſitor; quod etiam patet primo, quia licet primus acquiſitor poſſit mutare formam,tamen alij non poſſunt. Non obſtat ſi diceretur, ergo eſſet ſuperflua hæc licentia, nam dico, quod ſatis operatur, vt tollat illam difficultatẽ, an poſſit primus acquiſitor, quæ ſorte eo tempore nonerat ita clara.De iure nõ deſuerunt,nec nunc deſunt Doctores infiniti,qui contrarium voluerunt, & ſufficit vt quid minimum opereretur talis expreſſio, vt dicebat Menoch. d. conſ.61 num. 20 & dictum eſt ſupra.Et quod alijs non cenſeatur conceſſum patet, quia ſtante forma, vt prætenditur ſine alia poteſtatis conceſſione,licita fuiſſet poſtergatio, p dictũ Andr. in cap omnes filij,ſi de feud.fuerit controuer.& tradunt omnes in cap. Volentes, & ſuper qno multum inſiſtit Regens Ramon dettus,

dettus, & est vetissima opinio, & recepta in Regno.

Cum ergo in specie sit data potestas Philippo, censetur alijs denegata l. cum prætor ff. de iud. sicuti dicimus in primo acquisitore. Et si dicatur quod talis expressio fuit ad maiorem claritatem, & ad tollendum dubium, habemus intentum, quia eodem modo ego dico talem potestatem non alterare formam datam. Et consequenter ex hijs sequitur quod per cõcessionem factam Philippo, nũ est derogatum primæ, & veræ formę feudi respectu clausulæ iuris francorum. Nec per illud quod ipse Philippus fecit, dicitur fuisse factam alterationem aliquam; quia dato quod potuisset facere, tamen non fecit, imo in primogenitum disposuit ipsemet Philippus, & consequenter non facta contraria dispositione post suimortem feudum remanet in prima forma. † Et in fortiori casu scilicet ſtãte natura feudi in propria, iuxta terminos text. in cap. 1. de feud. non hab. propt. nat. feud. non facta dispositione per vassallum feudum transeat ad masculos solos, & demum post mortem vassalli attẽdatur recta, & propria natura feudi, non obstante alterationc primę concessionis, ita tradit Io. Thomas de Marinis lib. 1. de feudis titul. 31. ver. 3. eius est naturæ, quę ad propositum est notabilis decisio. Et hoc ea ratione meo iudicio corroboratur, quia in non mutatis est standum primeuę formę, & naturæ, maximè quando dispositio non est incompatibilis per ea, quæ dicta sunt superius ex Canniuio, Menochio, & alijs. Nec in hoc in contrarium operatur consensus Regius, vt dicetur statim, ne bis idem repetatur. 14

Ex quibus patet quod si volumus considerare formam datam illi de Labisara, feudum istud est cum clausula iuris franeorũ. Si vero principaliter volumus dicere quod feudum fuit concessum à Comite Antonio, quia erat subfeudum Comitatus; & tunc tanto magis procedunt traddita in cap. 1. §. profectò de leg. Conrad. cum alijs, de quibus supra; quandoquidem Comitatus erat penes eum sub expressa clausula iuris francorum, stante forma traddita in priuilegio concesso Comiti Francisco; & in hoc non est difficultas. Dicitur † tamen quod in posse Comitis Auronij fuit feudum nouum stante rebellione, & noua concessione. Et licet in hoc multa essent videnda, an hoc sit verum absolutè, cum 15

varij varia dixerint, presertim non habita possessione per Regem, de quo per Doct. in cap. 1. de Vass. decrep. ętat. Et præsupposito etiam quod constet de narratis in priuilegio, cuius contrarium possit defendi, non obstante assertione Regis, ex traditis per Menoch. cons. 104. nu. 48. cum seq. † Et præsupposito etiam quod crimen perduellionis præiudicet agnatis, Andr. Bald. Aluaro. & alij in cap. 1. si vassall. de feud. Et presupposito † etiam quod crebrior opinio sit, quod penes rebellem restitutum, & facta noua concessione fit feudum nouum, de quo latè Cannie fol. 118. cũ seq. & Notitrates in causa Baronię Roccellæ, & alijs in locis. 16 17

Pro † tollenda omni difficultate in terminis quæstionis nostræ sufficit illud verbum, Restituimus, per quod passim dicunt limitari illam rationem, & ita tenent omnes & M. C. indicasse dicit D. Io. Aloysius in cap. Volentes, & in hoc non esse cõtradictorem tradit dominus Boniornus in alleg. Castri ad mare. ver. quarto, & in hac opinione residet etiam Cannicius nu. 28. & seq. d. fol. 118. Præsertim in casu nostro, cum adsint illa verba, Ac si nunquam bona fuissent deuoluta, & alia verba, quæ clarissimè demostrant iure antiqui feudi fuisse factam concessionem, vt ex lectura videri potest apertissimè. Quod considerat D. Bonior. vbi supra, & tradit Marin. Laud. Isern. Aluarott. & alij in d. cap. 1. late Menoch. cons. 104. nn. 45. 18

Nec ex aduerso in hoc sit difficultas, sed tantum dicuntur duo, vt † dicatur noua concessio, & feudum nouum, quia adest verbum de nouo concedimus. Secundo, quia adsunt pacta, & conuentiones nouę, ex quibus dicitur mutata forma, & data nona lex feudo. In primo allegatur Andr. in cap. 1. nn. 3. de vass. decrep. ęrat. Sed si recte intelligatur Andreas, non simpliciter ipse vult ex verbis, de nouo concedimus, esse feudum nouum, sed inquit, inspiciendum est, quid voluerit Rex, quia si de voluntate constaret ex alijs, esset nona concessio, & ita Andr. intelligit Afflict. ibi num. 9. † & tandem facit differentiam si dicatur, quarenus opus est de nouo concedimus; vel si dicat simpliciter, de nouo concedimus; & in dubio, inquit Isern. & Afflict. erit feudum antiquum, de nouo cõcessum secundum antiquam formam. Ita quoque tradunt Lauden. & Prepos. & alij, quos refert, & sequitur Leonard. Lipar. in apostill. 19 20

apoſtill. ad Andr. vbi ſupra, verſ. in dubio. Addo ego Petr. Duen. reg. 323. in fine, & Menoch. conſ. 104. nu. 53 & dixit Io. Ign.
21 in l. 1. §. ſi dominus num. 40. ad Sillan. † quod feudum non dicitur nouum, niſi ſpecialiter ita dicatur, ſequitur Menoch. d. conſ. 104. num. 53. addo etiam Cur. ſen. conſ. 49. & 68 Cran. de antiquit. temp. in fin. nu. 26. vbi dicit non procedere limitationes, quæ dantur, inter quas ipſe poſuerat etiam illam, quando ſunt datæ nouæ conuentiones & noua pacta; quia verbum, Reſtituimus, omnia tollit; tamen ſi etiam addatur verbum, De nouo concedimus, ſed in propoſito nos ſumus extra hanc difficultatem, quia ea, quæ in hoc conſiderabantur, nihil penitus obſtant. Dicitur in primis, quod ſunt vocati baſtardi in hac noua conceſſione, ſed hoc frinolum eſt, quia hoc non eſt verum, nam in priuilegio fit mentio de baſtardis in capite remiſſionis culpæ, & indulgentiæ, imo vocatur etiam vxor Comitis. Et daro quod inferius in priuilegio in confirmatione fiat mentio de baſtardis, tamen eo loco deber fieri relatio, ſingula ſingulis, &c. quia confirmatio eſt de bonis etiam purgenſaticis, & allodialibus; & poterat eſſe quod Comiti Antonio, & ſuis, ac etiam baſtardis fuiſſent factæ conceſſiones aliquæ, etiam de bonis non feudalibus; & ſic faciendo relationem ad ſingula, non ſequitur concludêter, quod ad ſucceſſionem Comitatus fuiſſent vocati
22 baſtardi. † Et daro quod eſſent nominati ad ſucceſſionem, per hoc nec etiam dicitur nouum feudum Ruy. conſ. 15. num. 3. lib. 1. Menoch. d. conſ. 104. nu. 56.

Sed quia D. Regens pro pactis nouis, ac nouis cõuentionibus cõſiderat plura, ideo ſigillatim reſpondeamus. Primo conſiderat, quod Comes Antonius fuit reintegratus ad inſtar aliorum procerum, ergo, inquit, non ſecundum formam antiquam.

Sed iſtud nihil eſt, quia illa verba ſunt reſpectu honorum, officiorum, & aliarum dignitatum, vt in priuilegio expreſſe legitur.

23 Secundo † dicit quod in priuilegio dicitur, quod ex nunc in antea ſit dominus, ergo antea non erat dominus, & conſequenter de nouo dominium queritur, ſed iſtud nihil eſt, quia ſemper hoc præſupponitur ſtante confiſcatione, & deuolutione ipſo iure in fiſcum, & poteſt eſſe ex nunc dominus ſed iure antiqui feudi, & Socc. Iun. & Iaſ. in §. & quid ſi tantum, l. gallus allegati per D. Regentem procedunt reſpectu futurum, ad quos non dicitur facta reſtitutio, ſtantibus hijs verbis.

Tertio ponderat illa verba, de quibus in priuilegio, Prædictum Comitem nolumus obligari nobis, aut alicui teneri, quæ omnia videntur rendere contra formam primam, ſecundum quam tenebatur Comes ſtante iuramento fideliratis. Sed meo iudicio hoc nihil eſt, quia in eo loco Rex hoc dicit reſpectu culpæ commiſſæ, & felloniæ, & non poteſt pacto aliquo intelligi, vt cenſeatur remiſſa fidelitas, & onus ſeruitij militaris, & alia, ad quæ ex forma, ac natura feudi Comes fuiſſet obligatus.

Quarto conſiderat, quod geminatè vtitur verbo, De nouo concedimus; ſed hoc nihil eſt, quia pluries vtitur etiam verbo Ratificamus, & confirmamus, & reſtituimus; & Doctores in hac geminatione nullam vim faciunt.

Quinto conſiderat illa verba, Derogamus omnibus conceſſionibus, priuilegijs, donationibus, &c. ſed hoc ſimiliter nihil eſt, quia intelligitur reſpectu conceſſionũ interim aliis factarum, & hoc fuit vt rollatur difficultas † an cenſeatur facta reſtitu-
24 tio ad conceſſa aliis, de quibus per Doct. in d. § & quid ſi tantum, & tradunt Doct. in cap. 1. de vaſſ. decrep. ætat.

Hæc ergo noua pacta, & conſiderationes non arguunt concludenter mentem Principis, & conſequenter ſaltem in dubio feudũ erit antiquum, ex traditis per Andr. Affict. & alios vbi ſupra. Et vnica ratione, etiam poteſt concludi quod ſit iure antiqui feudi, nam in priuilegio confirmantur filijs natis, & naſcituris omnia priuilegia, conceſſiones, gratiæ, & alia, ergo & clauſula iuris francorum, quia iſtud eſt gratia, & conceſſio reſpectu filiorum primogenitorum, ita in ſpecie D. Alex. conſ. 18. nu. 13. & conſ. 29. nu. 23. lib. 5. Et cum iſtæ nouæ conuentiones non ſint contrariæ, nec ſubſtantiales, ſaltem in non expreſſis ſtandum eſt formæ primæ, ex Cannic. &
25 & alijs, de quibus ſupra. Et quia † reſpectu formæ non ſunt pacta ſubſtantialia, & eſt neceſſe quod mutatio fiat in qualitate ſubſtantiali, Ruyn. conſ. 20. & 35. in primo, Gozad. conſ. 84. Menoch. d. conſ. 104. nu. 56.

Apparet igitur quod feudum quomodocumque conſideretur, erat in forma cum clauſula iuris francorum, & non potuit dari, nec cenſetur datum ſub alia forma illi

Philippo. Quod eriam confirmatur, quia in vero,& autentico exemplari iſtius conceſſionis habetur relatio ad priuilegium Comitis plenis verbis, & legantur.

Non obſtat confirmatio Regis Martini quandoquidem in ea extant duæ clauſulę,
26 altera † hijs verbis. Quatenus iuſtè, & rectè, & rationabiliter proceſſit, quod equipollet clauſulæ,natura feudi non mutata, quia aliter nec recta, nec iuſta, nec rationabilis diceretur facta donatio ex præmiſſis, & ſic ſumus in declaratione Gregorij d. 3. p. quæſt. 2. Et illa verba equipollent verbo legitimè , per quod non dicitur alterari naturafeudi, ita Cur.Iun. conſ. 130. num 7. Crauett. cõſ. 92. ſequitur Menoch. conſ 61.nu. 18.lib.1. Nec reſtringenda sũt illa verba ad iuſtitiam ſollemnitatum donationis, quia vltraquod fuiſſent fruſtratoria apparet quod illa verba ita geminata important ne dum rectitudinem,verum etiam iuſtitiam ipſius donationis.

27 Secunda † clauſula poſita in illo exemplari adhuc ex aduerſo preſentato eſt in fine,ibi, iuribus noſtris ſemper ſaluis, inter quæ iura eſt clauſula iuris francorum, quia illa concernit fauorem Regis, latè Frecc. lib. 2.quæſt. 1. nu.13. & ob iſtam clauſulam cenſetur repetita lex , quæ erat in dante,in ipſum accipientem, Frecc. vbi ſupra nu. 11. Et ſtante iſta clauſula nihil operatur in preiudicium iurium ſuorum conſenſus Regis Blaſc. in cap. Volentesin 3. nor. Gregorius de conceſſ. feud. in vltima part.in declaratione iſtius clauſulæ. Et ob id voluerunt Bonior.& Gerard. Prothonot.
28 in alleg. Sclafani, † quod licet Rex confirmet alienationem cum inſerto tenore, appoſitis hijs clauſulis tamen non eſt ſtandum formæ traditę à contrahentibus,ſed veręformæ, & inquit D. Io. Aloyſius in cap. Volentes ver. ſed ſolet dubitari, quod Rex confirmans cum qualitate alterante, cenſetur reuocare, quatenus qualitas hæc alteransimportat,& ob id dicit quod confirmatio habet caudam ſerpentinam. Et maximè ſtante relatione ad priuilegiũ Co-
29 mitis Antonij, vt ſupra. Et illa † verba, quatenus rectè, & iuſtè, &c.non ſunt cauſatiuè iuxta terminos in capit. Abbate de verb. ſig. quia apparet de forma, & ideo limitatiue ſtant.

30 Accedit † pro confirmatione præmiſſo rum quod ita ſemper anteceſſores intellexerunt formam huius feudi, nam ille Philippus primus a equiſitor diſpoſuit in ſuum primogenitum, & quidam Io. Matius diſpoſuit in Matinum in hijs verbis, Tam quam ſuum primogenitum, & licet apparente forma non procedat dictum Andr in cap. Imperialem § præterea ducatus num. 37 cum alijs de modo vſædi inter illos de familia. Tamen ſaltem hæc conſuetudo, & obſeruantia operabitur, vt tol atur dubium;& ſatis confirmantur præmiſſa omnia, quia ſaltem faciunt, vt onus probandi cõtrarium transferatur in aduerſarium, vt dicit Andreas loco præallegato;tanto magis cum in propoſito actum ſit ſpolio;& ſa-
31 tis premiſſa ſufficerent,vt tollatur † dolus, qui in ſpolio neceſſarius eſt,ex traditis per Dec.conſ.125.cum ſimilibus.

Hijs ſic præſuppoſitis procedit clariſſime in fauorem conuenti diſpoſitio capit. Caroli 118. per quod irritatur poſſeſſio , etiam realis capta , & confirmatur poſſeſſio nepotis ex primogenito, vt in eo clare
32 diſponitur. In † hoc tamen inſurgit difficulta,facta in hoc; an capitulum iſtud etiã importet, vt ſucceſſor poſſit poſſeſſionem propria authoritate ingredi, ſi ab alio reperiatur occupata, & in hoc pendet reſolutio ab hijs. quæ Tiraquellus late tradit in tract. le mort. faiſit le vif.in 5 p. declaratione 3. & latiſſime plot.in rep.l. ſi quando nu. 8. cum ſequen. ſecundum primam impreſſionem; & ideo arbitror ego conſiderandum eſſe in primis, rationem finalẽ, & vnicam, qua Carolus Imperator motus fuerit in d.cap. 118. fuiſſe, vt dirimeretur lites , & ex toto omnis dubietas ceſſaret in ſucceſſione ; & quia ante hoc capitulũ,vt patrui partes fortiores redderentur, ſolebat eis fieri refutatio in vita, tradiq. realis, & actualis poſſeſſio, adeo quod iura filiorum primogenitorum elidebantur, aut ſaltem maxima debietas inſucceſſione reſultabat, ſtatuit Imperator nepotes eſſe præferendos , non obſtante tali refutatione, ac reali poſſeſſione ; & quo ad meritaſucceſſionis iſtud fui ſſet ſufficiens ſtatuere, ne patruus potuiſſet iura ſua poſſeſſione actuali tueri,& in omnibus eſſent paria iura vtriuſq; quod inter cętera conſide-
33 rant † Doct. in illa altiſſima quæſt. prælationis nepotis, & patrui , de qua Tiraq. in tract. de primogen. quæſt. 40.& alibi infiniti Doct. Iſto autem ſolo non cõtentus fuit Carolus Imperator, ſed plus voluit in fauorem nepotum ſtatuere, vt in eis continuaterur poſſeſſio illa, quæ erat in poſſe inmediati poſſe floris , & non obſtante re-

futa-

ſutatione alteri facta, & nõ obſtante actuali poſſeſſione capta per patruum; ſicq; in hoc duo ſtatuit ſpecialiſſima, alterum quidem vt poſſeſſionem tranſlatam, & realiter captam à patruo annulet, illamq; nullius momenti eſſe mandet; alterum quod talis poſſeſſio innepotem continuetur; idq; ad omnem iuris effectum, etiam quo ad remedia poſſeſſoria iuxta diſpoſitionem cap. 43. Regis Ferdinandi, vt vnum capitulum declaretur per aliud ſecundum tritas, & vulgares deciſiones. Ex quibus ego arbitror nos eſſe in clariſſimis terminis, & Doctores, qui in contrariam partem allegantur euitari manifeſtiſſime enim ipſi loquuntur quando vnum, vel alterum tantum præſupponitur, nempe, vel quod ſtatutum ſimpliciter continuet poſſeſſionem in he-
34 redem, & tunc † ea datur declaratio, niſi ab alio interim ſit occupata, data enim occupatione tollitur continuatio, tradunt Doct. præſertim Ial. in l. ſi ſorori C. de iur. delib. Alex. conſ. 83. in 2. & 153. in 6. laudiſſimè Tiraquell. loco ſuperius allegato, & Plotus ſimiliter d. nu. 8. cum ſeq. Menoch. de recup. poſſ. remedio primo, queſt. 36. cum infinitis ſimilibus. Simiſiter ſi ſtatutum ſimpliciter poſſeſſionem ab alio captam annullaret, illamq; in alium non continuaret, difficultas remaneret, an poſſit ſucceſſor propria authoritate capere poſſeſſionem tametſi vacantem, quo ad eius effectum; cum de facto poſſidens ſaltem ciſendus ſit, & non ita de facto ſpoliandus, in quibus terminis poteſt procedere deciſio Boſs. rub. de Principe num. 297. & Bald. in rub. de cau. poſs. & proprie. cum alijs, de quibus per Tiraq. in dict. 5. part. declaratione 3. nu 17. quos allegat Ludouic. Molin. in tract. de primogen. hiſpan. cap. 12. n. 12. Et in hoc ſimiliter cõſideranda eſſet facultas, quę à ſtatuto tribueretur ingrediendi propria auctoritate poſſeſſionem, quod tradit Achill. Perſonal. de adipiſcend. poſſ. rem. primo nu. 15. & ſequen. nam ſi poſſeſſio ex ſtatuto remaneret vacans, & ad alium non continuata, procederent rationes hinc inde à Doctoribus conſideratę. Ceterum cum ſtatutum noſtrum illa duo copulatiuè operetur, videre ego non poſſum, in quo poſſit fieri difficultas; poſſeſſionem enim captam à patruo etiã realiter apprehenſione annullat, quod ex verbis ibis deprehenditur (Non obſtante) non enim aliter poſſet aliud de continuatione ſtatuere vere, vel ficte, niſi poſſeſſionem alterius annulle-, & irriter, ſi hoc enim non induceretur, impoſſibilis eſſet continuatio, cum ea præ opponat acquiſitionem in alium, & ſic duo reperirentur in ſolidũ poſſidere, contra iura apertiſſima, & vulgaria; & quo ad me nullam habent diuerſitatẽ hæc duo, quod poſſeſſio patrui ſit nullius momenti, & quod poſſeſſio cõtinuetur in nepotem, non obſtante poſſeſſione patrui: quinimo fortius, & clarius diſponunt verba hæc in noſtri ſuorem; nam ſi ſtatutum annullaret poſſeſſionem patrui verbis claris, & aliud non ſtatueret, remaneret poſſeſſio vacans, quaſi quod ſtatutum voluerit poſſeſſionem à nemine fuiſſe captam, vel habitã: ſicq; tali caſu locus foret præuentioni, & præoccupationi; & ſenſus eſſet, vt tempore mortis vtriuſque, & nepotis, & patrui paria eſſent iura. Cum ergo ex hoc lites oriebantur, & ſcandala plus, voluit prudentiſſimus Imperator ſtatuere, vt poſſeſſio non vacans remaneret, ſed illa in nepotem continuaretur: quod aliud meo iudicio non eſt, niſi quod ab eo vero, & legitimo poſſeſſore res habeatur, & patruus ex toto à ſucceſſione excludatur, Et ſi à totali ſucceſſione Imperator voluit patruum excludere, non obſtante poſſeſſione reali, cur negare volumus ipſum poſſe prætendere, ſe non fuiſſe citatum; vt ſic tanquam prædo manutenendus ſit, profectò ego nõ video; cap itulum enim omnia, quæ in facto poſſent negari, præſupponit, nempe quod ſimus in feudo pacti, quod nepos vere ſit ſucceſſor, & nihil aliud remaneat niſi diſcuſſio illius quæſtionis de prælatione. Si ergo hijs præſuppoſitis diſponit, cur dicendum eſt voluiſſe nepotem propria authoritate non ingredi poſſe, non quidem vt poſſeſſionem vacantem capiat; non vt alterũ ſpoliat; ſed vt ſuam continuaret poſſeſſionem; vt demum gratia Regis fruatur abſq; litium anfractu, & abſq; omni controuerſia. Cur demum dicendum eſt in caſu noſtro requiri citationem patrui, quid enim ipſe boni poſſet afferre. Et ideo quicquid eſſet in terminis ſtatutorum Italiæ, in caſu noſtro arbitror eſſe indubitatiſſimum, cap. Regni voluiſſe hæc omnia, quæ nos in aperticibus iuris conſideramus, tollere; & id ad dirimendas lites, & ad rollendas omnes difficultates. Nec ambigendum eſt quod ſi Imperator Carolus de hoc particulari fuiſſet interrogatus, ita apertiſſime dixiſſet; cum ratio etiam minima non ſit, vt à tali lege condenda eum remouiſſe. Nec

35 desunt authoritates Doctorum,† quod decretum cõtinuans possessionem procedat etiam si a patruo fuisset occupata possessio, vt si viterius statutum procederet dispone do, tertij possessionem non esse habendam in consideratione; Ita enim consuluit Paris. cons. 41. num. 8. & 9. lib. 1. Dec. cons. 84. col. 2. Ias. cons. 85. vol. 3. & 146. in 4. vbi dicit ita in Senat. Mediolani fuisse iudicatum, idem Decius cons. 467. cum alijs latè congestis à Plur. loco supra allegato nu. 14. & declarat etiam ita limitando contrarias deciliones Tiraquellus in dicta 1. declaratione 5. partis nu. 18. nam vt ipsemet tradit paulo ante num. 18. possessio antea capta à patruo dicitur illicita; & ideo nullius est considerationis, allegat. Catell. Cotta in memorab. incip. decreto Mediolanẽsi Ias. dict. cons. 146. & 85. & Dec. cons. 467. ad quæ etiam ipse se refert; d. num. 18. Quapropter arbitror, vel secundum istas declarationes intelligẽda esse ea, quæ à præfato Molina tradita sunt, vel si ipsius verba refragentur, malè loqui, & consequenter non habenda esse in consideratione quæ ab eo tradduntur, cum nec rationes suadeant, nec eius tanta sit, aut esse debeat authoritas, præsertim cum ipsemet nu. 18. ex verbis statuti præsupponat apud tertium non remanere possessionem ciuilem, & naturalem stante continuatione, sed solum rema-

36 nere nudã facti detentationẽ.† Et dato qd nudo detentatori etiam comperat iudicis officium iuxta tradita in l. Aquilius Regulus, ff. de dona. cum simili, tamen id procedit in eo, qui habet detẽrationem iustam vt in conductore, & similibus; vel quæ saltem non appareret iniusta; tunc etenim nõ posset de facto spoliari ab illo statu, & ab illa detẽratione: & in hijs terminis seruamus dari, & similibus remediũ spolij iuxta text. cum ibi notatis in cap. Pisanis de rest. spol. Cæterũ si apparet detentatio iniusta, & notoriè, non video ego ad quid debuerit cap. Regni in hoc non prouidere, maximè cum ille non sit eiectus ab illa detentatione à tertio aliquo, sed a vero possessore rei, & iusto.

Et si huic possessori, si ab illo tertio eijceretur, vel turbaretur, competerent remedia possessoria, non quidem ratione alia, nisi quia possessor, vel manutenendus esset, vel restituẽdus, cur ergo si ipse possessionem suam continuando possessioni rei incumbit. dici poterit spoliator; qui enim spoliator est, nec innouare dicitur, aut attẽ-

37 tare. † Similiter, quod possessor possit pro pria authoritate possessionem defendere, & in corporalem ingredi, sunt iura clarissima, & decisiones apertissimæ Fulcos. cons. 16. Ias. & alij in l. clam possidere num 23. de acquir. pos. quæ saltem sufficiunt, vt iusta causa id fecerit ciuis meus, & ad finem tamen vt factum ipsius omni dolo careat, & consequenter in spolio, de quo agitur, liberandus sit, ex vulgaro cons. Decij 125. cum similibus. Non obstat quod non appareat, qupd hic cõuentus sit talis, nam, ne capituli dispositio reddatur elusoria, est necesse vel quod dicatur debere admitti ad probãdum, & quod in hoc sit derogatum spolij priuilegio, vel quod probationes fiant eo modo, pro vt fieri potest. Sed in casu nostro apparet clarissimè de hoc extremo nã & in casu nostro patet quod Vincentius sit primogenitus, constat ex contractu matrimoniali, vbi Mattinus, à quo habet ius, & causam actor, vocat eum filium primogenitum, & Baronem Iuniorem, & tanquam talis donat certos redditus in eo cõtractu, illud etiam dicitur in alio contractu facto inter eos. In contractu accordij facto cum Martino dicitur expresè quod ex Vincentio fuit natus iste conuentus. Et ad eius instantiam tãquam aul paterni fuerunt factæ, & obtentæ literæ superfesoriales super reuocatione tutelæ, ob quod

38 exinde fuit factum accordium. Et ista † non sunt simpliciter verba enuntiatiua, sed sunt talia, sine quibus hæc acta non valerent, ideo saltem in eorum præiudicium tenent, l. optimam, cum ibi traditis, de contrahen. & cõmit. stip. & traduntur Doct. in l. ex hac scriptura, de donat. Et concurrẽtibus etiam testibus captis in iudicio inuestiturę, nam cum nominatione sufficiunt indicia, Doct. in cap. per tuas de proba Couarr. in epitom. de spons. 2. par. cap. 8. §. 3. nu 7.

Ex quibus apparet intentionem D. conuenti fuisse fundatam, & merito stante forma feudi ipsum esse legitimum successorem, & consequenter in hoc spolij iudicio esse à petitione facta absoluendum, & liberandum.

ANNOT. PETRI FILII.

F*Eudum, quando, & in quibus casibus ob vassalli felloniam, siue illud antiquũ siue*

ſiue nouum ſit,ad agnatorum excluſionem, domino aperiatur, nobis non eſt hic animus diſquirere : aliqua etenim compendiario in Annot.ad conſ.13.propoſuimus , & eruditè poſt alios poſuit Harm.Piſt.quæſt. 15.lib.2. tantum propterea videndum erit, an data ad dominum deuolutione , ſi delictum vaſſallo cõdonetur,culpaq; remittatur ,feudi nouũ dicendum ſit ,vel potius pro vt erat ante , antiquum , permaneat .

Andreas in cap.1.de vaſſall.decrep. etat.
1 † *diſtinctionem in huiuſmodi puncto prẽmi ſit,licet maneam , vt placuit Ioan.Vinc.de Ann.in repet.d.cap.1.n. 110. dixerat namq; Andreas , vt ſi ad feudi deuolutionem , & priuationem requireretur ſententia , ante eiuſdem prolationem culpa remiſſa,feudum remanere antiquum : ſi verò priuatio ipſo iure inducereturnouum fieri, remiſſa culpa . Poſthabuit Andreas aperire quid dicendum in primo diſtinctionis membro , ſi poſt ſententiam vaſſallo indulgeretur,ait Anna,quia forte alteri membro , vt put quando ipſo iure ,equiparari , voluerit Andreas .*

2 *Aduertit tamen Anna,† in dictis Andreę variationem reperiri;num & incorporatio , hoc eſt realis apprehenſio feudi,etiam in caſu,in quo ipſo iure fieret deuolutio , requiratur , cuius dicta poſtquam ad conciliationem reducere conatus fuit , ſuam & peculiarem habuit diſtinctionem in d. cap. 1. de*
3 *vaſſal.decrep.etat.nu.132.† aut enim, ait ipſe,in caſu verſamur , qui neceſſario ſententiam expoſtulat ; aut in caſu, in quoipſo iure fiat deuolutio , in primo ſubdiſtinguit , vt ſi remiſſio facta reperiatur ante ſententiam,feudum antiquum remaneat : ſi vero poſt ſententiam , executioni mandatam , nouum ; ſi ante executionem , antiquum.In caſu verò,ipſo iure , ſemper feudum nouum eſſe putat : in quo communis Doctorum ſen-*
4 *tentia videtur ſtare † poſt Andr. Aluar. Præpoſ.cæteroſq; in d.cap.1. de vaſſ.decrep. etat.Gloſ. Bald. Aluarott.Præpoſit. & Afflict. in cap.1. §. inſuper , de probib. feud. alien per Federic.Præpoſit. in prælud.feud. nu.41.Zaſ.de feud par.3.n.2. Schrader. de feud. par. 2. cap. 3 . nu. 43 & ſeq. Herman. Vult. de feud. cap. 8. num. 4.lib.1.Roſental. de feud. cap. 2. concluſ. 18. & ſi Bero. conſ. 109.nu.16.lib.1.iſto in caſu amiſſionis feudi,ipſo iure , requirat ſententiam , & incorporationem , cuius dictum non quidem magnifaciendum , cum à communi opinione haud nobis liceat recedere. Res tamen in capite , in quo ipſo iure non deuolueretur feudũ,an requiratur poſſeſſionis apprehẽſio,*
5 *apud Doct.dubia adhuc remanet; † videtur tñ põẽs in hoc ttum,vt requiratur ſententia Bald in l.1.num.11. ff. de rer. diuis.Andr. Aluar Afflict.& cæter in dicto cap. 1. de Vaſſal. decr. etat. .d hoc vt feudum remiſſa felionia nouum cenſeatur. Late proſequitur Schrader vbi ſupra nu. 50. At ſi poſſeſſio à*
6 *domino ante †factã declaratione per Iudicem , capiatur , deindeq; felionia remittatur,quod vtiq;adhuc feudum remanere antiquum cenſeatur,dixerunt nonnulli , quos recenſet Roſental. de feud. cap.2.concluſ.18. qui in gloſ. D. ad conciliationem (nam alij contrarium profeſſi ſunt) diſtinguit , quod ſi vaſſallus liti cedens,poſſeſſionem vt nanciſcatur dominus , voluerit , feudum dicatur nouum , ſecus verò ſi contra eius voluntatẽ poſſeſſionem aggrederetur ; nam domini, & vaſſalli aſſertiones de cuſpa commiſſione,de ſententiæ prolatione , poſſeſſioneq; capta , , nullis agnatis inferre poſſe præiudicium.ibus ex primeua inueſtitura ius quæſitum fue-*
7 *rat , contendunt † multi. per iura in cap. 1. in prin.& in §. ſi vaſſallus culpã,ſi de feud. fuer.contr.inter dom.& vaſſall. & in cap. 1. de feud ſine culp. non amitt. Curt.Sen.conſ. 48.n.50.qui hoc ipſum in Principe ,pecdere affirmat;ſeſtet enim viam ſtruere,qua de facili vires contractus feudi vltro citroq;obligatorij , euacuarentur , cuius natura eſt, vt auferri non valeat, niſi conuicto de culpa vaſſallo , cauſaq; cognita ; late hoc ipſũ proſequitur Curt. conſ ſeq.49.n.84.idem , aſſerit Cefal. conſ. 303. nu. 120. & ſeq. & Roſental.vbi ſupra, Alex. Raud. de Analog. cap.34.nu. 53. & nu. 90 arbitratur ſufficere Principis aſſertionem de delicto,eamq; de ſententia fidem facientem,quod primo de iure communi nixus fuit probare , à poteſtate Principis legibus non ordinata argumenta deſumens , ſecundo ſub nu.107.ex decreto Mediolani , quo caueri dicit , non poſſe quem opponere delictum non fuiſſe commiſſum ſententiam , & incorporationem non fuiſſe ſequutam;in quibus terminis , cum ſermo noſter non erit; ſufficiet oſtendere cõtra communem loqui Raudenſem,ſi iuris cõmunis terminos inſpexerimus.*

Hiſtec omnia in dubio procedere nos admonent Doctores , at ſi dominus de nouo inueſtiens vaſſallum remiſſa felionia , verbis vteretur,quibus in nouum,vel in antiquum feudum dari,coniectari liceret , vtique ea , quæ dicta fuer. locum ſortiri non viderentur

8 tur. Communis † regula eſt apud omnes, vt ſi noua inueſtitura in ſubſtantialibus alterata non reperiatur, antiquum remaneat feudum, de qua Ceſal. conſ. 301. num. 129. idemq; dicẽdum ſi Princeps vtatur verbis reſtituere, & reddere, Curt. Sen. conſ. 49.
9 nu. 88. vel dixerit in priſtinum ſtatutu̇m † vaſſallum reſtituere, Andr. Afflict. & alij in dicto cap. 1. d. vaſſall decr. etiat illuc mq; verbum, reſtituere, pleniſſimam ſignificationem habet, poſt omnes Schrader. par. 2. cap. 3. nu. 43. & ſeq. Idemq; ſemper affirmãdum erit, ſi alia ſimilia verba in noua inueſtitura adderentur, quibus illa ſapere naturam antiqui feudi videretur. Inter quæ multi ea ponunt, nimirum ſi diceretur, ita-
10 re antiqui feudi, † nobilis, paterni, vel gentilitij, nonnulli contrarium verius eſſe contendunt. De quæſtione agunt Interpretes in repet. dict. cap. 1. de vaſſall. decrep. etat. & Roſental de feudis cap. 2 concluſ. 18. in qua Oldrad. in conſ. 178. cenſuit feudum adhuc dici nouum, etiam ſi in noua conceſſione adnecteretur illa clauſula, iure antiqui feudi, tunc enim in eo non ſuccedere collaterales inueſtiti, quamuis agnati, & deſcẽdentes à primo inueſtito dicerentur, cẽſuit, ea ratione nimirum, vt aiunt qui eum ſeſtati ſunt, quia verba facti veritatem immutare minime valent, neque feudum nouum facere antiquum noſtræ ſemper ſit poteſtatis. Curt. Sen. in d conſ. 48. & 49. op poſitum affirmauit. Oldrad. tamen ſequitur, nullaq; medij, s illius opinionem exornat, & tuetur Alex. Raud de Analog. cap. 34. n. 72. & ſeq. quo loci aliorum conſilia inſerit, in talj feudo nõ ſuccedere collaterales affirmat, quia eis abſentibus per alterum, quari actio non poteſt, & ſub nu. 100. argumentis, quæ in contrarium à Curt. afferebantur, ſatisfacere opinatur. Oldradi rationibus occurrit Curt. ſub nu. 69. quem, reprobato Oldrad.
11 ſequitur † Ceſal. conſ. 173. nu. 8. & conſ. 12. nu. 3. magis communem contra Oldrad dicit Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 28. nu. 4 Natta conſ. 467. de creditori teſtatur Clar. in §. feudum quæſt. 8 verſ. ſed hic occurrit: Ceſal. d conſ. 173. Odradi auctoritatem euitare credit (in quo Curt. Sen. dictum ſequitur) illum nempe loqui in caſu, in quo fuit expreſſum, feudum dare in nouũ
12 idem habet Bero. conſ. 79. lib. 1. Sed † quidquid Alex. Raud. profiteatur, Communis eſt apud omnes concluſio, feudum nouum iu re antiqui feudi conceſſum, in omnibus, & per omnia naturam antiqui feudi ſortiri, in eoq; omnes dici agnatos, & ad feudum vocatos, qui à primo inueſtito ſi feudũ ad domi num non fuiſſet deuolutum, ſuccedere poſſẽt, ita Bald laud. & Præpoſit. in cap. 1. de feud. alien & in cap. 1. an agnat. Andr. in cap. 1. de contr. feud. apud par termin. Aluarott. in cap 1. de ſucceſſ. fratr. & in cap. 1. nu. 3. de vaſſall. decrep. etat. Iacob. in verbo nobiles nu. 8. in fin. Siluan. de recognit. feud. queſt. 37. Ferrar. practi. in for. lib. quo agit. ad reuoc. feud. in verbo ſuperſtitibus nu. 35. Roman. conſil. 1. in fine, Caſtren. conſ 44. vol. 1. Alex. conſ. 30. vol. 1. & conſ 55. vol. 4. Soccin Sen. conſ. 60. nu. 20. vol. 1. Ruyn. conſ. 12 num. 11. vol. 1. Pariſ. conſ. 2. nu. 3. vol. 1. Roland. à Vall. conſ. 60. nu. 16. vol. 1. Burſatt. conſ. 4. num. 24. Crauett. de antiquit. temp. par. 5. num. 13. Ceſal. conſ. 617. num. 53. Paul. de Monte Pic. conſ. 100. nu. 12. Cannet. in cap. Volentes, §. ſed quid ſi fuerit fol. 117. & Blaſc. Lanc. in rep. eiusdem cap. expreſſe contra Oldrad.
13 dicto conſ. 178 tenet. † Et licet nonnulli contrarium affirment, vt Bald. in præluđ. feud. diuiſ. 3. & conſ. vol. 5. Barbat. conſ. 66. vol. 4. Præpoſ. in cap. 1. §. feudum ea lege, ſi de feud fuer. controu. Iaſ. conſ. 57. vol. 1. & quos recenſet Gabriel. de feud. concluſ 3. & Alber. in Lexicon ver. nouum, Menoch. conſ. 523. attamen communis ſtat in contrarium, vt ſupra oſtendimus, degiea teſtantur alij: Villalib. lit. f. nu. 18. Vtu. ver. feudum nouum. Xuares lit. f. nu. 67. Kircou. lit. f. ver. feudum nouum, Miſinger. cent. 4. obſer. 84. Gail. obſer. 50. magis communem dicit Miſinger. cent. 6. obſer. 18. nu. 1. Iaſ. conſ. 1. vol 3. & conſ. 136. vol. 4. Mozz. de acc. ad feud. nu. 38. Herman. Vultei. de feud. cap 8. nu. 5. Iacobin. in præluđ. feud. n. 97. procedere in principe, non autem in alio domino hoc affirmat, quod, & alijs placuit vt Berett. conſ. 132. Anna. conſ 34. num. 61. Et in Principe nobis placet quæſtionem exagitare, fatetur communem Paniarol. conſ. 104. nu. 18. licet in caſu ſuo ad alias reſponſiones accedat. Et præſertim quia non erat in Principe concedente, ſed in Epiſcopo, qui non poterat alterare naturam feudi. Menoch. conſ. 160. quamuis contrariam partem cum Oldrado tenere in conſ. 523. viſus fuerit attamen põderatis hinc inde rationibus, quibus feudum, & nouum, & antiquum dici poterat, concludit feudum poſſe dici nouum ſed naturã antiqui ſapere, & male ſentiſſe qui contrarium affirmare auſi fuerunt ſub
14 nu. 27. † Oldrado reſpondit, illum nempe ſentire,

tire, feudum retinere naturam antiqui, & absolute effectum non esse nouum, idem repetit in conf. 202. nu. 50. Schrader. de feud. par. 2. cap. 3. nu. 64. per hanc clausulam, iure antiqui feudi, feudum antiquum remanere arbitratur, si Princeps id ex certa scientia faciat, atq; in principali dispositione, non autem in clausulis executiuis illis vtatur verbis, quod admittit Fab. de Anna cõs. 41. nu. 62. & conf. 66. num. 37. licet Dec. contrarium dicat conf. 185 num. 8. neque aliud de mente concedentis appareat de quo Alex. Raud. d. cap. 14. num. 151. & seq. atque sub

15 *n. 79. subnectit esse† communem sententiam apud Doctores collateralibus absentibus actionem queri, quo medio prorsus diluitur argumentum Alex. Raud. de analog. dicto cap. 34.*

16 *Idem affirmant Doctores si feudum† iterum concedatur sub commemoratione antiquarum inuestiturarum, quod feudum scilicet remaneat antiquum, Brun. conf. 78. nu. 8. & conf. 79. nu. 5. Alex. conf. 10. nu. 6. vol. 1. Ias. conf. 136. 4. vol. Clar. in §. feudi quæst. 8. Raland. à Vall conf. 60. num. 16. & conf. 46. vol. 1. & conf. 16. num. 20. vol. 3. Bertazol. conf. 89. nu. 18. in ciuil.*

EPITOME.

Fæminæ excludunt masculos remotiores in successione feudi stante iure francorum. Idemque obseruandum in allodijs, si testator in illorum successione induxerit ius francorum. Proximitas vltimi in feudalibus est attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Ius francorum recepit interpretationem in Regno, vt fœminæ excludantur à masculis existentibus in eodem gradu, non autem an illis, qui in remotiori gradu essent.*

2 *In feudi successione de natura feudorum fœminæ, vel penitus excluduntur, vel admittuntur in subsidium ob defectum omnium masculorum; propterea in feudi concessione facta pro masculis, & fœminis, fœminæ tunc admittuntur quando non extant masculi, & quid in Regno.*

3 *Fœminæ in allodialibus non excluduntur à masculis in eodem gradu existentibus, & quid in feudalibus, si testator voluerit quod masculi præferantur fœminis.*

4 *Testator si disponit vt vtuatur iure francorum; quia ius francorum habet interpretationem, vt procedat salua prærogatiua gradus, ad hanc interpretationem censetur confirmare voluisse eius intentionem.*

5 *Proximitas grauati, vel testatoris attenditur in successione fideicommissaria, in feudalibus tamen in Regno attenditur proximitas vltimi.*

6 *Renuntians de iuribus suis informatus, & certioratus non potest contra renuntiationem venire.*

CONSIL. XXIV.

ISIS consilijs duorum clarissimorum Iurecõsultorum, nempe Domini Cannetij, & D. Federici Cãpixani editis in fauorem istius de Lopecuro, ego, tamet_ si plurimum deferam eorum authoritati, diu anceps fui, vt etiam pro eo responderem: nam ea, quæ ipsi pro fundamento eorũ intentionis præsupponunt, satis in iure controuersa sunt, & in Regno nostro videtur procedere aduersus receptas sententias antiquorum no

1 strorum. Ius † enim francorum in Regno recepit interpretationem, vt fœminæ excludantur à masculis existentibus in eod gradu, non autem ab illis, qui in remotiori gradu essent, ex dispositione tex. in cap Si aliquem, & fatetur hoc esse receptum in Regno D. Campixanus in hoc suo consilio, & latè D. Petrus Gregorius de consens. feud. in 4. parte quæst. 4. vbi in fine considerat ius francorum non fuisse introductum ob agnationem conseruandam simpliciter, sed tantum vt inter masculos existentes in eodem gradu cum fœminis, quod ante eum pulchre considerauit Alex. conf. 204. num. 14. in 2. vol. & hanc opinionem in Regno tenuerunt quam plures alij, quos refert idem D. Cannetius in cap. si aliquem ver. sed tractandum esset fol. 276. cum seq. quo loci ipse adhuc tenuit eamdem opinionem

nem aduerſus receptam hanc ſententiam, quod maſculus remotior præferatur: nihilominus non potuit ibi diffiteri ſecus eſſe in allodialibus, nam num. 39. reſpondens ad dictum Alex. conſ. 104. in 2. dicit illud procedere in allodialibus, & num. 41 idem dicit, volens euitare doctrinam Bart. in l. hæredes mei §. cum ita fi. ad Trebel. quem allegat Gregorius in d. quæſt. 4. Et re vera in allodialibus de plano procedit, nam ea, quæ in feudalibus Doctores diſputant, ſunt † quia attenta principali natura feudorum, ſecundum quam fœminæ penitus, vel excluduntur, vel admittuntur in ſubſidium ob defectum omnium maſculorum etiam exiſtentium in remotiori gradu regulatur conceſſio facta de feudo pro maſculis, & fœminis, vt tradidit Bald. in cap. primo, §. filia in 2. col. de ſucc. feud. Socc. Sen. conſ. 19. in 1. vol. & alij quos refert D. Gregorius de ſucc. feud. quæſt. 1. 4. par. ver. ſuperuenit poſtea, & latius in eo tract. part. 6. quæſt. 16. tametſi in fine in prima limitatione dicat hoc nō procedere in Regno etiam in feudalibus, cum hodie in Regno potentior ſit prærogatiua gradus, quā ſexus, vltra quem ad idem allego Andream in cap. 1. § fin. de eo qui ſibi, & hęred. vbi etiam Afflict. Loffred. conſ. 39. & conſ. 114. in 3. dubio. Aduerſus quem Andr. licet plura ſint in materia feudorum de per ſe conſiderata, quæ cumulat inſignis modernus. Io. Thom. de Minad. in conſtitutione Regni, in aliquibus, in 3. notab. fol. 99. cum ſeq. nihilominus vt ipſemet dicit, Andr. authoritas ſumma eſt, & ideo noluit decidere, nec ego pro nunc curo, cum, vt dixi, ſimus in allodialibus † in quibus natura principalis eſt, vt fœminæ etiam ab exiſtentibus in eodem gradu non excludantur l. maximum vitium, cum ibi notatis C. de lib. præterit. & ideo conceſſio regulari debet iuxta naturam ſucceſſionis, & ita quoque fideicommiſſum factum, vt fuiſſe iudicatū refert idem Io. Thom. loco prealegato n. 21. per multas authoritates, quas allegat. Et ideo D. Gregorius in d. quæſt. 16. in fine limitat quoque in emphiteuſi, cuius conceſſio ſit quomodocunque facta quia fœminę ſimul ſuccedunt cum maſculis cum in emphiteuſi extraneorum natura principalis, & primordialis non ſit, prout in feudis, quod fœminę excludantur, Bar. in l. vt iuris iurandi §. ſi liberi ff. de oper. lib. cum alijs, de quibus per Gregorium loco præcitato in finalibus verbis. Et ideo à fortiori in ſucceſſione bonorum allodialium res de plano procedit. Et propterea mirandum eſt ſagis de D. Cannetio, qui in hoc conſilio dum euitare vult receptam Doctorum ſententiam in cap. Si aliquem, dicit illum procedere in feudalibus, in quibus recepta eſt clauſula iuris ſ. ſacrorum inter exiſtentes in eodem gradu, & tamen in d. cap. Si aliquem, loco ſupracitato tenens eſſe in feudalibus opinionem ſuam pro maſculo remotiori, ad contraria reſpondet procedere in allodialibus. Verū aliter non intendo pro modo ea, quæ ibi, & in hoc conſilio ipſe effuſo ſermone diſſerit, cum præſentis non ſit ſpeculationis, & ſolum hæc pauca diuiſſe volui, vt obſtendam in caſu, de quo agitur, eius ſententiam etiam apud me dubiā rationibus ſuis, quę in effectu concidunt in hanc vnam, nēpe quod ille cōdam Io. Berlingerius teſtator uoluit fauere agnationi, & conſequenter quod maſculi etiam remotiores præferantur. Et quod ex hac coniectura voluntatis tollantur omnia, quæ in contrarium conſiderat ipſe, & conſiderari poſſunt; quā rationem ego nec concludentem eſſe credidi in ſpecta voluntate teſtatoris, nec eſſe etiam in iure fundatam; nam quantum ad voluntatem, ille teſtator hæc tantum verba dixit in teſtamento, Quod territoriū hoc ſit Antoni, & filiorum ſuorum de corpore legitime deſcendentium, ita tamē quod maſculi fœminis præferātur, & maior natu minoribus, & viuatur inter eos quō ad dictum territorium tantum iure francorum. Dum ergo vocauit teſtator filios, iam apertè voluit vocare fœminas, vt tollatur illa iuris difficultas, quod maſculinum concipiat fœmineum, inter eos tamen maſculos, & fœminas prælationem dedit, & ius francorum conſtituit: prælatio tamen hęc, inſpecta natura bonorum non aſtringit, vt ſit niſi inter exiſtentes in eodem gradu, vt ex multis, quæ pro hac parte allegantur per D. de Gregorio, & per eumdem D. de Cannitio in locis prędallegatis, & rurſus per præfatum Io. Thom. de Minad. d. fol. 99. cum ſeq. quæ breuitatis cauſa hic omittūtur. † Rurſus cum teſtator voluit facere ius francorum, quōd ius ſpeciale eſt in Regno in feudalibus, habens tamen in ſe eam interpretationem, vt procedat ſalua prærogatiua gradus, & inter exiſtentes in eodem gradu, vt dictum eſt ſupra, ideo ad hanc interpretationem cenſeatur teſtator habuiſſe reſpectum, & ſecundum eam voluiſſe.

luiſſe conformare eius intentionem Socc. Sen. conſ. 19. col. 2. lib. 1. & latè D. Gregorius in d. quæſt. 4. par. 4. verſ. 3. confitmatur, & in ver. poteſt & alio modo reſponderi, vbi conſiderat, pactum, & conſuetudinem ſuccedendi. Tradunt Piſanellus, & Villanus in reſponſis impreſſis poſt lectam Cannitij. Etin hijs caſibus conſideratis per Doct. ſupra citatos iam militabat ratio conſeruande agnationis. Itē ratio conſiderata à D. de Cāpixano, quod attendenda ſit proximitas teſtatoris, & quod ſuccedant illi, & non vltimo morienti, vt eam rationem etiam refert Io. Thom. de Minad. loco præcitato, & tamen non obſtantibus hijs rationibus non audet recedere ab opinione Andreæ, qui hijs rationibus non conſideratis voluit prælationem dari inter exiſtentes in
5 eodem gradu tantum, †tanto magis quia etiam illa opinio, ſuper qua totale fundamētum facit D. Campixanus, non eſt adeo in iure clara; vt poſſit ſuper ea fieri reſolutio; nam tametſi vltra alios allegatos per eum latiſſimè in eamdem ſententiam concentrunt Menoch. conſ. 124 in 2. vol. & allegati per Ceſalum conſ. 457. in 4. tamen verè hodie diſcerni non poteſt, quæ nam ſit magis cōmunis opinio, vt aduertit Ferdinandus Gargiateus in patrocinio 35. & poteſt videri ex hijs; quæ preallegati Ceſalus, Menoch. & Panciarolus conſ. 170. referunt. Et quicquid ſit de iure communi, in Regno ea eſt opinio recepta, ſaltem in feudalibus, vt proximitas vltimi attendatur, iuxta dictum Andreę in cap. 1. in fine de nat. ſucc. feud. & referunt inſignes Neapolitani Io. Angelus Piſanellus, & Frāciſcus Antonius Villanus in duobus reſponſis impreſſis poſt lectam Canneeij illc num. 12. & hic nu. 21. & dicunt Omnes in dict. cap. Si aliquem, & in Regno receptiſſimum eſt, & indubitatum. Et quod ad hanc interpretationē voluit teſtatorſe reddere conformem, vltra ea, quæ dicta ſunt, apparet ex illo alio capitulo teſtamenti, in quo voluit, quod alia bona hæreditaria, hercde vniuerſale morientę ſine filijs hæredibus de corpore, vadant ad proximiores, & aſtrictiores teſtatoris, per eamdem lineam, vnde bona proceſſerunt; ſecundum quæ verba non eſt dubium voluiſſe attendi proximitatem ipſius. Quò verò ad territorium dcla Montagna dela Donna, ſubiungit teſtator ſernetur iuxta diſpoſitionem dictam in ſuperioribus capitulis, nempe quod in eo ſeruetur ius ſtancorum, & nihil aliud meo iudicio voluit dicere, niſi quod in eo ſuccedatur eo modo, quo ſuccedi ſolet, & debet in hijs, in quibus in Regno habet locum ius francorum. Et licet in diſcutiendis, hijs quæ præallegati eximij Iure conſulti dixerunt, plurima alia, & magis ordinatè dici poſſent, tamen cum, vt dixi, mea intentio ſit hodie demonſtrare, vt ea, quæ ipſi deduxerunt, apud me ſatis dubia ſunt, & pro exoneratione meæ conſcientiæ, vt voti mei liberam reſolutionem dcm clienti; ſatis eſt hęc pauca, & tali modo conſideraſſe.

Tandem, & perplexitas, ac dubietas eorum, quæ ſupra dicta ſunt, fecerunt me ancipitem. Ad principale quæſitum an iſta D. Petrucia ſoror Ioſeph vltimi morientis, clientem poſſit inquietare in ſucceſſione iſtius territorij. Nam in ipſa quietationē facta inter eam, & dictum de Pecuro; pleniſſime renuntiauit omnia iura in huc territorio, & non fuit hæc renuntiatio generalis, aut talis, quæ aliquam habeat ambiguitatem, nam ipſa facta expreſſa mentione teſtamenti condam Io. Berlingerij, & certiorata, ac conſulta per non nullos iuriſperitos, & conſideratis omnibus, clariſſimis verbis, & expreſſiſſimis illius ſucceſſionē declaranit ſpectare adiſtū dc Pecuro, & quatenus ad eam ſpectaret, pleniſſimam fecit renuntiationem, & donationem irreuocabilem inter viuos, in initis clauſulis roboratam, vt in facto videre eſt; quæ omnia ex inde confirmata fuerunt ab eadem Domina in capitulis matrimonialibus contracto matrimonio cum
6 de Trigona. †Ex quibus cum conſtet ex clara ſcientia omnium premiſſorum, & probabiliter iſta D. ſcire potuit, qualis intentio fuerit ſuorum predeceſſorum, ipſi benè cōſultæ, & certioratæ, nun eſt dubium non dari regreſſum, ad quæ non ſemel, ſed pluries renuntiauit, vt per multa, quæ in propoſito conſiderari, & allegari poſſunt tradit Ruyn. conſ. 128. num. 6. 7. & 8. in 2. vol. & quem refert, & ſequitur D Menochius conſ. 124. num. 119. in 2. vol. Nec aduerſus hanc renuntiationem, & declarationem aliquid dici poteſt, niſi præſupponatur aliquod in facto, quod illam dubiam reddant, aut excludant. Ob id pro dicto de Lopecuro reſpondeo, & concludendū arbitror, ipſum quò ad territorium iſtud non poſſe ab iſta D. Petrucci a mulcſtari, & quò ad eam liberas ędes habere. Saluo tamen ſemper &c.

EPITOME.

Conſultatio Ioan. Ant. Cannetij Siculi, de qua mentionem facit D. Autor in præcedenti Conſ. vbi fęminas à quibuſcumque maſculis excludi tuetur. Proximitas in fideicommiſſis, teſtatoris, non vltimi morientis eſt attendenda Cap. Si aliquem, quo diſponitur proximitatem vltimi eſſe attendendam, vel ab inteſtato, vel in feudo cum qualitate hæreditaria, procedit.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ipſo iure tranſit in fideicommiſſarium purificata conditione.*
2 *Teſtator vocans filios, cenſetur etiam vocare filias, & ſi voluerit quod maſculi faminis præferantur, nõ per hoc cenſentur excluſæ fęmina, ſed vocatæ non exiſtentibus maſculis contra nu. 9. & 12.*
3 *Iure francorum ſ. viuere iubſit teſtator, cenſetur vocatus primogenitus, & fęminæ tamen ſunt vocatæ cum prerogatiua gradus, & quid in allodialibus nu. ſeq. & 5. contra nu. 16.*
4 *Maſculus præfertur fęminæ de iure francorum, quando eſt in eodem gradu cum fęmina, ſed non ſic in iſto caſu nu. 16.*
5 *Proximitas gradus attenditur in fideicommiſſis, & proximitas conſideratur reſpectu vltimi morientis, & nu. 20.*
6 *Mens magis eſt ſtanda in teſtamentis, quam verba.*
7 *Voluntas teſtatoris eſt attendenda, quamuis verba deficiant, vel contraria appareant*
8 *Maſculi ſoli conſeruant familiam, & agnationem. & non fęminæ.*
9 *Subſtitutione facta filio de filijs maſculis, etiam ſi deceſſerit cum nepote maſculo ex filio, dicitur purificata conditio.*
10 *Agnatio, & familia non conſeruatur niſi per diuitias.*
11 *Filiorum appellatione non veniunt fęminę.*
12 *Dictio, ita tamen, eſt reſtrictiua.*
13 *Fęminæ penitus cenſenturexcluſæ à ſucceſſione, ſi teſtator vocando maſculos dixerit ita tamen quod maſculi præferantur faminis, & nu. 16.*
14 *Primogenitus admittitur, ſi teſtator iubet quod viuatur iure francorum.*
15 *Maior natu ſi vocatur, non comprehenditur fęmina.*
17 *Fęminæ etiam ſi cenſeantur vocatæ quãdo vocatur primogenitus, cenſentur vocatæ prorſus deficientibus maſculis, etiam vlterioris gradus; ad contraria reſpondetur.*
18 *Teſtator ſi iubet vt viuatur iure francorũ an videatur conformare velle diſpoſitionem ſuam iuxta cap. Si aliquem.*
19 *In feudi ſucceſſione de conſuetudine feudorum dum ſupereſt maſculus, non admittitur fęmina, etiam potioris gradus.*
20 *Proximitas gradus debet attendi reſpectu teſtatoris in fideicommiſſis, & non vltimi morientis, & 21. & ſeq. latè contra Soccin. conſ. 259. in 2 vol nu. 21.*
21 *Teſtator vocan filios alicuius complexiue, intelligitur eos vocaſſe, & ad inuicem ſubſtituiſſe cum prærogatiua gradus, & maioris ætatis, ſi adiecit clauſulam iuris francorum.*
22 *Doctoris authoritas non adducenda quando punctum non examinat.*
23 *Proximitas illius, cui ſuccedit, attenditur in ſucceſſione feudi hæreditarij, tamen in feudo pacti, & prouidentiæ Principis, quando non habet annexam qualitatem hæreditariam, attenditur proximitas primi acquirentis.*
24 *In fideicommiſſo non attenditur qualitas hæreditaria, quia ſuccedit teſtatori.*
25 *Doctoris authoritas non eſt neceſſaria, ſed probabilis, & non ei credendum, quando non apparent eius ſcripta.*
26 *Cap Si aliquem, procedit in feudo cum qualitate hæreditaria, ibi, defuncto proximior ſuccedat.*

CONSIL. XXV.

ISO teſtamento Ioãnis Berlingerij de Pecuro in eo capite, in quo diſponit de territorio nominato la Mõtagna de la Donna, & conſiderato eo, de quo quæritur, videtur prima

ma facie reſpondendum, ſeruari debere diſpoſitionem Franciſci de Pecuro, qui inſtituit heredem Ioſeph Hieronymum eius filium, & voluit, quod ſi dictus hęres decederet ſine filijs de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſuccedat in dicto territorio altera ex filiabus ipſius Franciſci ſoror dicti Ioſeph, vel ea, quæ reperitur in capillo, vel primogenita: cum ergo iſte caſus ſit decius per diſpoſitionem dicti Franciſci teſtatoris, non eſt vlterius querendum; quam diſpoſitio teſtatoris lex eſt efficaciſſima, pro vt dicit Imperator Iuſtinianus i Auth. de nupt. §. diſponat. Nec obſtat ſi dicatur, quod dictus Franciſcus non potuit ſic diſponere, quia per Ioannem Berlingerium eius auum fuerit diſpoſitum de dicto territorio in filios maſculos Antonini de Pecuro eius filij, quos maſculos volnit preferre feminis; & ſic dictas ſeminas exclusit exiſtentibus maſculis. & ſuperſit maſculus ex Antonio Petrus ſecundogenitus ipſius Antonij, ideo quod nõ potuit franciſcus diſponere in prçiudicium fideicommiſſi: nam † ſtatim purificata condictione fideicommiſſi, dominum dicti territorij fuit translatum in ipſum Petrum filium maſculum Antonini l. 3. §. ſi ſub. condictione C. commun. de leg. & ibi Doct. meritò poſſet dici, quód diſpoſitio dicti Franciſci de dicto territorio non teneat in prçiudicium dicti Petri vocati ex diſpoſitione Ioannis Berlingerij primi teſtatoris. Nam poteſt reſponderi, qnod procederet illud, quod obijcitur, quãdo ſimpliciter eſſent vocari maſculi ex dicto Antonio de Pecuro, excluſis peul- 2 tus ſeminis; † nã teſtator vocat filios Antonini, & vocando filios cenſetur etiaam vocare filias, cum appellatione filiorum & filiæ contineantur, vt probat rex. in l. quiſquis ff. de verb. ſign. quamuis iniſto caſu voluerit teſtator quod maſculi præferãtur ſæminis, attamen ex hijs verbis non cenſeutur excluſæ ſeminæ, ſed vocatę nõ exiſtentibus maſculis, vt decidit Socc. in cõſ. 3 19. col. 3. vol. 1. & † eum fuerit dictum per teſtatorem, quod viuatur iure francorum, & ſic ſit vocatus primogenitus per ea, quæ ſcribit Andr. in cap. 1. §. preterea ducatus, & ibi Doct. de prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud. & fæminæ pariter ſint vocatæ, cenſeniur vocatæ cum prerogatiua gradus: † 4 ideo quod tunc maſculus preferatur fæminæ, quando ſunt in eodem gradu, & non aliter, vt determinat Bald. in conſ. 275. incipien. pro regula col. 3. vol. 2. quem refert & ſequitur Tiraquell. in tract. primogenit. quæſt. 10. num. 15. & in Regno eſt hoc deciſum per cap. Si aliquem. ſecundum communem interpretationem, quod maſculus præferatur vbi viuitur iure francorum, fæminæ exiſtenti in eodem gradu, & ſcribit Andr. in cap. 1. de eo, qui ſib. & hered. ſuis, & ibi Aſſlict. & ſcribit latiſſimè Cardinal. Pariſ. in conſ. 21. vol. 1. Cum ergo ſoror Ioſeph, vltimi morientis, ſit potior in gradu ipſi Petro, nam ipſa eſt ſoror vltimi moriẽtis, quæ eſt in ſecundo gradu, §. ſecundo inſtit. de gradib. & Petrus ſit patruus dicti Ioſeph vltimi morientis, & ſic in 3. gradu meritò nõ poteſt excludi, nec debet ac ipſo Petro, quia eſt in tertio grado §. 3, gra- 5 du inſtit. de gradib. † Nam in fideicõmiſſis proximitas gradus attenditur l. pero § frater. l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. Et proximitas conſideratur reſpectu vltimi morientis, vt probat tex. d. cap. Si aliquem. Et maioratus, & ſcuda, quæ deferuntur ad vnum, & ſic ad primogenitum, equiparantur, vt pet Socein in cõſ. 47. vol. 3. & p Didac. couuar. in lib. 3. var. reſolut. cap. 5. ſub. n. 25. meritò diſpoſitio dicti cap. Si aliquem, procedit etiam in iure frãcorũ appoſito ſuper allodialibus Et tamẽ de iure cõmuni hoc etiam firmat Soccin. in l. ſi cognatis ff. de reb. dub & in conſ. 86. vol. 3. & in conſ. 83, vol. 4. quem ſequitur Cur. Iun. conſ. 125. Gozad. in conſ. 4. Beltrand. Ruyn. & Anton. Rub. in locis citatis per Tiraquell. in tractat. de tetract. §. 11. nu. 106. Alciat. in l pronunciato §. familiæ, ff. de verb. ſignif. Soccin. Iun. conſ. 116. n. 6. & conſ. 133. nu. 27. & conſ. 135. num. 11. vol. 1. Ideo ſtante iſta opinione pro vera, cum dicta ſoror dicti Ioſeph. vltimi moriẽtis, ſit ꝓximior ipſi Petro, mẽrito ipſe potius ab ea excludit p prędicta.

Attamen prædictis non obſtantibus, contraria ſententia de iure videtur eſſe vera; quod dictus Petrus ſecundogenitus Antonini cenſeatur vocatus ex teſtamento Ioannis Berlingerij; & quod excludat, & prçferatur ſororibus dicti Ioſeph vltimi decedentis: nam in ſubſtitutionibus, & 6 teſtamentis magis ſpectatur † mens, & voluntas teſtatoris, quàm verba. Probatur enim hoc primum in leg. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. vbi ſcribitur neptem prima quidem facie propter conditionis verba admicti non videri, cum in fidei commiſſis voluntatem ſpectari conueniat.

Probat etiam tex. in l. in condi&tionibus ff. de condi&t. & demonſtrat. vbi ſcribit Vlpian. Iuriſconſultus. In condi&tionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, & ſexcentas ferè leges ad hoc allegat Tiraquell. more ſuo in tepet. l. ſi vnquam §. libertis oum. 42. C. de reuocand. donatioob. in quo loco etiam adducit plures authoritates more ſuo Doctor. hoc tenentium, & probantium.

Hinc reſpondet Ial. in conſil. 108. col. tertia volum. 4. quod † voluntas teſtatoris 7
ſeruanda potius eſt, quamuis verba deficiant, vel contraria appareant; ideo quod primo loco præſcrutanda eſt voluntas ipſius Ioannis Berlingerij primi teſtatotis; quid voluerit; nam in ea voluntate præſcrutanda, eſt adhibenda omnis diligentia, ſicut ſolet omnem diligentiam adhibere venator, dum præſcrutatur leporem, vt dicebat Bald. in leg. precibus C. de impuber. & alijs ſubſtit. quem paſſim ad hoc citant Doctor.

Et ſi oculo recto diſpicere volumus, quid voluerit dictus Ioannes Berlingerius in dicto capit. ſubſtitutioois, nemo ſani capitis dicet aliud voluiſſe, niſi dictum territorium, per ſe acquiſitum, peruenire ad ſuos deſcendentes maſculos, & non ad fœminas: 8
nam † per maſculos ſolos conſeruatur dignitas familiæ, & domus, & agnationis, vt probatur inſtit. de legit. aguat. ſucceſſ. §. cæterum. Quę dignitas, & agnatio non conſeruatur per fœminam, quę eſt caput, & finis alterius, leg. pronuntiatio §. familiæ, ff. de verbor. ſignificat.

Et ideo dicebat Ioan. Andr. in addi&. ad Speculator. in Rub. de teſtam in fine, † quod 9
ſi quis inſtituit filium, & deinde ſubſtituit, quod ſi deceſſerit ſine filijs maſculis; quod cenſeatur purificata condi&io fideicommiſſi, etiam ſi deceſſerit cum nepote maſculo ex filio, quia vocatio maſculorum cenſetur facta cauſa conſeruandę agnationis: Et di&am do&rioam Ioan. Andr. refert, & ſequitur Matthęus de Matheſilan. in notab. 129. vbi dicit pro illa opinione conſulniſſe multos Doctores: Eamdem do&rinam refert, & ſequitur Soccin. in leg. gallus, §. nunc de lege column. pen. & finali, ff. de liber. & poſthum. & Pariſ. qui alios refert in conſilio 72. num. 27. volum. 4. vbi multa bona dicit ad propoſitum hunc. Cum ergo di&us Ioannis Berlingerius vocauerit maſculos deſcendentes ex Antonino maſculo, non videtur ob aliam cauſam vocaſſe maſculos, & eos prętuliſſe fœminis, niſi vt per 10
eos ſeruaretur agnatio, † & nomen familię quæ non conſeruatur honeſtè, niſi per diuitias, vt ſcribit Barthol. in leg. prima, C. de dignit. lib. 12. & in ſpecie hoc firmat Didacus Couarruuias in lib. 3. variar. reſolut. ca. 5. ſub num. 5. & iſta coniectura eſt à lege approbata, quę efficaciter probatur in leg. prima, §. ſed ſi ſeruus, ibi, Vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit ff. de ventr. inſpic. quod etiam approbant prędicti Doctores. Adeo quod iſta coniectura habetur pro pleniſſima probatioone, vt eſt tex. in leg. licet imperator, vbi Doctores, ff. de legat. primo. Merito dictus Petrus cenſetur ipſe vocatus, excluſis filiabus Franciſci, cum hęc fuerit mens vera ipſius teſtatoris; nam ſi ſpecificè fuiſſet de hoc caſu interrogatus, ſic reſpondiſſet; adeo quod debeat haberi pro expreſſo, vt voluit Gloſ. ſingularis, quam ſequuntur ibi communiter Doctores, & vbique de ea faciunt mentionem in leg. tale pactum §. fin al. ff. de pact. Et ſortius in illo caſu; nam verba non repugnant voluntati: immo ſuffragantur ei; nam in teſtamento dicitur quod dictum territorium debeat eſſe ipſius Antonini, & filiorum ſuorum, ita tamen quod maſculi fœminis 11
pręferantur: † & clarum eſt quod appellatione filiorum non veniunt fœminę, vt probatur in leg. quiſquis ſecundum Labeonis ſententiam ff. de verbor. ſignificat. & quamuis Proculus ſentiat contra Labeonem, attamen non conſiderauit ipſe Proculus proprietatem verborum, ſed mentem teſtantis, vt ſcribit Iabolenus in di&. leg quiſquis: ideoque niſi appareat de voluntate teſtantis, ſequenda eſſet Labeonis ſententia de proprietate verborum, vt ſentit Alciatus in dicta leg. quiſquis.

Cũ ergo teſtator in hoc caſu exiſtẽtibus maſculis excluſerit fœminas, & ſic conſtat de eius voluntate, meritò appellatione filiorum non veniunt fœminę; nam quamuis ex coniecturata mente teſtantis appellatione filiorum poſſent comprehendi fœminæ, attamen talem coniecturam excluſit teſtator per illa verba, Ita tamen quod maſculi pręferantur fœminis; nam illa di- 12
&io, † ita tamen, eſt di&io reſtri&iua vt probat tex. in l. Lucius § quę habeat ff. ad Trebell. & ſcribit Grauett. conſ. 25. ou. 13
26. † quibus verbis cenſentur fœminę penitus excluſę, vt ſcribit Soccin in conſil. 19. col. 2. vol. primo. Ideoque appareret tum ex verbis teſtamenti, ex quibus de-

deprehenditur voluntas teſtatoris l. labeo ff. de ſupell. legat. cum ex coniecturata mente teſtatoris; dictum Petrum maſculum eſſe vocatum, penitus excluſis fœminis, per ea, quę dicta ſunt, quę com-
14 probantur. † Nam voluit teſtator quod quò ad dictum territorium viuatur iure francorum, quod nihil aliud eſt, niſi quod admittatur primogenitus, vt voluit Andr. in cap. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Fider. & in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. & ſcribit Aſſict. in conſtitut. ſpeciale.
15 † Ideoque cum vocatur maior natu non comprehenditur fœmina, vt ſcribit Ioann. Cirier. in tractat. de primogen. in 19. queſt. cum ſequentib. in primo libro, & latiſſime Cardin. Patiſ. in conſil. 72. volum. 4. Tiraquell. in tractat. primogenit. quæſt. 10. num. 24. & Didac. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 5. ſub num. 5. Ideoque apparet ex his dictum Petrum eſſe vocatum & præferri debere eius nepti ex fratre; quæ opinio fortificabitur ex reſponſionibus ad obiecta in contrarium.

Non obſtat primum, quod obijciebatur de teſtamento Franciſci vocantis eius filias, caſu quo decederet Ioſeph ſine liberis, quia diſpoſitio dicti Franciſci non potuit præiudicare dicto Petro vocato ſub conditione: nam purificata conditione, hoc eſt decedente Ioſeph ſine filijs maſculis, dominium dicti territorij fuit tranſlatum in ipſum Petrum, & quelibet diſpoſitio ſuper eo facta reuocatur in itritum, ac ſi à principio facta non fuiſſet, vt ſcribit Imperator in dict. l. 3. §. ſi ſub condictione C. commun. de le-
16 gat. † Et quatenus dicebatur quod dictæ fœminę cenſebantur vocatę, & quatenus maſculus præferri debeat eis, hoc deberet intelligi ſi eſſent in eodem gradu, per ea, quę ſcribit Bald. in dicto conſ. 275. quod pro regula, vol. 2. pro vt tenent omnes ſuper cap. Si aliquem, Quia hæc non procedunt in iſto caſu; nam verum eſt, quod attenta primeua natura ipſius clauſulæ iuris francorum, nunquam vocabatur fœmina, dum ſupereſſet maſculus, vt dicunt Doctor. præcitati, ſcilicet Ioan. Cirier. in dicto tractat. de primogenit. & Pariſ. in dict. conſ. 72. & alij ſuperius citati, comprobat Bald. in l.
17 multis ff. de ſtat. homin. † quinimo de iſto, quando uocatur primogenitus, & ſi cenſeantur vocatæ etiam fœminæ, cenſentur etiam tunc fœminæ vocatæ deficientibus prorſus maſculis, etiam vlterioris gradus, vt determinat Didac. Couarr. in dict. lib. 3. var. reſol. cap. 1. ver. 5. feuda, & maioratus; & hoc ratione ſimilitudinis, quæ eſt inter feuda, & maioratus: nam in feudis eſt tex. in cap primo, de eo qui ſibi, & hæred. ſuis; Meritò in iſto caſu dum ſupereſt maſculus, non ſuccedit fœmina. Et illud, quod dicit Bald. in dict. conſil. 275. volum. 2. procedit in caſu, in quo loquitur, ſcilicet quando ex conſuetudine feudum defertur primogenito, tam maſculo, quàm fœminæ: nam tunc attenditur prærogatiua gradus: ſic loquitur Bald. ſic eum refert. & ſequitur Tiraquell. in dicto tractat. primogenit. ſic procedit etiam deciſio Andr. in dict. cap. primo de eo, qui ſibi, & hæredib. ſuis: ſic procedit capit. Si aliquem, quia illa conſtitutio defert ſucceſſionem maſculo, & fœminæ, viuentibus iure francorum: & expreſſè dicit de prærogatiua gradus, quę ſi non diceret, non obtineret, per ea, quæ ſcribit Gugliel. de Perno in conſil. 19. Et in iſto caſu dictum ius francorum non eſt inductum lege, vel conſuetudine, ſed per ipſum teſtatorem, qui voluit per maſculos conſeruare agnationem, & familiam, & domus dignitatem, per ea, quæ dicta ſunt, & probata ſupra. Meritò ſi non ſupereſt maſculus per quem poſſit conſeruari agna-
18 tio, non eſt locus fœminæ. † Et quamuis teſtator videatur conformare ſuam voluntatem, & diſpoſitionem in his ſecundum modum ſucceſſionis ab inteſtato, vt probatur in l. heredes mei §. cum ita, vbi Bart. & Doct. ff. ad Trebell. & ſic cenſetur teſtator voluiſſe conformare ſuam diſpoſitionem ſecundum modum ſuccedendi traditum à cap. Si aliquem, in viuentibus iure francorum. Nihilominus ad hoc duppliciter reſpondetur primo, quod illud verum eſt quotieſcumque illud, quod ſtatuitur, ſit ſtatutum vniuerſale, & non ſpeciale in feudis; nam tunc diſponens nõ cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione talis ſtatuti, loquentis in caſu particulari reſtricto, & exorbitanti; hoc determinat Bart. loquens in terminis iſtis de ſtatutis, diſponentibus de feudis in l. vt iuſiurandi, §. quod ſi liberi, ff. de oper. libert. & Bart. ſequuntur omnes. Cum ergo

go diſpoſitio cap. ſi aliquem, loquatur in feudis in viuentibus iure francorum, non videtur teſtator ſe conformaſſe illi diſpoſitioni, ſic reſtricte, & exorbitanti, ſed potius ſe conformaſſe cum vero intellectu clauſulæ iuris francorum, per quem vocatur maſculus primogenitus ad conſeruationem agnationis, dignitatisque domus, excluſis feminis; per ea, quæ dicta ſunt. Secundo reſpondetur quod cenſetur teſtator velle ſe conformare ſecundum particulare ſtatutum regionis in ſucceſſioattamen ſi apparet de coniectura in contrarium, ab hac præſumptione receditur, per ea, quæ ſcribunt Imol. & Angel. in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell quos refert, & in hoc ſequitur Soccin. in conſ. 90. vol. 1. dum dicunt, quod teſtator videtur potius conſideraſſe conſeruationem, vel honorem domus ſuæ, vel dignitatem, quam ſe conformaſſe diſpoſitioni ſtatutarię. Cum ergo ſi cenſeatur dictum teſtatorem ſe cõformaſſe diſpoſitioni dict. cap. Si aliquem, in ſucceſſione, quod fœmina potioris gradus excluderet maſculum inferioris gradus, iam non conſeruaret ſuam famiſiam, & agnationem, & dignitatem, quæ per fœminam non conſeruantur, potius videtur ſuam diſpoſitionẽ cõformaſſe illi diſpoſitioni conſuetudinis communis
19 feudorum, † quod dum ſupereſt maſculus fœminæ non ſuccedunt, etiam in potiori gradu iuxta text. in d. cap. 1. de eo, qui ſib. & heredibus ſuis; & hoc per dictam doctrinam Angel. & Imol. relatam per Soccin. in dict. conſ. 90. nam ex iſto intellectu cenſetur teſtator voluiſſe conſeruare bona in agnatione, pro vt de iure præſumitur per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Et iſta procedunt ſine ſcrupulo recte intuenti: attamen ſi quis attentaret, & vrgeret etiam de diſparitate gradus, adhuc dictus Petrus eſt potior in gradu, quàm filię dic-
20 ti Francifci: † nam per fideicommiſſum ſuccedit ur teſtatori l. coheredi §. cum filiæ ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. igitur proximitas gradus debet attendi reſpectu teſtatoris inuitantis ad fideicommiſſum, quod admiſſo iam apparet ipſum Petrũ eſſe potiorem in gradu filiabus dicti Fracifci vltimi decedentis: nam dictus petrus eſt nepos aui ſui teſtantis, & ſic in ſecundo gradu l. 1. §. 2. gradu ff. de gradibus; & filię Francifci ſunt pronepotes proaui teſtatis, quę ſunt in 3. gradu, vt patet in d. l. 1. §. 3. gradu ff. de gradibus, meritò & tanquam maſculus, & tamquam potior in gradu cenſetur ipſe Petrus inuitatus ad dictũ fideicommiſſum. Et quod debeat attendi proximitas ipſius teſtantis, non vltimi mo-
21 rientis, probatur hoc modo: † nam vocans dictus teſtator, & filios Antonini, complexiuè intelligitur eos vocaſſe, & ad inuicem ſubſtituiſſe, & cum prærogatiua gradus, & maioris ætatis; ex quo adnectit clauſulam iuris francorum. Et quod cenſeantur vocati cũ prærogatiua gradus, probat tex. in li peto §. fratre ff. de legat. 2. & in l. cum ita §. in fideicommiſſo eod. titul. & tex. in l. fin. in verb. gradalim vbi Paulus de Caſtr. & Iaſ. C. de verborum ſignif. Ideoque ad dictum fideicõmiſſum territorij dila Montagna de la Donna cenſetur, vocatus proximior maſculus, & maior natu. Et in hoc non eſt difficultas, nec controuerſia; ſed controuerſia ſtat cuius proximitas attẽdatur an teſtatoris, vel vltimi morientis: attamen proculdubio cenſendum eſt de iure ſpectari proximitatem teſtatoris: nam efficaciter hoc probat tex. in dict. l. peto §. fratre ff. de legat. 2. & in quo §. acutiſſimus Papinianus interpretatur in hac ſpecie mentem teſtatoris, vt cenſeatur inuitaſſe proximum quemque. Cum ergo interpretatur diſpoſitionem teſtatoris, qui cenſetur vocaſſe proximum quemque, non poteſt intelligi de proximo alterius, niſi de proximo ipſius teſtatoris, cuius mentem interpretabatur Iuriſconſultus, & de cuius ſucceſſione tractabatur: nam per fideicommiſſum teſtatori ſucceditur, dict. l. cohæred. §. cum filiæ ff. de vul. & pupill. ſubſt. Et per abſurdum eſſet Intelligere de proximitate alterius perſonæ extrinſece, cum perſona extrinſeca in qualibet diſpoſitione non intelligatur, niſi expreſsè dicatur l. continuus §. Griſogonus, vbi Doct. ff. de verb. obligat. Ideoque ille text. meritabiliter probat hanc opinionem, quam opinionem etiam probat tex. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. quamuis illum tex. Socc. detorqueat pro ſua opinione. Dicit enim Iuriſconſultus in d. §. in fideicommiſſo, quòd fideicommiſſum, relictum familiæ, cenſentur ptius inuitati illi, qui nominati ſunt; quibus extinctis, cenſentur inuitati qui ex nomine, & familia defuncti ſunt: notanda, & ponderanda ſunt verba tex. nam dum dicit de nomine, & familia defunctis; ne quis alius ſonnolentus forſan intelligeret de alia familia, quàm teſtatoris, ſubdit poſtea

ſtea Iuriſconſultus, Et qui ex hijs proximo gradu procreati ſunt. Ideoq; cum cenſeantur inuitati illi de nomine, & familia teſtatoris, & qui ex his, qui proximo gradu procreati ſunt, non poteſt rectè intelligi, niſi quod ſicuti cenſentur inuitati illi, qui ſunt de nomine, & familia teſtatoris, & defuncti; ſic cenſentur inuitati illi, qui ſunt nati ab eis proximo gradu, ſcilicet teſtatoris; eum ſemper loquutus fuerit Iuriſconſultus de nomine, & familia defuncti, de ipſo defuncto. Et eſſet abſurdum, dum loquitur de his, qui procreati ſunt ab eis proximo gradu, ſi intelligeretur de gradu alterius prorſus extranei contra tex. in d. l. continuus §. Griſogonus, ff. de verborum oblig. nam Iuriſconſultus in d §. in fideicommiſſo, enim prius ante dixerat, quod cenſentur inuitati, qui ſunt ex nomine defuncti, qui non cenſentur alij, niſi qui ſunt ex eius familia, & quia non omnes admittuntur ad fideicommiſſum, niſi qui ſunt in gradu proximiori, vt dicit tex. in d. §. fratre. Volens ergo Iuriſconſultus in d. §. in fideicommiſſo eamdem doctrinam ſcribere, ſubdit, Et qui ex his proximo gradu procreati ſunt; quaſi dicat non omnes, qui ſunt ex nomine defuncti, cenſentur vocati, & inuitati ad fideicommiſſum; ſed qui proximo gradu procreati ſunt. Meritò non poteſt intelligi niſi de his, qui procreati ſunt proximo gradu ipſius teſtatoris, de quo teſtatore loquitur Iuriſconſultus, & non de alio iuxta tex. in d. §. Griſogonus. Ideoq; rectè intuenti pater quod in dictis §. fratre, & §. in fideicõmiſſo deciditur iſte caſus, quod proximitas attenditur reſpectu ipſius teſtatoris, de cuius ſucceſſione tractatur. Quod comprobatur ex doctrina Bart. in l. Lucius in fine ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in quo loco Bart. contra Din. decidit, quod ſi teſtator relinquit filios ex prima, & ſecunda vxore, & eos inſtituat, & ſubſtituat vulgariter, decidit ipſe quod ſi vnus repudiauerit hereditatem, omnes admittuntur ex vulgari, quia reſpectu teſtatoris omnes ſũt filij equaliter; & cum per vulgarem ei ſuccedatur, conſideratur proximitas, & affectio ipſius teſtatoris, & non vltimi morientis: quæ opinio tenetur, vt patet ibi ex Alex. Caſtrenſ. Roger. Iaſ. & Rip. quæ doctrina decidit iſtum caſum, quam opinionem Socc. in d. conſ. 259. vol. 3. non valens recta ratione declinare, dicit eam procedere tantum in vulgari ſubſtitutione; nõ aduertens quod tota vis rationis Bart. & ſequacium, & illorum, qui eum ſequuntur, ſtat quod per vulgarem ſuccedit teſtatori; & ideo conſideratur proximitas, & affectio ipſius teſtatoris, de cuius hæreditate tractatur: quæ ratio militat in ſubſtitutione fideicommiſſaria; cum per eam ſuccedatur teſtatori d. l. cohæredi S. cum filiæ ff. de vulgat. & pupillar. ſubſtit. & ideo in hoc equiparantur vulgaris, & fideicommiſſaria, vt ſcribit Deciusconſ. 154. & Alciat. in d. l. cohæredes §. qui diſcretas, ff de vulgar. & pupillar. ſubſtit. Iſtam opinionem primo tenuit Bart. in l. heredes mei §. cum ita, & ita refert ibi Soccin. ff. ad Trebell. & in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & hoc per tex. in d. §. fratre; & idem tenet ipſe Bart. in d §. fratre, in quo loco refert Din. Petrum & alios ita tenere, & Bart. & alios refert, & ſequitur Iaſ. conſ. 215. vol. 2. & conſ. 54 vol. 4. vbi allegat etiam nunc patim, ſcilicet, tenere hanc opinionem, & in ſpecie reprehendit Soccin. in d l ſi cognatis ff. de rebus dub aſſerens. Bald addnctum per Socc in. non tenere contra Bart. & opinionem Bart. contra Soccin. latiſſime tenet & defendit Ioan. Crot. in repet. l. ſi filiusfamilias § diui ff. de legat. 2. vbi atteſtatur eſſe opinionem communem; & eamdem opinionem referens Ioan. Ctot. tenet Ferdinandus Loazes in § diui, & ibidem Ripa. nu. 23 & idem Ripa in l. ex facto in princ. ff. ad Trebell. eamdem opinionem tenet Carol. Ruyn. ſibimet contrarius in cõſ. 142. viſo, & perfecto col penultim. vol. 3. vbi maiori diligẽtia loquutus eſt, quàm in alijs conſilijs. Et hanc opinionem tenet Anton. Rub. in repet. § quidam rectè l. gallus ff. de liber. & poſth. vbi examinat iſtam quæſtionem à num. 14. cum ſequentibus; tandem confirmat, & reſpondet omnibus obiectis Soccin. et eius argumentis optimè ſoluens, vbi atteſtatur hanc opinionem eſſe communem, eamdem opinionem ſequitur Fabius Accorob. in repet. § hæredes mei. §. eum ita ff. ad Trebell. Ergo apparet iſtam opinionem eſſe veram, et magis cõmunem merito ab ea in iudicando, et conſulendo non eſt recedendũ, vt ſcribunt Ioan. Andr. et Doct. in cap. 1. de conſtit. Et quod ſit magis vera apparebit ex reſpõſionibus ad argutias Soccin. nam cæteri eum ſimpliciter ſequuntur; eo deuicto deuincuntur omnes. Et quamuis præfatus Anton. Rub. reſpondeat, nõ tamen grauabor eius obiectis, & argutijs reſpondere. Et primo mouetur Socc. in d. l. ſi cognatus col. fin.

nu.

nu.4. ff.de rebus dub. ex doctrina Bart. in l.re cõiuncti in 3.quæſt. vlt. par. ff.de legat. 3.vbi defendendo Din.tenet,quod in ſucceſſione, & ſubſtitutione pupillari fratres vterinq; coniuncti præferuntur, quia agitur de ſucceſſione pupilli,capienda de manu pupilli: ex qua deciſione infert ad caſum noſtrum:attamen conſequentia eſt à remotis; nam tota ratio Bart. ſtat, & figit pedem in eo,quia per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo, & per ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſucceditur teſtatori d.l. coheredi §.cum filiæ, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. & ideo eſt equiparanda potius vulgari,quàm pupillari,in qua ſubſtitutione vulgari Bart. in loco prę citato, & in l. Lucius ff. de vulgar. & pupillar.ſubſtit. tenet quod ex quo per eam ſucceditur teſtatori, quod perſonarũ proximitas teſtatoris attenditur, ideoque argumentum Soccin.imo potius cauillum, eſt elumbe, & redolet elencum, cum eius conſequentia non ducatur ex veris, & probabilibus cauſis; cum inferat ex diuerſis diuerſam habentibus rationem;meritò non ſit bona illatio l. Papinianus exuli ff. de negot. geſt. Quinimo opinio Bart. non eſt vera, etiam in pupillari ſubſtitutione;nam contra Bart. tenet ſubtilis Aretin. in d. l. cohæredi §.qui diſcretas C. de vulgar.& pupillar. ſubſtit. & ibidem ſequitur Alciat & contra Bart. tenent etiam Ioan. Crot. & Lancilott. Polit. in repet. d. l. reconiuncti & Ripa in d.l.Lucius infinalibus verbis, & Anton. Rub. & in repet. d. §. quidam rectè ſub num.78. Ideo nec conſiſteret argumẽtũ ſoccin. ex dicta doctrina Bart. cum plures habet contradictores, quamuis hoc nõ ſit neceſſarium in hoc caſu diſcutere. Secundo mouetur Socc. ex text.in d.l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat.2.quẽ tex. quamuis ipſe torqueat, & retorqueat, non probat tamen intentionem ſuam;ſed potius contrariam, vt ſupra demonſtraui, quod non eſt hic repetendũ. Tertio mouetur ex deciſione Gloſ. in d. §. in fideicommiſſo, quæ nil facit, nam, & ſi vera eſſet opinio Gloſ.eo modo, quo intelligit Imol. eam, nil faceret ad iſtum caſum: nam quæſtio Gloſ. eſt, num filius ingrediatur locum patris in fideicommiſſo; quæ quæſtio Gloſ. nil de illo, de quo tractat Soccin. Preterea contra Gloſ. intellectam ab Imol. eo modo, tenet Decius in conſ. 1.vbi teſtatur contra Gloſ. eſſe communem opinionem, & eamdem teſtatur communem opinionem Anton. Rub.conſ. 36. Crot.in conſ. 39. inter conſilia Anton. Rub. Quarto mouetur authoritate Pauli de Caſt. in d. §. in fideicommiſſo,ſed ſi rectè ponderentur verba Paul. tàm in principio, quam in vltima col. ibidem videtur potius tenere contra Soccin. quam ei ſa-
22 uere: & nihilominus † non eſt adducenda authoritas Doctoris, qui non examinat pũctum principale illius quæſtionis; vt ſcribit Cum conſ 101. & Abb. in cap. bone de poſtul. prælato. & Socc. nepos in cõſ. 1. ante penult. col.vol.1. Et pariformiter reſpõdetur his, quę adducit ex Imol. & Paul. de Caſtro in d. §. hæredes mei ff. ad Trebell. quamuis nil dicat, quod iuuet opinionem Soccin. & Iegantur, & perlegantur. Quinto ponderant Gloſ. in d. §. in fideicõmiſſo, quam aſſerit communiter approbatam, qnæ voluit ſecundum eum, quod fideicommiſſum reguletur ſecundum naturam ſucceſſionis ab inteſtato; ideo ſicut in ſucceſſione ab inteſtato attenditur proximitas vltima, ita & in fideicommiſſo. Quia primo negatur, quod illa Gloſ.ſit cõmuniter approbata, quia immo communiter reprobatur,vt patet ex Decio in conſilio primo, & ex alijs ſuperius citatis. Secundo negatur quod Gloſ.dicat illud, quod eã aſſerit, dicere Soccin. nam ſolũ dicit,quod in fideicommiſſo filius ſubintrat in gradum patris, & non dicit quod quando ſucceditur teſtatori per ſubintrationem fideicommiſſariam,ſeruetur ordo ſucceſſionis abinteſtato; quia eſſet contra doctrinam Bart. communiter approbatam in l. Lucius in fin. ff.de vulgar. & pupillar. ſubſtit. ſuperius citatam; nam pro vt dicit Ripa in de l. Lucius in fine poſt Docto. quos allegat, quod in ſubſtitutionibus ſucceditur ſecundum volũtatem, & affectionem teſtatoris, & non ordine dato à lege, Cum ergo per fideicommiſſum cẽſeatur inuitatus proximus quiſque d. l. pero §. fratre, non poteſt intelligi de alio proximiori, niſi ipſius teſtatoris, vt ſupra dictum eſt, & ſcribunt etiam Bart. Imol. Alex. & Ripa in l. ex facto in principio ff. ad Trebell. ideoq; iſtud argumentum eſt futilius cæteris, Sexto
23 mouetur ex text. in cap. 1. de natur.ſucceſſ. feud. & ibi Andreas: nam † reſpondetur Primo quod ille tex. procedit in feudo hæreditario, in quo attenditur proximitas reſpectu eius, cui ſucceditur, ſecus in feudo pacti,& prouidentię Principis, quãdo nõ requiritur qualitas hęreditaria; quia

tunc

tunc attenditur proximitas reſpectu primi acquirentis, cui ſuccedit, vt proſequitur Anton. Rub. in conſ. 85. & latius Tiraqu.
24 in tract. de retract. §. gloſ. 1. num. 9. † Cum ergo in fideicommiſſo non requiratur qualitas hæreditaria, vt probat tex. in l. filius §. ſi pater. ff. de legat. 1. Imo expreſſe cauetur quod ſuccedit ur ipſi teſtatori, meritò tex. in d. cap. 1. nihil facit Et quatenus Andr. in d. cap. 1. allegat tex. in d. §. in fideicommiſſo, & tex. in l. final. C. de verb. ſignif. non adducit illa iura ad queſtionem de proximore vltimi decedentis, ſed reſpectu linearum, de quibus loquitur tex. in d. §. in fideicommiſſo. Preterea Andr. declarat illum tex. in d. cap. 1. de natur. ſucc. feud. & non examinat iſtum caſum; meritò non eſt adducenda eius authoritas vt ſcripſi ex Cumano Abb. & ſocc. Iun. ſupra. Septimo adducebat deciſionẽ Paul. de Caſtro in d. conſil. non impreſſo qui
& Afflict. in conſt. Comitibus, idem Afflict. decis. 252. Petrus conſ. 11. col. fin. inſeudalibus, D. de Gregorio in eius tract. quem de hac re edidit quæſt. 2. Qua propter ſicuti alimenta, ita & vita, & militia morte finitur; nec illa ad hæredes tranſmiſibilis eſt, vt tradunt Doct. in prælegatis locis: morte nedum naturali, verum etiam & ciuili, pro vt clare tradit Afflictus in d. conſt. Comitibus in 4. quæſt. vbi tractans, an rebellis, qui habuit indulgentiam, poſſit habere vitam & militiam, concludit quod non; & inter alias rationes præſupponendo, quod rebellis ſit mortuus ciuiliter, † infert, quod debet perdere vitam & militiam, quia finitur illa morte, ne dum inquit, naturali, verum etiam, & ciuili; allegat notata in l. in ſulam ff. de verb. oblig. Et licet de inde differentiam ſtatuat inter rebellem, & monachum; nihilominus de alio monacho loquitur, vt in ſeruus ſtatim dicemus: Afflictum ergo in hoc mihi ſufficit allegaſſe, vt vita & militia morte ciuili finiatur; cuius opinio abſq; dubio procedet in his caſibus, quibus mors ciuilis eumdem effectum operatur, quem mors naturalis; tũc enim paſſim per Doctores æquiparatur. Paritas autem per Doctores conſideratur, quando per mortem ciuilem efficitur quis incapax rei debita, vel legatæ eodem modo, quo per mortem naturalem, ita tradunt pnctualiter omnes in cap. in preſentia de probat. & in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthum. cum alijs pleriſque locis vulgatis; Et non recedendo à terminis noſtris † in fratribus iſtis minoribus, qui religionem illam profitentur, quam Beatus Franciſcus nec in communi, nec in particulari aliquid voluit poſſidere, vt illi pro mortuis habeãtur quò ad omnes effectus, quos mors naturalis operaretur, voluit Abb. poſt antiquos in d. cap. in præſentia nn. mihi 44. cum ſeq. ibidem Dec. nu. 74. communem dixit Alex. conſ. 13. in 3. vol. & poſt eum Pariſius conſ. 65. in 2. vol. & nouiſſime doctiſſimus Couarr. in cap. 2. nu. 6. & 8. de teſtam. quibus in locis clariſſimè concludunt Doctores, diſpoſitionem collatam in tempus mortis habere effectum ſtatim per ingreſſum talis religionis; & ob id poterunt detrahi quartæ ab hæredibus, qui ab inteſtato ſuccederent, ac ſi verè mortuus naturaliter fuiſſet monachus, quotieſcumq; hæreditas fideicommiſſaria eſt reſtituenda, vt tradidit poſt alios Hieron. Grat. conſ. 68. col. fin. in 3. vol.

4 Nec prædictis aduerſatur, quod † monachus, quo adimet ad alimenta, nõ habetur pro mortuo, nam & iſtis fratribus minoribus poteſt legari ad alimenta, cum comedant, bibant, &c. tradit Bart. in l. ſeruos ad cuſtodiam ff. de alim. & cibar. leg. Afflict. in terminis in d. conſt. Comitibus in 3. & 4. quæſt. præſertim in ſui ratione, cũ non nullis ſimilibus. Quandoquidẽ, ſi Afflictus benè cõſideretur, decidit caſum iſtum potius pro nobis; Ponit enim ipſe quæſtionem in monacho Sancti Auguſtini, qui poteſt habere in communi bona, quinq; ſumit alimenta à monaſterio, qui quidem monachus non reputatur mortuus quò ad alimenta. Item vt monaſterio acquirat, vt tradunt Doct. in prælegatis locis: eſt enim mortuus inſpecta propria comoditate, nõ communi. Et ideo nedum alimenta, verum etiã & hæreditatem, imò vſufructum retinet, non quidem ipſe proprio nomine, ſed monaſterium, quod in communi poſſidere poteſt, vt tradunt cõmuniter Doctores in d. cap. in præſẽtia, & in Authẽnca ingreſſi, vbi Dec. col. fin. & Iaſ. nu. 48. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Ea ergo ratio Afflicti vt monachus comedat, &c. & ſic nõ ſit mortuus quò ad alimenta, procedit in caſu ſuo, vt prædictũ eſt: & differentia maxima eſt in caſu noſtro, vt mox dicemus. Nec inconſulto meo iudicio Afflictus in tali quæſtione de monacho illo diſputauit, cũ in monacho, de quo agimus, prorſus omnes rationes ceſſent, & deciſio pro nobis ſit clariſſima. Et à fundamentis tem iſtam exordiendo, illam cõclusionem de iure validã arbitror fore, † quod iſti fratres minores, etiam quò ad alimenta ſint incapaces, quoties tamen alimenta annuatim deberentur, etiam per modicũ tempus; ac etiam ſi modica eſſent quantitatis. Iſtud autem ſic non inconſulto dico, vt ſimul & ad obiecta contraria reſpondeam; & pariter in terminis noſtris clarã deciſionem obtendam. Bart. enim, vt ab eo inciam, in d. l. ſeruos ad cuſtodiam ff. de alim. & cib. leg. ponit, poſſe legari ad alimenta iſtis fratribus, & quidẽ verum dicit, & nos non negamus, quoties illud legatum ſemel deberetur; ſicuti enim & inter vinos poteſt eis dari pro eleemoſina, ita & in morte relinqui; & ita vere loquitur Bart. & forte alij allegari ex aduerſo loquuntur, quos adhuc videre non potui. At vbi legatũ alimentorum annum eſt, etiam ad modicum tempus, penitus ſunt incapaces, ita præciſè diſtinguẽdo tradit idem Bart. in l. legatum ff. de

ff. de cap. dim vult enim ibi legari poſſe aliquid pro alimentis illis fratribus, non tamen valetet legatum annuum, quod etiam ad alimenta eſſe interpretatur, præſertim pauperibus l. in ſingulos ff de ann. leg. l. cũ hij §. ſi cui ff. de tranſactio; & punctualiter iſta ratione in individuo tradit Bal. in Authent. ingreſſi n. 19. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. vbi concludit, iſtis fratribus nõ poſſe relinqui ad alimenta quolibet anno, nec etiam ſimplicitet aliquod legatum annuum, nam inquit, hęc paria ſunt; Et iſti Fratres Minores in tam arctiſſima paupertate ſunt conſtituti, vt etiã annuatim alimenta non poſſint capere, idem ſatis notabiliter voluit idẽ Bart. in tract. Minoricarum lib. 2. diſtin. 6. cap. 1. 2. & 3. quem teſert, & ſequitur, Duran. de art. tellan. cauthel. 11. nu. 3. & noniſſime Io. Cephal conſ. 98. nu. 3. vbi etiam poſt Fulgoſ. conſ. 103. dicit, idem procedere non obſtante qualibet conſuetudine, cũ illa eorũ voto repugnet. Quinimo quod plus eſt, quantumcumq; legatum annum valeret pro libris emendis, vel alia cauſa, tamen non valeret ſi eſſet pro victu, & alimentis, etiã ſi eſſet legatum annuũ modicę quantitatis, ita puntualiter tradit Dec. in d. cap. in præſentia nu. 79. de probat. & in terminis noſtris idem voluit Socc. Sen. conſ. 10. in 6. quæſt. nu. 16. in 1. vol. de quo infra etiam mentionem faciam.

Opinio ergo iſtorum, veluti maximę authoritatis, in propoſito eſt tenẽda, eo præſertim, cum non precisè neget iſtos fratres alimentorũ eſſe incapaces, ſed quoties illa annuatim eſſent habenda: & tanto magis, quia cõformis eſt regulæ, quam iſti fratres minores profitentur, qua expreſſè cauetur illos, nec quidem, quod per biduum poſſet ſeruari, poſſunt capere, vel retinere; ſicque viuunt dictum, & iuxta illud Euãgelij, Nolite cogitare de craſtino, &c.

Nec illud prætermittam, quod ſi forte aliqui Doctores reperiẽtur, qui dicãt, Fratres minores, vel mendicãtes eſſe alimentorum capaces, pro vt loquimur nos, non præciſè poterunt ad præſentis caſus deci-
6 ſionem allegari, † eum inter fratres mendicantes multę ſint religionum ſpecies, vt tradunt Doct. ind. cap. in præſentia. præciſè Felin. nu. 30. cum ſeq; & inter fratres minores etiam, vt tradit Socc. Sen. conſ. 245. in 2. vol. & clariſſimũ eſt in hijs tamen fratribus, quos nos Capuccinos appellamus, quiq; arctam regulam B. Franciſci profitetur, procedent deciſiones præallegatę in
7 noſtri fauorem. Opinio † quoq; prędicta tenẽda eſt, quia diſtinguit, & opiniones ad concordiam reducit, ex vulgata doctrina Salic in l. filię C. fam. herciſc. cum concordantibus.

Stante itaq; hac baſi, & fundamẽto, quod ille Antoninus nũc Frater Capuccinus ſit in capax hac vita & militia, nedum inſpecta eius perſona propria, verum & cõmuni monaſterio, ſequitur neceſſaria concluſio, ipſum cenſeri, & haberi pro mortuo, quò ad omnes effectus, & cõſequenter idẽ operabitur iſta mors, quod mors naturalis per ea, quę ſupra ex communibus concluſionibus præſuppoſumus. Et cum dubium nõ ſit, quod ſi ille frater eſſet mortuus naturaliter, vita & militia eſſet extincta, ita etiam idem dicendum eſt in caſu propoſito per ſupradicta.

Et non enndo per mendicata ſuffragia,
8 in individuo † vt pet ingreſſum iſtius religionis amplius non debeantur alimenta, que antea debeantur, non ſecus, ac ſi alimentandus eſſet mortuus, & quidem ea ratione, quod illorũ ſunt incapaces tales ingredientes, & ſola elemoſina viuere debent, notabiliter voluit Socc. Sen. in præallegat conſ. 10. in 6. quæſt. nu. 16 in 1. vol. Et meo iuditio iſthęc opinio eſt de intentione communi Doctorum in dict. cap. in præſentia, & in d. Autent. ingreſſi, vbi tra-
9 ctantes illam quæſtionem, † an vſufructus ingredientis monaſterium ſtatim conſolidetur eum proprietate, & præſupponentes eorum quæſtionem in monacho monaſterij, quod in communi retinet bona, eõcludunt cõmuniter quod non; ſed quod talis vſufructus debeat apud monaſterium manere, donec monachus ille naturaliter vixerit, eſtq; eorum ratio expreſſa, quod talis monachus non habetur pro mortuo, quò ad acquirendum monaſterio capaci in cõmuni. Sentiunt ergo apertiſſimè, ſecus eſſe in propoſito noſtro, & crederem ego de hoc non fatiſſe per eos habiram mentionẽ, quia abſq; dubio, & clariſſima reputarur talis cõcluſio, & vti clariſſima, & abſq; controuerſia interminis noſtris firmat Socc. in præallegato conſ. Et eadem ratione arbitor etiam Afflictum ſentijſſe in d. conſt. Comitibus, & D. de Gregorio in 4. queſt. in 5. ampl. dũ materiam huius quæſtionis tractant in monacho monaſterij bonorũ capaeis. Nec rationes Afflicti obſtãt quia intali monacho, de quo loquitur Afflictus, militat eius ratio, ſcilicet, quia nõ habetur

pro mottno iu comedeodo, in monacho autem noſtro eſt ſecus,nam etiã in comedẽdo ex alio, ptęter quam ex eleemoſina, dicitur mortuus, vt expreſſe dicit Socc. in d.conſ.10.in 6. quæſt. & pręſupponunt pro claro omnes Doctores, quos ſupra allegamus,dum volunt, talem monachum, etiam quò ad alimenta eſſe incapacem.

Ex prędictis quoq; neceſſario infertur, vt ſi vita & militia ſit extincta in perſonam iſtius Fratris, ſtante eius morte,& incapacitare, careant omnino iſti domini actores actione, ex regula in primis l. lex vectigali ff.de pigno.cum vulgaribus. Item ex communi cõcluſione Doctorum,qui volunt in d. cap.in præſentia, & ind. Auten. ingreſſi vſufructum manere apud monaſterium capacem,ſed durante tantum vita monachi, quia eius morte finitur vſufructus, §. finitur, Inſt. de vſufruct. Ergo eadem ratione finietur vita & militia donata,quia illa morte donantis iam finita eſt. Et ob id,ſi quis donauerit fructus rei,in qua tantum vſufructum habet,cenſetur illud ius tantũ donaſſe,quantumcunq;talis donatio eſſet eluſoria illudq;ius morte eſſet periturum Ita in ſortioribus terminis eſt tex.in l. qui io terũ §. ſi quis vſufructum, & ibi notant omnes communiter ff.de leg.1 & in l. vxor patrui
10 C.eo tit. de leg. † & id quidem ea ratione, quia ſucceſſor non plus iuris habet,quàm author ſuus habuerit, vel habiturus eſſet, vulg.l.nemo plus iuris ff. de reg. iur. Hinc quoq; videmus, quod ſi creditores ſibi adiudicant fructus, & comoditates, mortuo debitore,eorum ius ceſſat, latè Crau. conſ. 213. Et poſſem infinita cumulare, ſed vereor ne ſolem ſacibus illuſtrem. Comprobatur quoq; & vltimo prædicta concluſio,
11 † nam ſi vita & militia non eſt tranſmiſſibilis, vt fatentur omnes, ſequitur ergo non eſſe ceſſibilem, ex regula l. ex pluribus ff de admin.iut. quę rectè negarinè procedit Bart. ibidẽ, & poſt eum Pariſ. in Apoſtillis Ruy. conſ.72. in 1.vol. Siluan. conſ. 55.& in terminis dotis de paragio, tradit D.de Gregorio in eius tract.quęſt.39. Ex quibus clara apparet reſponſio ad ea, quæ per D. meum ex aduerſo dicebantur, poſſe ſcilicet alimenta vẽdi, & alienari,vt tradit Neapod. in tit.de alimentis;id quidem nõ diffiteor, non tamen negabit D.meus,quod emptor talium alimentorum illa non amplius conſequetur. mortuo venditore: non enim video, qua ratione hoc negari poſſit; nam ſi ſecundogenitus vita eſſet functus, non eſt dubium donationẽ per eum factam ante, eſſe extinctam;ittud enim omnia iura, & omnis ratio ſuadent, quare ergo & idẽ non ſit dicendum in propoſito,cum mors ciuilis idẽ operetur; vt latè ſupra firmauimus. Nec illa ratio meo iudicio valet, vt ingreſſus religionis non debeat tertio prędicare;nam eadẽ ratione dicam ego, donationem nõ debere huic Baroni prædicare, eum morte ſui fratris,vel alterius,cui competat, vita & militia extinguatur, & apud ſe Baronia franca ab iſto onere remaneat, vt dicunt omnes in d.cõſt.Comitibus.Nec illi donatario infertur prędicendum,quia ei fuit donata vita & militia, ſicq; ſciuit, vel ſcire debuit vita donantis tantum ius ſibi
12 competere.† Et in terminis noſtris nõ haberi in conſideratione donationem antea factam, ſtante ingreſſu talis religionis,tradit Hieron. Gratus conſ. 68. col. fin. in 1. vol.& eſt de intentione omnium in d.cap. in præſentia;dum cõmuniter volunt,morte iſta ciuili ſtatim habere effectum, nõ expectata morte naturali, quamlibet diſpoſitionem, non obſtante quod alicui ex hoc inferatur prędicium. Et licet Fely. illud prędicium cõſiderauerit in d.cap.in præſentia col. pen.nihilominus communis concluſio eſt contra eum,vt dixi ex Pariſ. dict. conſ.65.in 2.vol.& Couarr.in d.cap.2.num. 6.& 8.de teſtam.

Ex quibus omnibus luce clarior apparet iuſtitia iſtius Baronis clientis mei,& te vera in hac difficultate nihil dubij eſſe poteſt apud me.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *ANnotauimus ad conſ.16. (Inuito Cannet.† in cap. Si aliquem, §. At pulchra, & nodoſa quæſtio,) dotem de paragio non legitimæ, ſed illius portionis loco,à qua fœmina in ſucceſſione feudi à maſculo excluditur, ſuccedere; At quia ferè idem eſt iudicium de dote de paragio, quod eſt de vita & militia, quę vigore Conſt. Comitibus,ſecundogenito,à feudo à primogenito exeluſo,competit (id ipſum etenim ex ipſamet conſt. elicitur, ibi, Tamen pro faciendo fratre militę, non minus quam pro ſororibus maritandis eorum, quæ à communi patre maior habere dignoſcitur, ex debito teneatur, & dicunt Gregor de vita milit. quæſt.2 & noſtrates. haud. quidem valemus Cannet. &*
2 *alijs aſſentire,affirmantibus,vitam † & militiam*

litiam loco legitimę ſubrogatam fuiſſe. Fab. de Anna in conſ. 6. contra Capic. Loſſred. & Minad. in conſ. 1. mixus eſt probare, vitam & militiam loco legitimę ſucceſſiſſe ex Camer. in cap. Imperialem 8. preterea ducatus, & Vinc. de Franc. deciſ. 20. n. 9 quod præcipuè ex verbis Andreę id ipſum probare intendit, idem etiam tradit in conſ. 75. nu. 12. eiuſdemq; ſententiæ alios recenſet D. Garſ. Mattrill. ad Petr. de Greg de vit & milit. quæſt. 2. lit. A. ſed Anna in conſ. tamen 4. nu. 57. nec legitimæ, nec alimentis eã facit ſimilem, ſed conſtituere quamdam tertiam ſpeciem, arbitratur, vocatque illam, portionem, & onus feudi Gregor. in tract. de vit. & milit. quæſt. 2. ait, vitam & militiam ſubrogari loco alimentorum, † & videtur ſequi Cum. in cap. Si aliquem, verbo Antiquus n. 550. & verbo, Maritata, n. 438. & n. 439.

In hac tamen quæſtione, quemadmodum & in dote de paragio diximus, affirmandum eſſe contendimus. vt ſciſcitantibus quare à Conſt. Comitibus introducta fuerit hæc vita & militia, reſpondendum ſit, quia cum omnes filij adfeudi ſucceſſionem admitterentur per tex. in cap. 1. §. omnes filij, ſi de feud. fuer. contr. inter. dom. & agnat. & in cap. 1. §. 1. qui feud dar. poſſ. ius autem francorum, quia feuda indiuidua conſtituit, adq; primogenitum illa deferri introduxerit, loco illius portionis, à qua excluſit ſecundogenitũ vitam & militiam aſſignandam eſſe, ita Gregor. de vit. & milit. quæſt. 1. Succeſſit † itaq; vita & militia loco portionis feudi, ad quam omnino fuerat ſecundogenitus ad mittendus. Hoc idem eſſe de mente Andreæ clariſſime videmus, in Conſt. Comitibus, ait enim ipſe, Vita & militia eſt loco partis hereditariæ, à qua excluditur per primogenitum maiorem. Nec admittendã eſſe conſequitiam, quam facit Fab de Anna in d. conſ. 6. n. 11. Putamus ergo hæc portio erit loco legitimæ, debita ſecundogenito; nam ſecundogenito haud ſemper legitima ſuper feudo debetur, vt pote ſi viteriores gradus, & non primi, filius ſit: & tamen ſemper eidem vita & militia competet, dummodo ex primo inueſtito deſcendens ſit. Poſſit habeamus queſtionem illam, An debeatur † tranſeuſſali, de qua eſt ſermo Fab de Anna in dict. conſ. 6. Negari itaque minime poteſt Andream non ſentiſſe, & vitam & militiam loco portionis feudi ſucceſſiſſe, quod ſentijt Franc. de Ponte conſ. 79. nu. 9. Enimuero, ſi verum amemus, nullo pacto confirmari poſſet, vitam & militiam † loco legitimæ fuiſſe à Conſt. Comitibus, filio ſecundogenito aſſignatam ii namque, qui id dicere auderet, probandi onus aſſumeret, ante illam conſt. Comitibus filio ſecundogenito competere legitimam loco cuius poſtea inducta fuerit vita & militia: at nullibi caueri compertum eſt, ſecundogenito competere in feudo legitimã; ergo vitam & militiam loco illius fuiſſe ſubrogatam minime prætendi poteſt; loco tamen portionis feudi; qaa per ius francorum excluditur minor natu filius, eamdem ſucceſſiſſe, ſatis manifeſtum fiet omnibus, qui optimè in feudo iure communi omnes filios admittendos eſſe, callent. Hinc † bene dixiſſe Minad. in conſ. 1. ante nu. 56. arbitramur, affirmantem, Imperatorem in cõpenſationẽ excluſionis à tota parte, iuſſiſſe filio ſecundogenito tradi vitam, & militiam, & ſub n. 44. ait ſuccedere loco partis ſibi debitæ de iure Longobardorum & nu. 56 prorſus negat eſſe legitimam, cum ea ſit quota bonorũ; vita & militia quota fructuum. Et ex aliis argumentis probat, nil communem habere vitam & militiam cum legitima; & ne dum eſſe, verum etiam nec legitimæ loco ſubrogari contendit. Quod loco portionis, à qua excluditur ſecundogenitus, eidem debeatur, tenet Io. Vinc. de Anna in alleg. 23. nu. 5. vbinõ competere in vita refutanti, feudum, niſi ſecuta morte tuetur. Adeſt huic ſententiæ auctoritas Andreæ, quamuis pro ſe pondere tur à Fabio de Anna conſ. 120. n. 4. Cannet. in cap. Si aliquem † §. & pariformiter loco alimentorum eſſe arbitratur, quamuis in ſupra allegato loco legitimè affirmauerit. Quòd ſanè verum abſoluté minimè cẽſemus Nam qui id probare voluerit, tenebitur etiã & demonſtrare ſuper feudo, circumſcripto iure francorum, alimenta ſecundogenito deberi, quod nuſquam aſſequi poterit, portio tantum ipſius met feudi, à quo excluditur à iure francorum, deberetur, Et propterea il laverior † dicetur opinio, quæ loco illius portionis, vitam & militiam ſucceſſiſſe affirmauerit. Verum enimuero querenti, cui magis comparanda ſit legitimæ, an alimentis, potius reſpondendum eſſet, modo vni, modo alteri equiparatam eſſe; reſpectu etenim ſummæ, legitimæ, ſed ad eius inſtar ad hæredes non tranſmittetur; quia morte ſecundogeniti expirat, in quo naturam alimentorum ſapere dignoſcitur.

Etſi quando † alimenta loco legitimæ ſub regantur, tranſmiſſibilia ad hæredes putent nonulli. vt Roder. in l. Quoniam in prioribus

in 2.limitat.n. 2. C. de inoff testam. de quo agunt Lopez.incap. p vestras in 3.not.§.24. nu. 7.de donat. inter vir; & vxor Molin. de primogen Hispan. lib.2 cap. 15. num. 10. & Surd de alim.tit.5. quæst. 1.num.32. ex quo desumi post argumentum, non succedere vitam, & militiam loco legitimę, nam si hoc verum, vtique morte non extingueretur; sed ad hæredes trãsmitteretur,de quo Surd. vbi supra num.33.In multis & vni, & alteri conuenit,& ab vtrisq; discrepat,vt videre est in tract.Petr.Gregorij. Verum vt ad rem nostram accedamus,cuicumq;compará-

13 *da venit,dicendum esset per †ingressum religionis in communi bonorum incapacit expirare.Si legitima comparanda esset, dicunt Doctores,beati Francisci fratrem in computatione legitimæ filiorum non facere partem, nec numerari; quia pro mortuo haberi dicunt, ex Bald in l. vnica n. 11. C. de caduc. toll.& alijs dicit Surd.de aliment. tit.3.q.1. nu.44.Et quo ad rem adtinet,tanta est Frãcisc anorũ paupertas, vt clemens V. in Clem. exiui,de verb fignif. responderit, nihil communiter, vel priuatim possidere, licet alijs mendicantibus cõcessum sit absq;voti præiudicio aliquid modicum retinere in cõmuni, vt hortoi, domus, & sacras ędes,quorum dominium & proprietatem habere dicuntur; penes Franciscanos enim horum proprietatẽ nõ residere, sed penes Ecclesiam Romanam, eorum vero, quæ pij fideles eisdem largiũtur, dominium penes dantes; proindeque habere jus eadem repetendi, decernente eodem Pontifice Clem.Rursus in rebus quantumcumq;*

14 *necessarijs,† vtpote quæ ad vitæ sustentationem pertinent, facti vsum tantum habere censentur, vt declarat Ioan. AZor. Instl.moral. lib.13 cap.24. Iterum incapaces ne dum sunt † hæreditatum & successionum,verum etiam & earumdem exstimationis, ex eadem elem. exiui, dixit Emanuel. Roderic. thom.2. quæst. regul.quæst. 78 art. 1.& 2. & ab omnibus receptum fuisse testatur Menoch. cons. 1014.n. 4. Præterea idem*

16 *† affirmandum de legatis annuis ad modicũ tempus,idem Roderic.quæst. 126. art. 3. vbi ex Bart.in tract. Minorie. ait, verb. Pontificii indict Clement. exiui,in vers. vt cunq; annuis redditibus locũ vendicare,etiã si esset aliquid nocturnum, vel diurnum. Immo & dicunt aliqui vt Nauarr. cons.14.tit.de testam lib 3. in foro conscientię nec huius-*

17 *modi legata † deberi, & si contrariũ esse affirmandũ credat idẽ Roder.vbi supra art. 4. Incapaces itaque videtur fratres Mino-*

ritę,etiam alimentorum, quatenus pro illis annuatim.& certò eisdem relinquantur, ac propterea pro mortuis mundo haberi videãtur;eisdemq; nec,bis in quos transtulissent jura,deberi vitam, & militiam.

EPITOME.

Habens feudum à se emptum, si decedat testatus, nulla feudi facta mentione, censebitur quò ad feudum decessisse testatus Quod quidem feudum ad primogenitum pertinebit; tenebitur tamen ratham pretij feudi alijs fratribus,& sororibus tradere, non autem vitam, & militiam, & dotes de paragio.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius duodicitur habere patrimonia si feudalia, & allodialia habeat.Et quid si feudum fuit ab ipso emptum,an debeat dici vnicum patrimonium, vt testãdo ingenere de bonis suis, videatur decessisse, etiam testatus in feudalibus.*

2 *Feuda cum in Regno sint indiuisibilia, ad vnum tantum ex filijs, & primogenitum debent deuenire, quantumcũq;ab intestato decedat feudatarius, & feudum sit in forma larga: cogitur tamen in successione aliorum bonorum burgensaticorum conferre æstimationem, si alia bona sint, vel si non sint, tenetur partem pretij pro ratha vnicuique ex filijs, & cohæredibus assignare, nec in hoc feudo debetur vita & militia,nec dos de paragio.*

3 *Vita militia, & dos de paragio non debentur in feudis, emptis à communi parente, præsertim omnes filios hæredes æqualiter instituente,sed fratribus debetur pars pretii, & æstimationis feudi.*

4 *Legitima debetur super feudo emptitio,in pecunia tamen fratribus, & sororibus.*

5 *Feudo redempto, depositum est commune inter omnes hæredes.*

CON-

CONSIL. XXVIII.

CASVS talis est, Comes Cammaratæ per se, & suos hæredes, & successores in perpetuum vendidit, & alienauit carta gratiæ redimendi mediante Andreæ Ortulano, emenți pro se, & suis hæredibus, & successoribus in perpetuum, quibuscumque, & quibus voluerit masculis, siue fœminis, agnatis, cognatis, siue extraneis, pro vt sibi melius visum fuerit, & placuerit, feudum nuncupatum de pasquale, de membris, & pertinentijs dicti Comitatus, pro certo pretio, contento in publico cõtractu, in quo inter alia pacta, adest pactum, quod in casu relationis, seu venditionis dictus dominus Comes se obligauit dictum pretium principale dicti feudi, & denique totum integrum depositum depositare in tabula Panhormi ad nomen hæredis, seu hæredum dicti emptoris dicti feudi, cum hac condictione, quod dictum depositum non possit expendi, nisi ac opus dictum depositum integre conuertendi iuxta dispositionem faciendam per dictum emptorem in eius testamento, seu codicillis, forte faciendis, & non aliter fieri possit reemptio, Quo facto deposito, eo casu hæredes, & successores in dicto feudo teneantur reuẽdere. Super hijs omnibus fuit obtenta licentia Principis; verum tamen ante huiusmodi emptionem prædictus emptor per annos ferè duos suum nuncupatiuum condiderat testamentum, in quo instituit super omnibus, & singulis bonis suis mobilibus, & stabilibus, iuribus censualibus, & actionibus quibuscumque, ac nominibus debitorum hæredes vniuersales Ioannem Ortulano, eiusq; fratres, & sorores vtrinq; coniunctos, pro æquali portione; & subhuiusmodi testamentaria dispositione nulla facta dispositione, nec mentione de feudo. Post eius mortem dictus Ioannes Ortulano tamquam primogenitus sibi cepit possessionem dicti feudi virtute publici actus, qua non obstante, deinde Filippus eius frater tam proprio suo nomine, quam tutorio, & curatorio nomine aliorum fratrum minorum, quam etiam nomine, & pro parte Lucæ fratris maioris, & Antoniæ sibi cepit possessionem eiusdem feudi per alium actum publicum. Et rebus sic stantibus prædictis Ioannes primogenitus, porrecta supplicatione Principi, intentauit contra omnes prædictos iudicium spoliatorum de recenti, quæritur modo, quid de iure respondendum sit.

Primo an dictus Andreas testator videatur decessisse testatus quò ad dictum feudũ, attenta forma ipsius, vt scilicet feudũ censeatur cõprehensum sub illa appellatione bonorũ, adeo vt possit prætendi per alios fratres æqualis successio in dicto feudo iuxta dispositionẽ testamentariã, quãtumcũq; feudum esset indiuisibile. Vel ille Ioannes quò ad dictum feudum videatur decessisse intestatus, adeo vt dici possit quod primogenitus videatur succedere ab intestato, excluſis fratribus; adeo vt ipsi, & soror nihil vlterius possint Prætendere, nisi vitam, & militiam, & dotes de paragio, quantũcumque prætendatur feudum hæreditarium.

Et quod si procederet prætensio fratrũ, & sororis, vt scilicet æqualiter possint succedere, eo prætextu quod feudum sit hæreditarium, & emptum ex pecunia patris, & consequenter deberent omnes æqualiter succedere, num feudum debeat remanere indiuisibile, & tantummodo possene prætẽdere cõmoditatem respectu fructuum, feudo remanẽte integro pro primogenito, & cæteri debeant habere tantundẽ super bonis hereditarijs dicti condam defuncti. Vel an respectu illius pacti adiecti in cõtractu emptionis, per quod ille emptor voluit inquere, quod aliter erat dispoſiturus de feudo, dicatur, vel dici possit quò ad dictũ feudum decessisse intestatum, & hoc stãte, iste primogenitus possit solus succedere in feudo isto, quod prætenditur hæreditarium, & emptum ex Pecunia patris, & nihil vlterius consequi possint cæteri filij illius defuncti, nisi vitam & militiam, & dotes de paragio. Et an rectè interim fecerit primogenitus intentando possum, quantũcumq; per modicum temporis possederit, maxime quia probabit, quod cæteri, quorũ nomine fuit capta vltima possessio, eam ratã habuerint.

Occurrit vlterius dubitare de hoc alio. Quid erit dicẽdum facto deposito per Comitem de pretio feudi. An propterea depositum faciendum debeat stare integrum ad nomen primogeniti; prout feudum, vel super ipso depoſito cæteri filij possint quid prætendere, & an interim possit ex parte

dicti

dicti primogeniti aliqua adhiberi cautela ad illud euitandum.

Cum nuntius inſtet pro expeditione, ſuſcinte & concluſiuè reſpondebo ad propoſita dubia. Andream patrem teſtatū deceſſiſſe, nullatenus negandum eſſe, cum teſtamentum ipſius de medio præſupponatur, & licet illud fuerit factum ante emptionē ſeudi, nihilominus id nihil releuat in propoſito; † nam quantumcumq; feudataríus duo dicatur habere patrimonia, & ſeparata l. ſi certarum ff. de teſtam. mil. Bruneus conſ. 104. in feudalibus, & pulchrè Bald. in Authen. Ceſſante ver. & nota C. de legit. hered. nihilominus in propoſito, cum feudū pecunia fuerit emptum, hæc conſideratio non procedit, cum reſpectu effectus, & ſucceſſionis vnicum patrimonium reputetur, & proinde ſit, ac ſi pecunia remanſiſſet in hæreditate, ita pulchrè declarat Franciſcus lib. 3. de ſubfeud. quæſt. 31. quæ eſt vltima, & infra dicetur latius.

Bene tamen verum eſt, quod cum in Regno † feuda ſint indiuiſibilia ex diſpoſitione conſtitutionis, Diuæ memoriæ, & capituli Volentes, & vtrobique dicuntur Doctores, vnum tantum, eſt neceſſe, quod deueniat corpus feudi, illeq; erit primogenitus maſculus, ita dicunt paſſim Noſtrates, præſertim Dominus Blaſcus in d. capitulo Volentes, in 2. notab. ver. hodie in Regno, & rurſus in 4. notab. poſt Andr. in cap. Imperialem in §. præterea ducatus, de prohib. feud. alienat. per Feder. & poſt Saccaraſ. in ſuo Compendio feudorum, idem Dominus Io. Aloyſius in eodē cap. ſolumnihi 16. ver. circa primū, Petrus de Gregorio de conceſſ. feud. 2. par. quæſt. 10. verſ. ſextus effectus, & rurſus quæſt. 13. 4. par. & alibi ſæpe. Adeo vt in Regno expeditiſſimum ſit; Ob id arbitror in præſenti caſu, feudū, de quo agitur, ſpectare ad Ioannem, filium primogenitū ſolum, & ipſum ſolum inſtituiſſe patrem in teſtamento, vt ſe legis Regni diſpoſitioni conformem redderet, poſt quam vni tantū cogebatur idem feudū relinquere, ita conſiderant prædicti Doctores, & pulchrè Andreas in dicto §. præterea ducatus num. 39. & ibidem Aposti. ad eum in nouis impreſſionibus in ver. item pater acquirebat. Et rectè etiam per eum ejuſdem feudi eſt quæſita poſſeſſio, à qua ſi ſpoliatus fuerit, rectè ſpolium tentabit. Eſt tamen conſiderandum, & aduertendū, quod licet feudum ſit ipſius primogeniti per prædicta, cogitur tamen ipſe in ſucceſſione aliorum bonorū burgenſaticorum conferre extimationem, ſi alia bona ſint, vel ſi non ſint, tenetur partem pretij pro ratha vnicuique ex filijs, & coheredibus aſſignare, nec in hoc feudo habetur conſideratio vitæ & militiæ, vel dotis de paragio, de quibus inconſtitutione Comitibus, & in cōſtitutione In aliquibus, † nam tametſi tales conſtitutiones procedant etiam in feudis nouis, tamen non in feudis Pecunia empta a communi parēte, præſertim omnes æqualiter hæredes inſtituēte, vt in caſu noſtro, ita determinat Andreas in d. §. præterea ducatus nu. 39. quam opinionem eſſe receptam in ſacro Cōſilio, & ab ea nullatenus eſſe recedendum teſtatur nouiſſimè Liparulus ad Andreā ver. & ſcias, & licet opponat, & dicat, hanc opinionem eſſe dubitabilem per dictam cōſtitutionē Comitibus, & ita indeciſum relinquat, quid ipſe ſentiat; tamen quod opinio Andreæ rectè procedat in feudo emptitio, declarat Capitius deciſ. 2. n. 6. d. Loffredus conſ. 1. nu. 197. & 198. in feudalibus, idem Bart. Camer. in d. §. præterea ducatus ſol. 104. lit. L. Et quod debeatur aliis coheredibus pars pretij, ſeu extimatio eorum portionis, determinat pulchre Freccia vbi ſupra, Loffredus, Beneuent. & Capicius ſupra allegati. Ob id † legitima quoque de betur ſuper tali feudo, in extimatione tamen, & in pecunia, Guglielmus de Benedic. in repetitione cap. Rainutius ver. in eodē teſtamento relinquens, lo primo nu. 171. Natt. conſ. 216. lib. 10. poſt Bal. & alios, quos allegat, & pleriq; alij tenent, quos refert, & ſequitur nouiſſimè Franciſcus Marzarius cōſ. 22. ver circa tertium. Quod in terminis noſtris debeatur pars pretij, & extimationis, vel quod debeant cohæredes de bonis burgenſaticis æqualeſ ſibi capere, in indiuiduo determinat Aſſilt. in d. §. præterea ducatus num. 17. dicens ita in quæſtione facti fuiſſe inter quoſdam fratres de capua determinatum per eximios Do ctores, allegat Andr. & Lucam de Pen. in l. 1. col. 8. & 9. C. de impon. luc. deſcrip. lib. 10.

Eſt ergo reſolutio quod feudum ſpectet ad Ioannem primogenitum, ipſe tamen tenetur vel extimationē feudi cōferre, ſi vult ſuccedere in alijs bonis allodialibus, vel partem pretij dare pro ratha hæreditaria. Quomodo autem debeat fieri extimatio, & quod tempus ſpectandum ſit, non oportet pro modo verbum facere, cū ſuper eo non ſim conſultus.

Quantum † verò attinet ad vltimū quæſitum,

ſitum, ſi fieret depoſitū per Comitem Cā maratæ vigore pacti de retrouendendo reſolutio eſt clariſſima, tūc enim depoſitū cōmune erit, ac ſi facta redemptio fuiſſet ante mortē cōmunis patris, & ob id illud, ad omnes hæredes pro ratha ſpectabit, ita in indiuiduo caſum noſtrū determinat Tiraquell. de retract cōuent. §. fina. queſt. 44. & de retract. conſag. §. fin. queſt. 3. Et in caſu noſtro difficultas ceſſat ex duobus: Primo quia ſi omnino tenetur primogenitus partem pretij feudi dare cohęredibus, modica vtilitas remaneret, ſi depoſitū nō fit cōmune. Secundo ſtāte diſpoſitione illius Andreę in contractu emptionis feudi, cauit nāque ipſe, vt ſi redemptio fieret poſt mortem, pretiū deberet depoſitari ad nomen hæredum, ad opus illud conuertēdi iuxta eius diſpoſitionem teſtamentariam cum ergo ipſe in hac diſpoſitione deceſſerit, quod omnia eius bona æqualiter inter filios diuidātur, omnibus hęredibus æqualiter inſtitutis, ſequitur apertiſſimè tē eſſe ſine difficultate, vt depoſitum faciendum ſit commune, nec video ego poſſe remedium aliquod adaptari, nec cautelam, cū & iuris diſpoſitio, & teſtatoris etiam clariſſima ſit, & ita in præmiſſis de iure ſentio. Saluo ſemper, &c.

ANNOT. PETRI FILII.

1 FEndum pecunia acquiſitum † proprie dici feudum multi abnegarunt, eum etenim illud gratuita actio, & beneficium dici ſoleat, natnræ proprieq; ſubſtantia aduerſari videbatnr, ſi ad eiusdem comparādū pe-
2 cunia conſignaretnr, quod † de domino vendente intelligendum eſſe, monemur ita gloſ. in cap. 1. de benef. fratr & ibi Iacob. de Beluiſ Immo Bal. in l qui ſe patris C. vnde lib. & in l ſi quam C. de oper. lib non dici feudum arbitratnr, etiam ſi in fendi conceſſionem ſonaren. verba, & poſt eū Cyn in auth. ingreſſi verſ. circa premiſſa adhuc quęro C. de ſacr. ſanct Eccleſ. Nonnulli vero aliam
3 † & cōtrariam penitus ſectati ſunt ſententiam, nimirum haud feudorum natnrę refragari, quoi recenſet Roſental de feud concluſ. 61 cap. 2 gloſ. B. à quibus ipſe non videtur diſſētire; tū ſi à vaſſallo vaſſallus emat (Quod induby turis cenſemus) tum ſi à domino vendatur: ea nempe ratione, qnod pretium non interuenire de ſubſtantia, ſed de naturalibus feudi, dicatur, hoc tamtn ad miſſo, vt etſi in hoc à natura proprij feudi cenſeatur degenare, in reliquis tamen genuinam retineat; hic Doctores fęminas in
4 huiuſmodi † feudo capaces fecere; quod ſi à domino non autem à vaſſallo ematur, interpretatur Roſental. de faud cap. 7. concluſ. 24.
5 † improprium propterea illud vocitant Doctores vt poſt alios Zaſ de feud olt. par. n. 19. Iaſ. in prælud. feud. n. 9. Schrad de feud. par. 2. cap. 4. nu. 55. qui ex Curt. Sen. conſ. 49 nu. 4. quod ſupra nonnimus, aduertit, id ſanè non procedere ſi à vaſſallo pecnnia acquira
6 tur, tunc etenim † proprij feudi natnram ſaperet. Franc. de Ponte conſ. 2 nu. 159. licet diffiteri non valeat propriſſime non appellari poſſe feudum, attamen non ideo propriè nō cenſebitnr ex Andr. in ea. 1 de nou. feud. & dixit Capic. in ſua Ibueſt feud. rub. fendorū acquiſitio verſ. Acquiri poſſunt feuda
7 Proindeque infertur in † eiuſmodi feudo regulas feudales minimè attendendas eſſe hinc & Cannet. in cap. volentes §. item & nō procedit, arbitrantillnd cap. de diſparitate perſonarum loquens, in feudo emptitio non procedere, quodq; de huiuſmodi feudo diſponere
8 poſſit per acquirentē dixit Bnrſat. conſ. 4. nu. 15. In caſu tamen Prępoſiti conſ. de feudo nō à domino empto, ſed à vaſſallo agitur, propterea propriè illnd dicitur feudum Verum enim vero, quia de primi acqniſitoris ſucceſſione inter filios agebatur, ideo, ibi conſiderata diſcntienda venerunt. Primus namqne
8 acqniſitor forma feudi † nō aſtringi, pluries in ſuperioribns inculatum eſt. Atq; proinde in iſto feudo, ſine in hereditario ea, quæ dicunt Doctores de computanda illius eſtimatione, ad legitimæ filiorum liquidationē ap-
6 plicari, quannt. † de qua Camerar. in cap. Imperialē §. prętera ducatus fol. 103. Fab. de Anna conſ. 25. nu. 27. & conſ. 130. nu. 23. Franch deciſ 368. & deciſ 387. ſunt etenim tnnc feuda de ſubſtantia defuncti, atque ad inſtar allodij, ex mnltis probanit Burſatt. conſ. 291. nu 78. quod de feudo formæ mixtę affirmauit idem Burſatt. conſ. 89 nnm. 37.
10 Legitima † tamen non ex corpore ipſius feudi detrahetnr, ſed de eiusdem valore, vt Camerar. in ſupraeitato loco, & omnes affirmant. Hinc ſi feudum vel qnia dignitatis vel qnia in eo iuris francorum viuatnr ad primogenitū, excluſis alijs, ambulare neceſsè ſit in dnbinm refricari conſueuit, an fratribus excluſis, & qnanta debeatur legitima.
11 Et primo quòd dignitatis feudum, † integrum capiat primogenitus, eſt cap. 1. de feud. March. reſponderūt Oldrad. conſ. 238 Curt.

Sen. conſ. 69. Rub. conſ. 133. Crauett. conſ. 135. Pariſ. conſ. 123. nu. 137. lib. 1. & ita poſt Andr. in cap. 1. §. hac quoque, de ſucceſſ. feud. Camer. in l. Imperiale § præterea, de prohib. alien. feud. per Federic. & alij, quos allegat Menoch. conſ. 504. num. 9. & conſ. 401. nu. 18. & conſ. 439. nu. 1. & in empto feudo loch

12 *eſſe primogenitura † dixit Franch. deci. 65. n. 13. Camer. in l. Imperialem §. præterea ducatus fol. 102. lit. H. & ſeq. poſtquã in ſuperioribus queſtionẽ exagitauerat, num ſcilicet feudum totum loco legitimæ primogenito cedere videretur, ad veramq; autem rei diſcuſſa atq; tandem ſuo exhibito calculo, quòd ſcilicet vere legitima non ſit, ſed tantũ illius ſimilitudinem quamdam præferat, aliam ſubingreditur diſputationem, an ſecundo genito, excluſo à primo, aliqua ſuper feudo debeatur legitima, negat ipſe, eidemq; vitam & militiam tantũ dari, ex conſil. Comitibus arbitratur. poſtea quærit, quid ſi feudũ conſenſu Regis per patrem daretur ſecundogenito an primogenito vita & militia debeatur vel potius legitima. nã tamen ſuper corpore, ſed ſuper ipſius feudi extimatione non dari*

13 *† vitam & militiam, ſed legitimã contẽdit, eam nimirum cõſiſtere differentiam inter vtrumq; caſum, vt in primo ſtet conſt. Comitibus, quæ de aſſignanda vita & militia ſecundogenito, habetur in ſecundo vero, quia de eo nõ loquitur huiuſmodi conſt. dicendum ſit ad diſpoſitionẽ iuris communis eſſe recurrendum, qua legitimã ſuper extimatione feudi deberi cauetur. Conſtitutum Comitibus, nedum iuri communi Romanorum, ſed feudorum exorbitantem eſſe, & ideo de caſu ad ea ſum non extendam duxit.*

1 *& donatarij licet ſecus ſit reſpectu tertij & cap. Regni procedat in quibuſcumque donationibus.*

3 *Donatio propter nuptias de iure communi neceſſaria non eſt reſpectu ſponſæ, cui fieret donatio, tamen reſpectu liberi ſi neceſſaria eſt.*

4 *In donatione quantumcumq; ſint illa verba, propter nuptias, tam illa verba deſignant cauſam impulſiuam, nec faciunt donationem eſſe propter nuptias, ſed dicitur dona io pura. n. 5.*

5 *Donatio ob cauſam eſt, quando reſpicit fauorem donantis, & excluditur liberalitas, ſicus autem quando fit intuitu donatarij.*

6 *Inſinuationem an requirat refutatio, ſeu donatio feudi, facta in proximũ ſucceſſorẽ in præiudicium tertij, & n. 11. 12.*

7 *Forma feudi nulla apparet, præſumitur in forma larga, & hereditaria: nec obſtat cap. Regis Alfonſi, quod non procedit niſi in feudis, quæ tunc conſtat, fuiſſe feuda, & ſine forma.*

8 *Diſpoſitio ſtatuti non poteſt extendi ad præterita.*

9 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, abſq; refutatione eſt nulla.*

10 *Fideicommiſſum an valeat in donationibus.*

11 *Refutatio habet vim, & priuilegii ratione neceſſitatis ſucceſſionis, & potius dicitur prælatura ſucceſſionis, quam donatio.*

12 *Feuda cõprehenduntur etiam ſub diſpoſitione capituli Regni 118. Caroli de donat. inſinuandis.*

13 *Statuta ad tollendas fraudes, & dolos ſunt fauorabilia, & conſequenter extendenda ad latam interpretationem.*

EPITOME.

Donatio propter nuptias inſinuationem deſiderat ſtante cap. Imp. Caroli.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias nõ indiget inſinuatione de iure communi. & eſt etiam & donatio ob cauſam. nu. 2. ſed contra tenet Autor in terminis capituli Regni, in quibus terminis valet donatio inter donantẽ,*

CONSIL. XXIX.

IVSTITIÆ D. de Landolina in proceſſu oppoſitorio exequutionis vnc. 1676. ratio eſt clariſſima: & exequutio debet omnino procedere, non obſtantibus oppoſitionibus præſentatis, tam ad inſtantiam Siluij Platamone, quam ad inſtantiam de Silua, veluti prætenſorum tertiorum. Quantum enim attinet ad oppoſitiones de Platamone paucis verbis apparet de earum inualiditate, cum tota difficultas verſetur, & fiat in prætẽſa ſententia

tentia olim lata cõtra dominam Luciolam de Landolina, per quam fuit condemnata ad reſtitutionem bonorum ſibi donatorũ, & relictorum per D. Scipionem Statellã eius primum virum. Sed cum prędicta ſententia fuerit tandem reuocata, & domina Luciola Liberata à prętenſa petitione, nõ eſt ſuper prima ſententia faciendum fundamentum. Et licet vltima ſentẽtia fuerit ſuſpenſa per reuocationem interloquutorię latæ in articulo illo, Audiatur, & fuerunt latæ interloquutoriæ aliquę, tandem, vt in facto videre eſt, apparet clariſſime omnes interloquutorias latas contra dominã Luciolam fuiſſe reuocatas, & emanſiſſe interloquutoriam in ſui fauorẽ latam, per quam fuit deciſum, quod ipſa deberet audiri: & conſequenter temanſit abſq; aliquo obſtaculo, & aliqua ſuſpenſione ſententię principalis, per quam ipſa fuit abſoluta & liberata. Nulli ergo facienda eſt vis in prętenſa tetentione bonorũ pro dotibus ſuis, nã quantumcumq; domina Luciola allegauerit ſe velle bona Scipionis retinere pro dotibus; tamen eius allegatio erat coacta, nempe cum ipſa in prima ſententia fuerit condemnata ad bonorum reſtitutionem, & ſententia eſſet exequibilis, non valẽs aliud agere coacta fuit allegare, ſe velle bona pro dotibus retinere; interim tamen proſequuta fuit reniſionem, & parte inuita, & cõtradicente, fuit prouiſum, vt dictum eſt, quod ipſa audiretur in dicta reuiſione. Et tandem prima ſententia reuocata, omnia attentata corruerunt, tam ex diſpoſitione iuris per vulgares deciſiones, quam etiam per interloquutoriã latam ſuper iſta reuocatione attentatorum. Ob id igitur ſublata cauſa condemnationis, fuit ſublata cauſa allegationis prędictæ retentionis. Et quicquid ſit hodie aduerſus dominã Beatricem de Platamone, & conſequenter aduerſus D. Silnium hæredem eius obſtat ſententia lata in cauſa hypotecatiæ, virtute cuius ſententiæ hodie eſt cauſata exequutio aduerſus quam, nulli dubium eſt nõ poſſe admitti exceptiones peremptorias, veluti tendentes aduerſus prędictam ſententiam, & cum hoc ſit clariſſimũ, tedioſum ſatis eſſet in eo amplius inſiſtere.

Quantum ergo attinet ad oppoſitiones d. de Silua, in quibus tota difficultas præſentis proceſſus verſari videtur, præſuppunẽdum eſt, eos ſe oppoſuiſſe dę iure tertij, & de dominio, & poſſeſſione translatis, vt prætenditur, in dominium Petrum de Platamone patrem Donnæ Mariæ, ſi ante donatione facta in anno 1558. per eamdẽ dominã Donnam Beatricem prædicto Petro de Platamone; & per calendaria temporũ apparet fuiſſe factam donationẽ ante ſententiam, imò ante petitionẽ factam in cauſa prædicta hypotecaria.

Sed pro reſolutione dicimus, eadem donationem non obſtare, quia nulla fuit, nec apparet inſinuatio, & conſequenter quò ad præiudicium ipſius dominæ de Landolina nullum iuris habet effectũ, nec vllum præſtat obſtaculum, ſtante diſpoſitione capituli Regis Ferdinandi de inſinuandis donationibus.

Aduerſus hanc reſponſionẽ plura dicuntur, quæ vnico verbo tolli poſſunt. Verum pro maiori ſatisfactione ſigillatim reſpondetur. Primo ergo dicitur † donationem prædictam fuiſſe propter nuptias, & conſequenter non indiguiſſe inſinuatione ex diſpoſitione tex. in Authen. vt ſponſal. larg. in prin. & in l. fin. C. de duna. ante nuptias, cũ alijs de quibus per Tiraq. in rep. l. ſi vnquã inver donatione largitus C. de reuocan. dona. & in ſpecie capituli Regni conſuluit Bolognettus conſ. 6. nn. 49. vbi etiam confirmat ſalte m nõ poſſe negari, donationem factam propter nuptias fuiſſe ob cauſam matrimonij, & conſequenter non egere inſinuatione, cũ etiam donatio † ob cauſam in hoc ſit priuilegiata, l. Aquilius regulus ff. de dona. & per alia, quæ conſiderat Bolognettus vbi ſupra.

Sed in primis aduertendũ arbitor, conſilium prædictum non eſſe Bolognetti, nã ex lectura totius conſilij apparet eſſe allegationes aduocatorum reuocatorum, eum allegentur regniculæ, & allegetur practica Regni, & multa alia, quæ ſcimus omnes ignoraſſe Bolognettum, & in pleriſque ſuis conſilijs apparet hoc manifeſte, cum ſępius alleget noſtrates in Regno hoc, & hoc ita tenere, ſed ſiue Bolognettus, ſiue alius fuerit, ex alio conuincitur non bene loqui, quia ea, quæ allegantur, procedunt inſpecta diſpoſitione iuris communis, quæ ad validitatem donationis requirit inſinuationem, & illa requirebatur in donationibus excedentibus quingentos ſolidos ex diſpoſitione tex. in l. ſi quis argentum C. de donat. ne quis ex prodigalitate donaret, & ſine conſideratione; ob quam rationem volnerunt iura, & Doctores inſinuationem prędictam non requiri in pleriſque donationibus, in quibus prędictę cauſſę ceſſarent,

rent, prout in donatione propter nuptias, in donatione ob cauſſam, & remuneratoria, & demum vbi interuenerit iuramentum: in terminis vero diſpoſitionis capitu li Regni nos nō diſputamus de validitate, vel in validitate donationis: ea enim ſemper valida eſt, etiam non inſinuata, & quātum attinet ad prætiudicium donautis, vel eius hæredum; imo etiam ſingulorum ſucceſſorum habentium ius, & cauſam ab illo titulo lucratiuo valet, & tenet. Quantum vero ad præiudicium tertij, eſt ipſo iure nulla, nec iuramentum operatur, nec ipſa ſine inſinuatione aliquod præſtat impedimentum; quod à capitul. Regni introductam eſt, ad tollendas fraudes & ad tollenda præiudicia, quę tertio inferri poſſent; Tertius enim ingorans donationem, contrahit, ſeu quid facit, quod non faceret, ſi illam ſciret: & ideo prouiſum, vt donationes inſinuentur, vt tertius certioratus caute negotia ſua gerat. Quod in propoſito ſatis conſiderandum eſt: nam iſta domina Luciola poſt multos annos litigans, tandē inſtiſſimam habens ignorātiā de dicta donatione, litem mouit aduerſus dominam Beatricem poſſeditricem feudorum, contra quam habuit ſententiam inſauorem, quam hodie pretendunt aduerſarij vanam reddere pretextu prædictæ donationis, quam ſi ſciuiſſet domina Luciola, eamdem item mouiſſet cōtra iſtos dominos opponentes, qui alia iura nō potuiſſet allegare; & tandem ſubcubuiſſent. Apparet igitur in preſentiarū de maximo præiudicio tertij, & conſequenter non eſt negandum in caſu noſtro procedere capitulū regni diſpotionem: Et ob id quicquid alias allegatum ſit, ſcio ego & ita à maioribus audiui, ſemper capitulum Regni generaliter fuiſſe interpretatum, procedere inquibuſcumque donationibus, cum in omnibus procedat eadem ratio præiuditij tertij. Et ideo capitulum Regni loquitur per verbā vniuerſalia, & mandat quod omnes donationes inſinuentur. & ob id tollit difficultatem, quæ de iure eſt in aliquibus donationibus, vt in ſpecie in ſtatuto Galliæ tradit Pariſius conſ. 16. nu. 23 in 2. vol. & maxime cum in omnibus militet præiuditiū tertij, quod fuit cauſa finalis prædictæ diſpoſitionis: & cum in donatione propter nuptias, & ſimilibus eadē ratio procedat, eadem diſpoſitio militare debet l. filium ff. ad maced. & in ſpecie in ſtatuto facto ad tollendas fraudes voluit Alex. conſ. 68. in 3. vol. Decius conſ. 30. col. 2. & conſ. 669. cum multis ſimilibus, quæ ad nauſeam vſque allegari poſſent.

3 Accedat † etiam quod de iure non ita paſſim à Doctoribus traditum eſt, inſinuationem nō eſſe neceſſariam in talibus donationibus factis ob cauſam matrimonij; nam licet reſpectu vxoris, cui fieret donatio, & fauore ſuæ dotis non eſſet neceſſaria; tamen reſpectu ſponſi, cui donatio fit, eſt neceſſaria, Salic. & alij in authen. eo decurſum C de donat ante nuptias, & pulchre, vbi infinita allegat, tradit Pariſius in dicto conſ. 16. num. 26. cum pluribus ſeq. in 2. vol. & tradit quoque Riminald. in §. ptimo. num. 462. cum ſeq. inſt. de donat. cum quibus apparet reſpon ſum ad ea, quę tradit Bolognettus d. conſ. 6. nam omnia procedūt in donatione vera propter nuptias, quæ fit vxori, & viro, vel à ſocero, quæ differt ab illa, quæ fit à patre, vel alio extraneo ipſi ſponſo, per multa, quæ Pariſ.
4 allegat d. conſ. 16. nu. 26. & 27. † Et quantumcumque in donatione dicatur propter nuptias, tamen illa verba potius deſignant cauſam impulſiuam, nec faciunt vere donationem eſſe propter nuptias, quia illa proprie, & vere ſit vxori à viro, vel à ſocero, vt dictum eſt, & declarat text. in §. & eſt alius inſt. de dona. vt traditta declarando Crauetta conſ. 85. num. 4.

Similiter tollitur etiam, inſpecta diſpoſitione iuris communis, quodiſta donatio fit
5 ob cauſam, † nam vere donatio ob cauſam eſt, quando reſpicit fauorem donantis, & excluditur liberalitas, nempe quando fit intuitu ipſius donantis; ſecus autem eſt quando fit fauore donatarij, late Tiraq. in d. l. ſi vnquam in ver. donatione largitus num. 145. Riminal. de donat. §. 1. nu. 435. & 494. tradit Crauett. d. conſ. 85. Quæ omnia tanto magis procedunt, cum in donatione adiecta ſint illa verba (Donatione pura, & mera, ac irreuocabili inter viuos.) Oldrad. conſ. 5. quem refert, & ſequitur Alex. conſ. 14. in primo vol. Et quod donatio facta cauſa matrimonij, ſit donatio mera, & ſimplex, & illa cauſa dicatur impulſiua, & non finalis, determinat Decius conſ. 216. col. pen. & tradit idem Ruyn. conſ. 182. nu. 5. in primo vol. Sed hæc ad cautelam dicta ſint, quandoquidem diſpoſitio capituli Regni tollit omnem difficultatem in terminis quæſtionis noſtræ.

6 Secundo † principaliter aduerſus hanc ſolidam replicationem; aduerſus donatio

nem

nem dicitur, non fuisse opus insinuatione, quia fuit refutatio in proximum, ac indubitatum successorem in feudis; ex his quæ etiam in specie cõsuluit Bolognettus dict. cons. 6. num. 51. ex bald. cons. 300. lib. 2. quem refert Io. Aloysius Settimus, & Io. de Ansalono in allegat. Palazzoli.

Verum inprimis præsupponẽdum, hos Patres loqui, circum scripto capit. Regni, quod tunc, tempore donationis, de qua tractabatur, in ea causa, editum nõ erat; & ob id ipsi nullam de Regni capitulo faciũt mentionem. Et in terminis iuris communis loquuntur, vt apud plerosq; videre est, qui in ea causa hinc inde cõsuluerũt, quos ego ad penã habeo. Præterea in ea causa non defuerunt alij Patres, & magni nominis, qui etiam intermissis iuris communis voluerunt, in donatione, seu refutatione facta filio proximo successuro, requiri insinuationem, inter quos fuerunt Nicolaus Sabia, Hieronimus de Francisco, & latius Hieronimus Fimia, & plerique alij. Quo fit vt super dictis Io. Aloysij de Septimo, & aliorum aduocatorum partis contrariæ, non sit faciendacon sideratio. Nec in instificationibus eiusdem causæ, quos ego habeo, videri potest, apud iudices M.C. hoc vel vno, vel alio modo fuisse decisum. Pro tollenda ergo difficultate, nos dicimus capitulum Regni ex toto casum nostrum decidere, per ea, quæ supra dicta sunt.

Respondetur etiam interminis quæstionis nostra, nos non esse in refutatione feudi, ex duobus. Nam refutatio proprie est rei, quam quis habet penes se, vt proprie vocabulum dictat, & ideo in eo causa Palazoli, & in alijs, in quibus Doct. nostri aliquid specialitatis tribuunt refutationi; loquuntur, quando feudatarius dominus feudi illud refutet in alium. In casu autem nostro illa D. Beatrix tempore donationis non erat domina, nec possidebat feuda, quia habuit illa post mortẽ Scipionis eius fratris, & ob id in donatione donantur feuda, quæ D. Beatrix habebat, & habitura erat. Ideo vere, & proprie non potest dici refutatio.

Respondetur & tertio non esse nos in refutatione, de qua loquuntur Doctores, nempe de ea, quæ fit de feudo pacti, & prouidentiæ, ad quod omnino sit successurus donatarius, in qua donatione etiam militant rationes contrariæ. Nam sumus in feudis hæreditarijs, in quibus citra voluntatem D. Beatricis donantis, non poterat ille D. Petrus donatarius succedere.

7 † Er quo ad formam feudorum, iam apparet, nullam esse strictam, & in dubio presumuntur in forma larga, & hæreditaria secundum veram, & indubitatam communem opinionem in Regno, de qua testatur D. Cannicius in cap. Volentes fol. 70. Nec in hoc obstant Regni capitula, quia quantum attinet ad illud Regis Alfonsi in anno 1453. non procedit, nisi in feudis, quæ tunc constat fuisse feuda, & sine forma, vt declarat D. Boniornus super dicto capitulo, & in Regno est expeditum. Similiter quantum attinet ad capitulum nouissimum Imperatoris Caroli Quinti, dicimus illud fuisse editum in anno 1561. & tamen donatio, de qua agimus fuit in anno

8 1557. & ratificatio fuit in anno 1558. † Et consequenter ad hanc donationem nõ poterat extendi dispositio prædicta, vtpote ad præterita, secundum theoricas communes in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & in cap. 2. de const. cum similibus; & secundum hanc interpretationem vidi ego semper dictum capitulum practicari.

Non obstat, quod in dictis feudis fuerat facta dispositio a Hieronimo communi fratre Scipionis, & Beatricis, & sic videtur feuda prædicta fuisse restitutioni subiecta, nam omissis multis, quæ dici possent aduersus donationem factam per Hieronimum: nam fuit facta absenti, & de ratificatione

9 non constat; † Rursus fuit facta omnium bonorum præsentium, & futurorum, sine reseruatione sufficienti, secundum traddita in l. stipulatio hoc modo cõcepta ff. de ver. oblig. vbi Bolognettus num. 131. Conarr. lib. 3. var. resol. cap. 12. num. 3. Clarus in §. Donatio quæst. 19. cum infinitis alijs, de quibus per Thob. Non cons. 55. & Hieronimi Gabriel. cons. 70. Omissis inquam iltis omnibus, dico ex forma donationis non fuisse vocatum illum Petrum filium D.

10 Beatricis. † Primo quia in donationibus non valet fidei commissum, vt ille omnino sit vocatus ex communi opinione, de qua in l. quoties C. de don. quæ sub modo, & tradit Couarr. lib. 2. var. resol cap. 14. Alciatus cons. 99. & D. Cannitius in cap. Volentes fol. 70. cum similibus.

Præterea & hoc meo iudicio non habet responsum, & omnem prorsus difficultatẽ tollit, quia licet in filijs masculis ille Hieronimus donator fecerit plures gradus, tamen in defectu masculorum tantum, vocauit fœminam prinilegiatam si superesset,

& ea non ſuperſtite, vocauit ſecundogenitam, & pariter tertiogenitam, qui caſus ſuecceſſit ob defectum filiorum Scipionis, & aliarum feminarum. Etin caſu ergo, quo fœminæ ſuccederent, nulla extat diſpoſitio in eorum filios, vt apud donationem uidere eſt: & conſequenter nullum extat fideicommiſſum. Sequitur ergo non eſſe nos in feudis pacti, ſed in feudis hereditarijs, in quibus Petrus filius Beatricis, & donatarius non poterat ſuccedere, niſi ex voluntate matris, & donantis; & ideo non poteſt dici reſutatio, ſed mera donatio, vt in ſpecie etiam reſpondent preallegati Doctores noſtri in prædicta cauſa Palazo-
11 li, & eſt ratio in promptu; † quia reſutatio habet vim, & priuilegium ratione neceſſitatis ſucceſſionis, vt tradit Andreas, Prepoſ. & alij in cap. 1. §. & ſi libellus de alie. feud. paterni: & ob id dicitur potius prematura ſuecceſſio, quam voluntaria donatio, vt late habuimus in cauſa Veriæ. Sequitur ergo, omnino donationem prædictam indiguiſſe inſinuatione, quæ ſimiliter neceſſaria fuit, ſtante diſpoſitione prædicti capituli Regni, quod ad euitandas fraudes, nulli dubium arbitror, procedere etiam in vera reſutatione; cum alias læderentur tertij cõtrahentes, ob quorum præiudicium inſinuatio introducta fuit. Et ita quoque in hijs reſutationibus habuimus in praxi, & indifferenter videmus practicari præſertim cũ fiunt donationes à patribus; Et in ſubiugationibus exigẽdis opponitur de non dominio ſubiugantium, ob non factam inſinuationem, Semper enim ego vidi iudicari, & iudicaui etiam in veris reſutationibus, pro Baroniſſa enim Riſichillæ ego vidi iudicari aduerſus Baronem cuto, & iudicaui pro illo de Stagno aduerſus Baronẽ Cattafi, & in pleriſque alijs cauſis.

12 Poſtremo † non obſtat, non eſſe neceſſariam inſinuationem, quia ſumus in feudalibus per rex. in capitulo primo §. in generali, ſi de feud. ſuer. controuer. Nam omiſſis multis quæ dici poſſent, breuiter ſiue rationem tex. in de cap. ingenerali conſideramus, ratione defectus poteſtatis, nẽpe, quia feudalia non poſſunt obligari, ſine conſenſu domini, ſiue ratione veriſimilis intentionis, omni caſu non poteſt negari feuda eſſe comprẽhenſa in cap. Regni: Nã hodie ſtante cap Volentes non procedit prima ratio; Rurſus in Rege diſponente, & ſtatuum ſciente, talis ratio non poteſt adaptari, nec ſumus nos in diſpoſitione hominis, & feudatarij, ſed in diſpoſitione Regis. condentis legem generalem, in quo plena poteſtas ad eſt diſponendi.

Præterea ſi conſideremus voluntatem, cum talis diſpoſitio fuerit facta ob dolos, & fraudes, & pro tollendo tertij præiudicio, non eſt dubium voluntatem fuiſſe etiã in feudis in quibus tanto magis poteſt cõſiderari tertij preiudicium; quanto magis agitur de rebus magni ponderis, & valoris. Et quod in diſpoſitione legis non procedat tex. in d. § in generali tradit Aſflictus ibi, & Tiraq; de retract. lib. 1. §. 1. glo. 3. num. 10.

Quod etiã vera ratio, ſit vetiſimilis mẽs & voluntas, tradit D. Cãnicius in cap. Volentes fol. 25. nu. 16. & ante eum idem voluit Andreas Liparulus in apoſtillis ad Andream in dict. cap. in generali. Et quod inſinuatio in feudis ſit neceſſaria, eſt de intentione omnium Doctorum ſcribentium in dicta cauſa Palazoli, & ego quod ad me ita ſemper vidi, à maioribus teneri, & paſſim donationes inſinuantur, & tandem ita, dum in M. C. ſederem, iudicani aduerſus Baronem Cattafi pro D. de Stagno. Et arbitror ita ſine difficultate eſſe tenendũ,
13 & decidendum, præſertim † cum ſtatuta facta ad tollendas fraudes fauorabilia ſint, & conſequenter extendenda ad latam interpretationem. Primũ determinat Alex. conſ. 197. lib. 7. Secundum tradit idem Alex conſ. 68 lib. 3 Dec. conſ. 30. conſ. 76. col. 2. & conſ 600 cum multis alijs, quæ ad nauſeam uſque allegari poſſent.

ANNOT. PETRI FILII.

1 *Donationes tum inter conſanguineos; † tum inter extraneos, ſummam legitimam, & à iure præſcriptam excedentes, non valere ſine inſinuatione expreſſis iuribus cautũ reperitur. l. donatio §. in conſcribendis. l. lata l. in hac ſaeratiſſima. l. ſancimus C. de donat. Dubiũ tamen ſuboriri conſueuit nunquid ſolum, hoc in donatione ſimplici, non autem in donationibus ob cauſam, procedere dicendum ſit, atque inde an donatio propter nuptias, donatio ob cauſam dicatur, vt inſinuatio ad illius robur minimè requiratur.*

Quod in donatione ſimplici tantum procedat admittunt omnes, quam illam dicunt,
2 *cum in ea † afflictio in genere conſideratur*

Petr.

Petr. Rauen. Sing 867. Menoch. conſ. 112. nu. 42. idemq; procedere in diſpoſitione ſtatuti, inſinuationem requirentis, vt ſcilicet
3 † *in donatione tantum ſimplici procedat, dixerunt Bald. in Auth. eo decretum in fin. verb. C. de donat. ante nup. & Bart. in l. 1. in fin & in l. filiusfamilias in prin. ff. de donat. Alex. in l. vt liberis num. 6. Cod. de collat. Quæ verò adtinet, an donatio propter*
4 *nuptias dicatur ſimplex, † an potius ob cauſam, variarum Doctores, Nacth. conſ. 609. ante n. 7 donationem ob cauſam eſſe, quia tantum fauorem donatarij reſpiciat, argumentatur; tandem jub nu 8. & ſeq. contrarium tuetur; & propterea in ſtatuto † non*
5 *comprehendi de inſinuandis donationibus, arbitratur, quem allegat Burſatt. conſ. 304. num. 4. alios allegat Surd. conſ 361. nu. 5. Franc. V eg. conſ. 52. n. 22 Sed quod huiſmodi donatio non dicatur ob cauſam ſed ſimplex, † dixit Decius. conſ 3. nu. 18. lib. 1. differentiam conſtituens inter donationem quæ*
6 *mulieri fit ob dotium ſecuritatem, & eam quæ fit marito filio donantis, quam dicit, ipſe donationem ſimplicem. Franc. Bece. conſ. 20. num. 23 at in conſ. 79. lib. 5 cauſam matrimonij in donatione eſſe finalem dixit, & propterea donationem propter nuptias eſſe ob cauſſam, & in ſtatuto non comprehendi propietur, & non obſtante conſ. Oldrad. 5. cum loquatur in cauſa de præterito quæ dici non valet, niſi impulſiua, aſſerit; at Surd. d. conſ. 361. nu. 8 & ſeq ſtatutum comprehendere donationem ob cauſam matrimonij tuetur contra Caſtr. in conſ 222. nu. 1. vol. 2. quem ſequitur V eg conſ. 52. n 9. aſſerentem ſtatutum, requirens inſinuationem, non comprehendere caſum, in quo ius commune illam non requirit, atq; concludit Surd. donationem cauſa matrimonij eſſe*
7 *inſinuandã. † Sed nõ requiri has donationes ſollemnitatem ſtatuti, dixere Practi. Ferrar in forma libel quo agitur pro donatione verſ. ſollemniter nu. 30. Bald. nouell de dot. par 6. prin. priuil 47 & 48. Curt. Sen. conſ 27. nu. 12. quod & alijs comprobat Carpan. ad ſtat. Mediolan cap 32 n 49.*

Huiuſmodi tamen diſputationes in Regno
8 *† noſtro ſilere debent, atq; de plano conſultationem Domini mei procedere: nam habemus ſtatutum, & cap. Ferd Regis 61. de regiſtrandis donationibus, quod donationes ob cauſam matrimonij factas comprehendere videtur, in illis verbis (& alcuni li fanno donationi ad inducirsi à matrimonio, ò ad altro effetto.) quidquid ergo dicendum veniat an ſcilicet donatio ob cauſã matrimonij ſimplex ſit, vel ob cauſam matrimonij cauſa ſit finalis, vel impulſiua: ſtatutum ſimpliciter loquẽs de donationibus illam comprehendat in caſu tamen noſtro videntur hæc penitus abſeganda.*

EPITOME.

Cauſa feudalis qualis dicatur in Regno, & quid ſi executiuè agatur pro pecunia conſequenda ſuper feudo. An decretum debeat ſubſignari per quatuor Iudices.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ſuper feudalibus an debeat ſubſignari per quatuor Iudices, cõtra Greg. quæſt 43. & quæſt 7. & quomodo procedat eius dictum nu 3.*

2 *Cauſa feudalis in Regno dicitur quoquomodo tãgat feudum, non tamen dicitur agi ad feudum, quando ad inſtantiam creditorum ſi contra feudum exequutio pro pecunia debita.*

4 *Decreti ſecundi interpoſitio habet vim diffinitiuæ, & debet regulari ſecundum cauſam principalem.*

5 *Cauſam feudalem quoquomodo tangat feudum eſſe, quomodo procedat, & quod non procedat in exequtiuis.*

6 *Decretum ſecundum an ſit nullum, quia non receptum in die Regiminis, & n. 12.*

7 *Decretum ſecundum licet habeat vim diffinitiuæ, tamen non dicitur diffinitiua ſed interloquutoria.*

8 *Cauſa feudalis dicitur, quando agitur ad fructus feudi, & hoc procedit quando ordinariè ageretur, ſecus ſi exequtiuè.*

9 *Sententia debet exequi per eoſdem Iudices, qui eam protulerunt.*

10 *Feudum poteſt adiudicari per creditorẽ nõ diſcuſſis bonis allodialibus, quando habet hipotecam omnium bonorum, & electio tunc eſt creditoris.*

11 *Feudum adiudicatur per ſecundum decretum, reſeruata licentia diſpenſandi diſparitati perſonarum, & diſmembratio ni, & poteſt interuenire poſt abſolutum decretum, abſq; vitio nullitatis.*

CON-

CONSI L. XXX.

CAPITA nullitatis sunt duo. † Primum quia decretum subsignatum per duos Iudices; aliud quod non in die regiminis Curiæ. Ansam dubitandi præstat authoritas D. de Gregorio de Iud. caus. feud. quæst. 43. & in quæstione septima. Verum nulla ratione mouetur, nec authoritate. Et in primis eius authoritati refisitit authoritas D. de Bonior no cons. 5 in primo, dum vult, Iudices Mes sanæ, quibus tunc non erat cognitio feudalium, potuisse cognoscere, & interponere decretum super feudo, ex eo, quia tũc non dicitur agi de causa feudali.

Rationes etiam sunt contra de Gregorio. † Nam licet in Regno causa feudalis dicatur quoquo modo tangat feudum, per dictum Bald. in §. si contrauersia de pac. Constant tamen in proposito respectu cognitionis, nullo modo dicitur causa tangere feudum, quia non agitur ad feudum.

Non dicitur enim agi actione personali ad feudum, quia non petitur feudum; & iam in hoc de iure est clarum, quod, causa non sit feudalis, Alex. cons. 79. in primo Doct. in cap. ceterum, de iudic. per glos. pro vt in propriis terminis tradit Bonior nus d. cons. 5. In proposito sumus in fortiori casu, quia non petitur feudum, sed petitur pecunia est bene verum, quod pro exequutione, & implemento distrahitur feudum, in qua distractione Iudex non dicitur cognoscere, sed exequi factum partis l. si ob causam C. de euict. cum simil. & p hoc respondetur ad Afflict. in cõsit. Baiuli locorum, la prima nu. 9.

Rursus videtur decidi in terminis per notata in consti. si quis post litẽ, ibi enim prohibetur Iudex interponere decreta super feudis sine regio assensu, & ratio est, vt ibi Afflict. & alij dicunt, quia cum tractetur de alienatione, feuda non possunt alienari sine Regis licentia, & periode est, ac si parti venderet. Et ideo inquit Afflict. sicuti pars posset facere cum Regis assensu, ita & Iudex, & idem dicit Afflict. in cap. 1. in fine principij de alien. feud. pat. & in cap. 1. §. quod ergo, de inuestit. de re alien. fact. Sublato ergo inpedimento cõsensus, quilibet Iudex est competens, quia constit prædicta loquuntur generaliter in quocumque Iudice ordinario, & in eisdem terminis ibi Andr. & Afflict. volunt, Iudicem posse interponere secundum decretum cũ licentia Regis ratione prohibitionis alienationis. Et cum in Regno adsit consensus stante cap. Volentes, nulla est differentia inter feudalia, & allodialia, quò ad Iudicem, ita Losfred. cons. 14. nu. 74. inter consilia feudalia.

Et posset † fortasse procedere Gregor. in secundo decreto interposito pro exequutione sententiæ, latæ incausa feudali, vt propriè loquitur. Nam sententia lata in causa feudali, & sic per quatuor Iudices, nõ potest nisi per eosdem Iudices exequi, & consequenter & secundum decretum. Et per hoc bene facit eius ratio, quia decretum habet vim diffinitiua: & potest similiter suaderi eius dictum per notatain l. solent ff. de alim. & cib. leg. quod vbi causa principalis est feudalis sint eiusmodi omnes articuli. Et hinc videmus in Regno fuisse factam pragmaticam respectu articulorum incidentium, vt possint decidi per duos, quasi quod aliter esset de iure. Sed vbi sumus vigore contractus, & sumus in exequutiuis, in quibus saltem in Magna Curia non seruantur ea, quę requiruntur in causa feudali, licet agatur de feudo, imò dato quod discutiantur natura feudi, & lex feudi, vt videmus quotidie in causis oppositorijs.

Et re vera non potest mihi persuaderi, quomodo gregorius possit loqui, & benè in hoc casu. nam si loquimur, & inspicimus causam dici feudalem, quia agitur ad feudum, tam articulus (reijciantur.) quàm causa oppositoria deberet esse feudalis, siue quia agitur de natura feudi, siue quia est sententia diffinitiua, & sententia lata in causa oppositoria deberet esse feudalis.

Interpositio secundi decreti non est nisi exequutio exequutionis, seu satisfactio, & solutio creditoris in qua nulla interuenit causæ cognitio, cum illa vel habeatur in articulo (reijciantur,) vel in causa oppositoria: quare ergo plus debeat dici feudalis hæc interpositio nõ video. Præterea ista appositio manuum, videmus, quod fit pro forma, & iudices, qui subsignant decernum, nihil cognoscunt, cum præsuppo nant omnia sollemniter acta, ad quid ergo talis soliemnitas: prefertim cum omnia iura sint in contrarium. Nam si dicitur quod causa

cauſa oppoſitoria eſt al'odialis, ſemper, quia ſumus in executiuis, idem erit io interpoſitione ſecundi decreti.

Preterea † interpoſitio ſecundi decreti habet vim diffinituæ,ſed eſt de incidentibus principalis cauſæ exequutiuæ, ergo debet regulari ſecũdu n naturã principalis,ad hoc in terminis Aſſict.incap Imperialẽ § ꝓterea ſi inter duos nu.5.de prohib. feud. alien. per Fed. vbi vult quod dominus feudi eſt cõpetens cõtra Eccleſiaſticã perſooam,etiam quo ad fructus perceptos exeo,quia eſt competens ſuper principali petitione feudi.Et à fortiori deberet cauſa ipſa, vel articulus eſſe feudalis, quia ſunt antecedentia neceſſaria ad ioterpoſitionẽ ſecũdi decreti, & alienationis feudi.Et ob id in dict.conſtit. *Si* quis poſt litem volũt Iudicem non poſſe ſine cõſenſu Regis interponere ſecundum decretũ , quia illud
5 eſt antecedẽs ad feudi alienationẽ. † Nec in hoc facit illa practica Magnæ Curiæ,io qua cauſa dicitur feudalis, quoquo mo do tangat feudum. Nã primo illud oõ procedit in executiuis. *Secundo* quia cauſa nullo modo dicitur tangere,nec feudum,nec naturam feudi reſpectu cognitioois, quia interpoſitione ſecundi decreti nulla eſt cognitio.*Tertio* non poteſt dici feudalis ratione præiodicii domini,qoia diſtrahitur feudum *Primo* quia in Regno iſtud ceſſat ſtante cap. Volentes, & ob id poteſt vendi p partem,& iudex in ſecũdo decreto exequitur pactum partis,& ita io ſpecie in adiudicatione feudi cõſiderat Alex.cõſ. 81.in 5. allegans tex. in d.l. ſi ob cauſam.

Præterea arguendo ab abſurdo hoc ipſum probatur. Nam ſi vaſſallus eſt de foro Inquiſitionis, vel alterius fori, & petitur vigore contractus aliqua ſomma, vel petitur debitum In loco,vbi noo eſt cognitio feudalium;nõ eſt dubium quod exequutio bene procedit. Si ergo vigore illius exequutionis vult diſtrahi feudum, quomodo fier ſi non poſſet in illo foro,nã ſequeretur quod exequutio eſſet io vno loco,& decertum in alio,nec credo,quod iſta ratione poſſet extrahi à foro Inquiſitionis vaſſallus;imo ſi hoc eſſet, poſſent omnes Barones,qui ſunt de foro Inquiſitionis,extrahi, ſi cauſaretur exequutio contra eos,& interponeretur decretum ſuper feudo.

Poſtremo non video quomodo poſſit ſubtineri hoc dictũ,quia, ſi illo axiomate, quod cauſa in Regno dicitur feudalis quoquo modo tangat feudum,interpoſitio decreti non dicitur cauſa feudalis, non,quia alienatur feudum, quia in hoc non requiritur competentia Iudicis,cum poſſit fieri a parte, & habemus capitulum Volentes non quia habet vim diffinitiuę,quia eſt interloquutoria, & ſumus in exequutiuis, & diffinitiua datur per duos tantum.

6 Secundum † caput nullitatis eſt, quia non fuit receptum ſecundum decretum in die regiminis Curiæ Iſtud eſt error prior priore,meo iudicio,& vltra quod non ſeruatur,nulla ratione eſt fulcitum. Imò ratio D.de Gregorio contra ipſum eſt; dicit (enim ipſe) ex eo eſſe, quia decretum tale habet vim diffinitiuæ, allegat Salyc. in
7 rub.de re iud. in libro meo nil dicit † Sed quicquid ſit, licet ſecundum decretum habeat vim diffinitiue,tamen nõ dicitur ſentẽtia diffinitiua,ſed interloquutoria Corn. conſ.65.nu 13.in primo Rim. conſ.454. n. 20. Felyn.in cap. conſultationibus de offic.deleg. Et ob id reſpectu ſolemnitatis regulatur cum interloquutorijs Docto. in l. Prolata,& in Regno interloquutoriæ, habẽres vim diffinitiuæ nec legunrur, nec proferuntur in die Regiminis,& ideo apparet quàm oſcitanter loquutus fuerit Gregorius in hoc caſu.

Et licet ex premiſſis appareat reſpõſio ad ea,quæ fuerant in contrarium allegata nihilominus vt res clarius elucęſcat,ſigilla
8 tim reſpondebitur. † Et quantum attinet ad id,quod primo loco dicebatur,in propoſito agi de cauſa feudali,quia de fructibus feudi, apparet ſatis ſtriuolum. Nam id quod dicunt Doct. in cap. ceterum, ſuper petitione fructuum feodi, procedit quando ordinariè ageretur: at in caſu noſtro cum exequutiue agatur, & non principaliter ad feudum, ſed ad pecuniam, nec ad fructos feudi; nõ dicetur agi de cauſa feudali, cum io abſolutione ſecundi decreti nõ habeatur cognitio nec de feudo, nec de ipſius fructibus, vt ſupra dictum eſt.

Nõ obſtat conſuetudo, allegata per D. de Gregorio,& Doctori arteſianti de conſuetudine credẽdũ eſt, quia Gregorius loquitẽ in terminis exequutionis ſententiæ in cauſa feudali, & vbi factus fuerat proceſſus, & habita cognitio de feudo, ſiue actũ fuerit actione reali, ſiue perſonali, & conſequenter retentis eiſdem terminis
9 † lata ſentẽtia in cauſa feudali, illa oportet quod exequatur per eoſdem Iudices, ad norata in l.à diuo pio §.ſententiam ratione ff. de re iud.Et ideo mirum ſi interpoſitio ſecundi

cundi decreti debet fieri sed plena, quia illa vti exequutio,& accessoria causæ principalis,regulatur à natura causæ principalis, per ea quæ supra dicta sunt, & quod loquatur Gregorius in hijs terminis patet Ipse vult in subsidium fieri exequutionem,
10 super feudo:† & sic non potest loqui quando agitur exequutiue virtute contractus, in quo semper adest hypoteca, & obligatio expressa omnium bonorum, & consequenter electio est creditoris l. creditoris arbitrio ff. de distrah. pig. & decidit Afflictus in const. si dominus vassallum, & in const. strattibus. Vel loquitur Grego. secundum ordinem l. à diuo pio §. in venditione ff. de re iud. & sic in exequutione sententiæ. Et in hijs terminis loqui Gregorium, & attestari de consuet. dicendum est, ne simus coacti dicere quod Gregorius pessimè loquutus fuerit; & talis consuetudo fuerit abusus, & crassa inteligentia; Et clarum est in Doctoribus, & dictis eorum, sumendam esse interpretationem, quæ sit consona iuribus & rationi.

Et maximè stante dicto D. de Boniorno (quicquid dictum fuerit ex aduerso) nam quod Boniornus dicit de licētia Principis, procedit prout seruamus in omnibus alie nationibus,quo ad dispensandum cap. Volentes respectu disparitatis personarum, & dismembrationis, & iuxta notata in Cōst. si quis post lirem. Quatenus in Regno non sufficeret capitulum Volentes respectu autem cognitionis, vel iurisdictionis, & vt non requiratur sedes plena,nec necesse sit iudicium fieri in Magna Curia Boniornus apertissimè dicit, talem interpositionē decretorū fieri posse per ordinarios,ex ea ratione, quod non dicitur agi de causa feudali, quæ ratio ex diametro pugnat eū dicto de Gregorio, & cum allegata consuet. seu ratione ipsius. Et ideo vt euiterur contrarietas dicendum est,quod isti Doctores loquantur in diuersis terminis, & quod preualeat authoritas,& dictum D. de Boniorno, quia punctualiter loquitur in exequutione causata virtute cōtractus,& sic in terminis nostris, & sit magis conformis dispositioni iuris,& æquitati, quæ in proposito exuberat: non enim video ad quos hanc obseruationem requiri, in apponendo manus quatuor Iudicum, cum cognitio totalis fiat per duos,& quandoque per vnum,cum illa penitus habeatur,vel in articulo reiectionis oppositionum, vel in sententia lata in causa oppositoria,& videmus oculis apertis, quod Iudex criminalis, qui subsignat decretum, nihil videt, nec cognoscit, & consequenter hæc obseruatio videtur potius ad illaqueandum partes laboribus,& expensis absque necessitate.

Non obstat quod dicebatur de licentia, præsertim quatenus derogatur authoritati
11 Presidis Landriani. † Nam videntur mihi potius tacenda,& vndequaque friuola. Nā istud,quod dicitur de licentia,non inducit nullitatem respectu debitoris, cum licentia soleat decerni, & dari post absolutionem secundorum decretorum, & ita passim videmus fieri,& ob id omnia decreta fiunt cum clausula,reseruata licentia, &c. & non ob aliud requiritur,nisi vt dispensetur dismembrationi,& disparitati personarum,& hic consensus non potest impediri, & licet requiratur consensus Principis, tamen id requiritur vt secundum decretum, & vt illa alienatio sortiatur effectum, sicuti dicimus in alienatione voluntaria, & ob id antequam consentiat, vel declaret nolle consentire, non potest prętendi nullitas per debitorem, & ita omnia decidit in nostri fauorem Marinus Frecc. lib. 2. de feudis in 6. lim. constitutionis,Constitutionem diuæ memoriæ fol. mihi 109. vbi proprie loquitur in secundo decreto absoluto cum reseruatione, saluo inre dire di dominij. Et per hoc etiam tollitur,quod istud decretum est conditionale,nam hęc conditio respicit consensum Regis,& non potest impediri, nec allegari per partem, alioquin nunquam creditores possent habere eorum debita,& esset impedire commercia, prout in specie considerat Frecc. loco preallegato.

12 Demum † non obstat quod dicebatur, decretum debuisse absolui in die Regiminis, quia est sententia diffinitiua Corn. cōs. 65. num. 4. in primo,nam ipsemet Corn. dicit decretum habere vim diffinitiuę, sed esse interloquutoriam, & in ijs iam dictum est,& patet lippis, & tonsoribus quid obseruet M. C. & satis ridiculum mihi visum est id, quod dicebatur, quod index in secundis decretis debeat sedere indicialiter l. 3. ff. de bon. poss. Bart. in l. naturaliter in fine ff. de adm. tuto. nam vltra quod ex hoc non infertur, quod debeat esse in die Regiminis, apparet clarissime has obseruationes recensisse ab aula, quia videmus decreta tutelarum in venditionibus rerum minorum, & in alijs omnibus seruari contrarium.

AN-

ANNOT. PETRI FILII.

1 QVæ causa dicatur feudalis in Regno † fuit inter nostrates aliquando disceptatum, at quia omnia in medium deduxisse videtur Franc. Milanensi decis. 6. per totam lib. 1, quo loci quid inpossessorio, quid in petitorio, quid in actione reali hipotecaria, & personali affirmandum sit, late discutitur, breui eloquio in hoc contenti erimus: tantum annotare libuit, supradictam decisionem maxime dictis in hac consultatione cõferre. Insuper & cauẽdum esse ab illo, quod in ore causidicorum circumfertur, axioma. te. Quoquomodo causa tangat feudũ dicitur feudalis, hæc enim proposito si vt iacet, sẽper reciperetur, vtiq; omnia in hac materia confundarentur. † & licet Petr de Greg. de Iudic causs feudal. quæst. 5. ita Magnam Curiam determinare, testetur: nihilominus, eius dicta declarationẽ ab ijs, quę supra renuntiauit in quæst, 1. accipiũt: dixerat enim ibi causam dici feudalem vbicumq; ex lege, & conditione feudi ageretur, ex Bald. in ep. 2. de inuest. in mar. fact. & in cap. Imperialem §. pen de probib. alien feud. per Feder. vel ex eodem Bald. in §. si qua controuersia de pac. Const vbicumque fieret commemoratio feudi ad intencionem eoadiuuãdam, fundandam, vel repellendam, secundũ tamen leges feudorum: adeo vt si actor, vel reus ille ad introducendam suam actionem; hic ad explodendam, siue ad fundandam, suam exceptionem, opus haberet ad leges feudi recurrere, tunc semper causa di-
3 ceretur feudalis, & in Regno † apud M. R. C. qua vice Parium ex const. Regni in hoc fungitur, agitanda esset; & in tela processus, dupplicatis terminis, de quibus per Petr de Gregor. de Iudic. caus feudal. quæst. 16. procedendum esset. Ex quo etiam indubitatum remanet. quod licet ad feudũ agatur, & super corpore ipsius quæstio agitetur, vigore tamen contractus quæcunqne actione, dum modo de lege feudi non discutiatur, causa sẽ per erit allodialis. Propterea dixit Afflict.
4 † in Const. Baiuli locorum la prima, nu. 10. quod si fit lis super damno, & interesse, vel pretio feudi venditi, illa non diceretur feudalis, quia licet tangere videatur feudum attamen non ipsius naturam, & legem. Et
5 in actione descendente † ex cõtractu depositi, vel pignoratitia actione, idem tradunt Innoc. & alij in cap. Ceterũ de iudic. Alex. cons. 79. nu. 1. late de materia consulendus est Rosental de feud cap. 12. cõclus. 2. glo. A

LAVS DEO DEIPARIQ; VIRGINI.

OCTAVII CORSETTI PANORMITANI

CAESAREI PONTIFICIIQVE
Iuris Conſultiſſimi.

QVAESTIONES FORENSES IN RITV M. R. C. REGNI SICILIÆ.

FORENTIVM QVAESTIONVM SVPER RITV M.C.R. LIBER PRIMVS.

QVÆSTIO I.

Terminus 40. dierum literarum citatorialium an incipiat à die datæ, vel à die præſentationis ipſarum litterarum.

VM Ritus, à citatione, quæ initium eſt omnium iudiciorum, incipiat, opere pretium quoque duximus, & nos à citatione exordium facere. Primo igitur cum Ritus ſtatuat literas citatoriales à Magna Curia impetratas infra terminum quadraginta dierũ, infra quem pars citari poſſit, tantum efficaciam habere, & non vltra; quæritur à quo die talis terminus quadraginta dierũ currere dicatur, an à die impetrationis literarum, an à die preſentationis ipſarum, in hoc duæ reperiuntur opiniones, apud Regni ſcribentes. Prima fuit quod à die datæ ipſarum literarum citatorialium, quã opinionem in Regno ſeruari teſtatur D. Antonius Lancea, cum quo ita ſimpliciter pertranſeunt nonnulli alij ſcribentes, & noniſſime D. Cumia alias Collega meus in ſuis comen ſuper Ritu cap. 1. nu. 36. Alia eſt opinio, quod à die preſentationis literarum; & hanc etiam refert D. Franciſcus de Neapoli D. de Gregorio ſuper Ritu dixiſſe ſeruari in Magna Curia; authoritate gloſæ in cap. de cauſis de off. deleg. quæ opinio comprobari poteſt, ex Theorica magiſtrali, quam ponit Aretinus in §. præterea il ſecondo, nu 11. verſ. vltimo quæritur. inſt. de excep. & eamdem opinionem de iure procedere, teſtatur idem D. Anto. Lancea vbi ſupra, & mihi videtur eſſe de intentione Ritus: nam vult quod literæ efficaciam habeant infra quadraginta dies, infra quos pars citari poſſit: certum eſt. n. quod ante præſentationem literarum pars non poteſt citari; debet ergo totus ille terminus eſſe vtilis, habito reſpectu ad tẽpus, quo literæ præſentari poſſent: alioquin ſi malitioſe differatur præſentatio, ſecus eſſet ex traditis per gloſ. & DD. in d. cap. de cauſ. de off. deleg.

Pro reſolutione igitur conſideranda eſt theorica, quam D. de Gregorio tradidit in eius tract. de Iud. cauſ. feud. q. 15. Ipſe enim vtilius, & latius examinando materiam, tradidit; huiuſmodi literas citatoriales triplicem vitam habere. Prima eſt 40. dierum de quibus in Ritu, quos dies incipere dicit à die datæ, Secunda vita eſt aliorum 40. dierum, infra quos debent obtineri literæ reſponſales; currit tamen iſte terminus à die citationis; quæ fit facta infra primos 40. dies, prima vita, non amplius habetur in conſideratione; cum ceſſante cauſa dilationis ceſſet dilatio; & hanc ſecundam vitam voluit D. Gregorius eſſe, nedum ad obtinendas literas reſponſales, verum etiam ad illas præſentandas in Magna Curia; alioquin dicerentur circum ductæ; & cum in primis literis ponatur peremptorium comparationis citandi: ob id eo lapſo, incuſatur contumacia ab actore, qui etiam ſi contumax ſit, & non compareat; reus citatus impetrare poterit licentiam recedendi, vt tradit D. de Gregorio loco ſupra citato, & quia in hijs praxis eſt clara; & notoria aliter inſiſtendum non eſt. Tertia vita literarum eſt ſex menſium de qua tamen dicitur inferius loco ſuo. Concluſiue igitur apparet D. de Gregorio voluiſſe tempus 40. dierum à die datæ literarum incipere, & ſecundum ipſius Theoricam, ego vidi ſemper in Magna Curia ſeruari, & ſine controuerſia ac difficultate.

QVÆSTIO II.

Reus contumax volens recuperare possessionem an & quando possit impediri ab actore docente incontinenti de iure suo.

SECVNDO quæro cum Ritus, cap. 97. dicat, citatum post contumaciam purgatam, & refectis expensis, recuperare possessionem in quam causa rei seruandæ, immissus fuerat actor. An hoc indistinctè verum sit, vel sit dare casum, in quo talis restitutio non sit facienda, & vt magis vtilitas quæstionis in praxi consideretur; dubitari solet numquid actore offerente de iure suo docere incontinenti, impediat possessionis restitutionem. Docere autem incontinenti diceretur, vel ostendendo publica instrumenta, vel petendo terminum, infra quem, arbitrio Iudicis possit de prædicto suo iure docere, vt tradit Rom. cons. 244. Soce. in cons. 68. nu. 15. in primo. Reperio in quibusdam fragmentis d. Ant. de Monte alto determinare, pro parte affirmatiua nempe quod possit impediri restitutio possessionis, per tradita à Bar. & Alex. in l. 3. §. genera, ff. de acq. poss. & per Abb. & alios in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lit. non contest. Moderni autem scribentes super Ritu isto, nu. 55. in 3. limit. sicco pede, etiam pertranseuntes, tantum ponunt posse creditorem agentem hipotecaria, ob retentionem quam habet rei obligatę; constito de debito, & obligatione, impedire talem restitutionem possessionis allegant Specul. in tit. de contumac. §. sequitur vers. sed pone, nu. 6. & nonnulla alia, quæ non viderentur nimis ad rem facere.

Pro resolutione igitur aduertendum est in praxi, triplicitèr posse, eam quæstionẽ considerari, Primo in actione hypothecaria. Secundo in actione personali, vbi agitur ad debitum. Tertio in spolio priuilegiato, iuxta formam Ritus; in hijs enim casibus potest adaptari casus, in quo probabiliter possit pretendi ab actore, constare de iure suo, & iuxta illud hodie constat, hodie agatur; impedire restitutionem possessionis. in actione enim hypothecaria, si agatur virtute contractus, in quo res aliqua sit hypothecata; per obstensionem contractus, videretur de suo iure docere; & ita in actione personali, si ageretur ex contractu non habente forte exequutionem paratam.

Quantum ergo attiner ad actionem hypotecariam. Specul. in tit. de contumac. §. sequitur, vers. sed pone determinat, quòd si constat de debito, & obligatione possit creditor missus impedire restitutionem possessionis; motus ea ratione quia rei hypothecatæ habet retentionem l. per retentionem, C. de vsur. l. is consequenter, §. pen. ff. fam. hercis. Specul. simpliciter refert & leq. Bar. in l. 3. §. genera in fine, ff. de acq. poss. vbi generaliter loquitur, quãdo creditor paratus est probare de hypotheca incontinenti; vt tunc non audiatur debitor. Sequitur Ang. ibidem motus ea ratione generali, dolo facis petere quod statim restituturus es. Roman. verò hanc opinionem dubiam esse, dicit; motus tamen leuibus argumentis, quibus respondet Alex. in d. § genera, col. pen. extendens etiam dictam conclusionem, in alijs possessorijs iuditijs, quod probatio oblata incontinenti impediat restitutionem; & dicit opinionem, Bar. & Specul. esse veram, & communem, quam etiam sequitur Ant. de Butr. in cap. quoniam frequenter, §. in alijs vt lit non contest. & Io. And. in tit. de primo, & secundo decreto, §. nunc videndum super, vers. in teali, Addo quod idem sequitur Imol. & Aret. in d. §. genera, col fin. & Iaf. ibidem. col. fin. in fine. subdens rationem generalem esse, quia in iudicijs, vbi possessio peruenit ad aliquem, ex iusta causa, authoritate Iudicis, si incontinenti offeratur probatio iuris obtinendi; tunc excluditur volens recuperare l. fin vbi Bar. Bal. & alij, &c. quorum bonorum cum alijs, de quibus ibi per Iaf. Addo quod Paul. de Cast. in l. si finita, §. Iulianus, num. 12. & 13. sequitur opin. Specul. imò eam extendit etiam in rei vendicatione, & sequitur ibi Alex. nu. 68. Bolognius, nu. 124. licet eam opinionem dubitabilem, dicit Michael. Vrcurius in rep. d. §. Iulianus, num. 164. vers. alio modo. Et sic vere hæc opinio est communiter receepta, quam etiam sequutus est Decius, consil. 449. num. 22. & decis. Pedamont. 34. num. 17. Circa eam tamen puto esse aduertendum in praxi; quia Doctores in locis, loquuntur tam si agatur hypothecaria contra extraneum, quam si agatur contra debitorem, vtroque enim casu dicunt agi, ad auocandam possessionem, rei obligatæ,

& ob

& ob id ſi in eam miſſus ſit creditor, & velit docere in continenti, & probare de debito, retinebit illam. Sed caſus quo agitur contra debitorem de ratho in Regno contingit; quia in caſu quo de debito adſit contractus publicus, vel agitur contra illum debitorem via exequutiua infra decennium, vel per viam cedulæ poſt decennium; ego numquam vidi agi contra debitorem actione hypothecaria, poſſet tamen contingere, quando inſtrumentum non eſſet de caſibus, de quibus in Ritu, vel in caſu, quo non contineret expreſſam & præſentem obligationem, iuxtà ea quæ inferius loco ſuo dicentur; in caſibus vero vbi ageretur contra debitorem, ſine inſtrumento publico, & prætenderetur de debito, & hypotheca conſtare per teſtes; tunc difficulter obtineretur in practica, ſupradicta concluſio. Nam probatio in continenti dicitur fieri, quando ex inſpectione inſtrumenti conſtat de iure agentis, vel per confeſſionem patris: alioquin quando probatio fit per teſtes, non dicitur facilis, nec in promptu, Dec. in cap. ſæpe. 2. col. de app. dec. Pedamont. 26. n. 16. & quantumcunq; in hoc ſint veræ opiniones, relatæ ab Achil. Perſonal. in tract. adipiſc. poſſ. nu. 408. inter quas illa videtur receptior opinio, quòd totum conſiſtat in arbitrio Iudicis: ego arbitror ſemper Iudicem eſſe arbitraturū, vt probatio quando per teſtes offertur, non eſſe talem in materia de qua agitur; cum teſtes non probent. niſi dato termino, Bar. in extraug. ad reprimend. & Rom. vulg. conſ. 319. & ob id ſit neceſſaria proceſſus compilatio; interim ergo conueniens non videtur, vt reus volens purgare contumaciā & recuperare poſſeſſionem, quod non audiatur, & ob id ex præmiſſis concluditur quod in praxi ſupradicta concluſio derato poterit obtineri, & practicari.

Si vero agatur actione perſonali; tunc alia eſt difficultas, cōtra prædictā cōcluſionē: quia tunc ex forma Ritus, qui in hoc ēt eſt cōformis iuri communi; creditor mittitur in poſſeſſionem, pro menſura debiti declarati, & tali caſu non diceretur acquirere aliquam poſſeſſionem, ſed tantum quandam detentionem, & meram cuſtodiam, vt poſt Bar. tradunt omnes communiter in d. §. genera, & in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto; quo fit, vt ceſſent omnes rationes conſideratæ à Doctoribus, in ſupradicta concluſione; quia ſi actio eſt, ratione retentionis, de qua per Specul. non poteſt dici retineri poſſeſſio à creditore, qui eam non habet: ſimiliter ſi ratio eſt illa de qua per laſ. pari modo ceſſat, cum vt dictum eſt, creditor nullam habeat poſſeſſionem eam; & tandem illa ratio quod dolor facis petere &c. ceſſat, quia vbi agitur actione perſonali, ad debitum, non agitur, vt res directè tradatur, vel ad eam condemnetur debitor; ſed tantum vt debitum ſoluat; & ideo lata ſententia condemnatoria ad ſummam debitam, in agendum eſt exequutiué, & non niſi ſequuta adiudicatione, iuxta formam Ritus, agi poteſt de rei adiudicatæ traditione; & ideo in caſu vbi ageretur actione perſonali, pro debito, vt loquitur Ritus, ſupra dicta concluſio non poteſt practicari in præmiſſis; vide Fanū de pigno. par. 3. ſecundo memb. nu. 6. poſſet forte practicari, quando ageretur actione perſonali exempto, vel aliter, in caſu quo petitio eſſet, vt res traderetur: tunc enim poſſet procedere, aliqua, ex rationibus ſupradictis; vel etiam vbi cum perſonali; etiam eſſet hypotheca, quia tunc ratione coherentiæ actionis hyrothecariæ, acquireretur poſſeſſio, vt declarat Aret. in d. l. 3. §. genera in fin. de acquir. poſſ. & hoc poſt annum, vt Aret. loquitur. Cæterum infra annum, ſi creditor agit actione perſonali, & fuerit miſſus in poſſeſſionem pro menſura debit, & debitor voluerit recuperare purgando contumaciam; tunc an creditor poſſit impedire allegans hypothecam, & incontinenti offerens probare; in hoc caſu, Bal. in authen. ei qui iurat, nu. 18. verſ. ſed tunc quæro, voluit, quod non, niſi habeat ex contractu licentiam, ingrediendi propria authoritate, & hanc opinionem ſequutus eſt Saly. ibidē in 12. quæſt. & eam declarat Aret. in d. §. genera in fin. quæ opinio non eſt contraria opinioni, Bar. & communi; quia loquitur quando actum eſt ſola actione perſonali, & ex prædictis colligitur reſolutio eorum, quæ dicebam, quod cum creditor agit actione perſonali, non procedit concluſio, Bart. & aliorum: quando ſcilicet ageretur ſola actione perſonali; & opinionem, Bal. & Saly. vbi ſupra, ſequitur Barb. in cap. quoniam frequenter, §. in aliis. num. 48. vt lit. non conteſt. ſed in his casibus difficultas eſt, in modo probandi incontinenti, vt ſupra dictum eſt.

Cæterum quantum attinet ad iuditium poſ-

possessorium, vbi ageretur spolio priuilegiato de recenti, posset satis probabiliter dubitari, de supradicta conclusione, tam si probatio extremorum, vt dicatur constare de spolio, fieret per acta, & instrumenta publica, vel partis confessionem; quam etiam si fieret per testes; In primis enim casibus procedit clarè prædicta conclusio, ex hijs præsertim quæ tradit Alex. in d. §. geneta, volens in omnibus iudicijs possessorijs, non esse restituendam possessionem, vbi ex iusta causa petuenit ad actorem, Iudicis authoritate, & hoc tanto magis procedere videtur, in odium spoliantis, si de spolio, ita clarè constaret.

Verum quando per testes fieret probatio extremorum, & raliter incontinenti offeretur, ad huc quoque idem dici posset, ea particulari ratione, quia in spolio priuilegiato, ex forma Ritus, productis testibus, nihil aliud remanet agendum, nec dandus est terminus aliquis, aduersus, testes, nulla ergo necessaria est processus compilatio. quantum attinet ad possessionis restitutionem, vt inferius loco suo dicetur. Merito ergo procedit illa ratio, quod dolo facis &c. & procedunt quoque aliæ rationes superius à Doctoribus considerataæ. Arbitror tamen, supradicta procedere, vbi probatio fieri deberet, per testes præsentes; alioquin si probatio fieri debetet, de longinquo, adeo vt verisimile esset; arbitrio Iudicis, non diceretur incontinenti posse fieri, vel quid aliud in facto, militaret, vt Iudicis arbitrium regulari posset, in admittendo reum contumacem, ad recuperationem possessionis; tunc forte prędicta conclusio non esset admittenda; super quibus tamen arbitror esse cogitandum. Addo etiam, quod Barbat. in d. §. in alijs, cap. quoniam frequenter vt lit. non contest, vbi tenet contra hanc opinionem, tametsi illam admittat, vbi notorie constaret de non iure rei, volentis recuperare, vt per exemplis per eum positis, nu. 43.

Postremo aduertendum est etiam, quia si bene consideretur dispositio Ritus, posset attentari, supradictas conclusiones in Regno, non posse procedere; nam ille ponit sectam formam, prout in cæteris omnibus dispositis à Ritu dicunt Docto. nostri in Regno esse dicendum; & in casu vbi reus contumax compareat, determinat esse restituendam possessionem, certo modo vt in eo; sin autem non compareret; tunc vultius commune esse seruandum. Ex hijs verbis infertur, quod in primo casu, certa tradatur regula, & forma, etiam exorbitans à iure communi, & sic vt omnino sit restituenda possessio. Quia si in hijs voluisset Ritus se conformari dispositioni iuris communis, vel dixisset, vel non expressisset, illud esse seruandum, in casu non comparitionis; tanto magis quia in primo casu in omnibus, Ritus est conformis iuri communi, & nisi dicamus in hoc alterare dispositionem illius, in omnibus seruanda esset dispositio iuris communis, & frustratorie videretur appositum in fine ius commune seruetur, maxime quia loquitur per verba aduersatiua, ibi si vero non; Cogita tamen quia ab alio non vidi esse in hoc consideratum.

QVÆSTIO III.

1 *Reus comparens volens recuperare possessionem reficiendo expensas si impediatur ab actore volente docere de iure suo, & interim labatur annus, an tunc dicatur non perseuerare incontumatia.*

2 *Oblatio verbalis, quando in hoc sit sufficiens.*

SED successiue quæro, & erit tertia quæstio, quæ alias vidi in facto agitari. Pone quod actore in misso in possessionem, reus prætendat recuperare possessionē & fiat contradictio, ex supradictis in precedenti quæstione, quod res non sit restituenda, & dum de hoc agitatur, interim labatur annus datus à iure; an eo lapso, actor dicatur effici, verus possessor, & reus non admittatur, nisi ad dicendum de proprietate. Ista quæstio vt dixi fuit alias de facto agitata, inter quosdam de Rosignano, & de Lambardi, & Venetiano, coram Magna Curia in primis annis mei doctoratus, in qua tunc sedebat Spet. Io. Guglielmus Boninconttro, qui pro parte actoris cōsidetabat, solum lapsum anni sufficere, vt actor missus in possessionem, efficiatur verus, & irreuocabilis possessor; & tametsi Alex. in cons. 208. in 7. velit in actione reali requiri, secundum decretum tamen contrarium voluit Barb. in cap. quoniam frequenter, §. inalijs, col. 18. vt sic non contest. de quo art. dicetur in sequ. quæst.

& in

& in caſu, qui tunc agebatur, actor fuerat, per cedulam confirmatoriam, in poſſeſſione confirmatus; tametſi prætendebatur, ex malis quod illa cedula fuiſſet nulla, & ob id dicebat, quod dato quod fuiſſet nulla; quia tamen non erat neceſſaria; lapſus anni ſufficiebat; ſed ego tunc dicebam contrarium eſſe dicendum; quia tametſi admitteremus opinionem eſſe veram, & in caſu de quo agebatur procedere, nempe, quod actor per oblationem probationis incorrigenti iuris ſui, potuiſſet impedire poſſeſſionem reſtitui; tamen non poteſt negari, quod reus ſi comparet, vt velit reficere expenſas, & purgare contumaciam, ſi ad id non admittatur, excuſari quantum ad hoc, vt non dicatur in cõtumacia perſeuerare, quantum enim in ſe eſt facit quod potuit, quo fit vt non dicatur amplius contumax; tum quia comparet, tùm quia vult facere omne id, ad quod ex forma iuris, & Ritus, tenetur, pro purganda contumacia, & ita eſt de intentione omnium Doctorum in d. §. genera, & in d. § Iulianus, & clariſſime dicitur à Riru ibi dum dicit; ſi reus in contumacia perſeuerauerit. Perſeuerare autem non dicitur qui comparet, & vult implere, quod ex ſui parte implendum eſt; alioquin illa oblatio actoris, duo operaretur, Alterum eſt quod reſtitutio poſſeſſionis impediretur. Alterum quod faceret reum perſeuerare in contumacia, quod non dicunt Docto. prælegati.

Nec obſtat, quod tunc dicebatur reum realiter non feciſſe depoſitum exſpenſarum, ſed verba aliter tantum, offerebat velle ſoluere expenſas, quæ oblatio verbalis non eſt ſufficiens, vt dicunt Docto. in d. §. Iulianus, & tradit Tiraquel. de retract. conuenir. ſed reſpondebam dupliciter. primo, quia in recuſante accipere, ſufficit verbalis oblatio. Doct. in l. qui Romæ in princ. ff. de verb oblig. Tiraquel. vbi ſupra, num 21. Boer. deciſ 124. Secundo quia tunc neſciens reus, ſummam expenſarum, fieri fecit iniunctionem, vt preſentaretur tabula ipſarum, aduerſus quam actor ſupplicauit, & petijt quod reus non admitteretur, ad purgandam contumaciã; quia de iure ſuo conſtabat; & dum ſuper articulo litigaretur, lapſus fuit annus; & licet etiam eſſemus in caſu quo reus iniuſte litigaſſet in articulo, non tamen poterat prærendi, quod ipſe erat contumax, quia imò volebat contumaciam purgare, vt dictum eſt. quo fit vt non ſit locus, diſpoſitioni Ritus, quia vere non poteſt dici in contumacia perſeuerare, & ita tandem fuit tunc deciſum per Magnam Curiam.

QVÆSTIO IV.

Verba in Ritu cauſa rei ſeruandæ quid importent.

1 *Actor an efficiatur verus poſſeſſor infra annum licet reuocabiliter.*

2 *Opinioni legiſtarum ſtandum in terris imperij.*

3 *Opinionem Specul. & Affl. non eſſe ſeruandam in praxi.*

QVARTO quæro, quid importent in Ritu, illa verba actor rei ſeruandæ cauſa, mittendus eſt Et pro intelligentia quæſtionis, aduertendum eſt: quia inter ius canonicum, & ius ciuile, eſt magna differentia, an etiam in actione reali, † actor efficiatur verus poſſeſſor infra annum, licèt reuocabiliter: communis enim opinio iuriſtarum eſt, vt dictũ eſt ſupra; quod miſſus efficiatur verus poſſeſſor, reuocabiliter tamen; cui opinioni eſſe ſtandum tradit Fan. tract. de pingo. in ſecundo memb. 3. partis, num. 6. in fine. Cum opinione tamen canoniſtarum, tenet larè Michael. Vccurr. in rep. §. Iulianus, num. 223. & opinio hæc eſt, vt infra annum, miſſus, ſit tantum cuſtos, & detentor, & ob id poſſeſſio datur cauſa cuſtodiæ, ſeu cauſa rei ſeruandæ; occaſione igitur huius controuerſiæ, inter Canoniſtas, & legiſtas, nonnulli voluerunt attentare, & fuit in cauſa quor undam de lucido, quod diſpoſitio Ritus, in hoc adhærat diſpoſitioni iuris canonici; nam cum velit miſſum poni in poſſeſſione, cauſę rei ſeruandæ, ſequitur quod voluerit illum fieri tantum deremptorem, & cuſtodem: ita expreſsè dicit d. Abbas in cap. quoniã frequenter, §. in alijs, n. 10. in fine, & quod miſſio cauſa rei ſeruandæ non operetur acquiſitionem poſſeſſionis, tradit etiam vt ipſe dicit inconuincibil ter. Vrcurr. d. nu. 223 pro iſta quoque opinione poſſet conſiderari Ritus, dum eo non compareute poſt annum, voluit ius commune ſeruari. Ergo à contrario ſenſu, infra annum videtur

tur nouam diſpoſitionem facere, nempe quod poſſeſſio, ſit tantum cauſa rei ſeruandæ, & cauſa cuſtodiæ, & iſtius opinionis videtur fuiſſe d. Io. Aloyſius Septimus, relatus à Cumia ſuper hoc Ritu, nu. 61. mihi tamen hæc opinio, nec impuncto iuris, nec in praxi placuit: in praxi quidem, quia ſi Ritus tantum daret detentionem cauſa cuſtodiæ, non daretur poſſeſſio expulſo antiquo poſſeſſore, ſed vtique deberet in re ſtare, vt tradit Specul. in tit. de 1. & 2. decreto, §. ſequitur, nu. 7 quo incitato idem tradit Fan eo tract. de pigno. d. ſecundo memb. tertiæ par. ante nu. 6. verſ. inſuper aduerte, & tamen practicamus, quod poſſeſſio datur expulſo primo poſſeſſore; & quandoque vt dictum eſt ſupra, in præcedenti quæſtione dubitatum eſt; an poſſeſſio recuperetur comparente reo, & volente purgare contumaciam.

In puncto iuris quoque nō videtur Ritus, voluiſſe derogare iuri communi, ſecundum opinionem legiſtarum; † quæ opinio in tertijs Impetij, & Regis, ſemper præferenda eſt opinioni Canoniſtarum iuxta ea quæ habētur in cap. ſi duobus de appel. & per glo. in cap. 2. de arb. lib. 6. & in ſpecie dixit Barb in cap. quoniam frequētet, nu. 49. ver. & per conſequens. Tenendo etiam opinionem, nec obſtant illa verba cauſa rei ſeruandæ, quia indiuiduo reſpondet, poſt glo. ibi Afflict. in conſt. Regni rei vendicatione, col. 2. nam in ea conſt. appoſita ſunt, eadem verba, & nihilominus, Afflict. poſt. glo. & Iſer. determinat illa verba operari, quantum ad hoc, vt talis poſſeſſio ſit reuocabilis, infra annum comparente reo, purgante contumaciam: idem repetit idem afflict. nu. 8. vbi licet ex tenore illorum verborum, videretur inferri poſſe, conſtitutionem Regni reſidere cum Canoniſtis, tamen dicit glo. quam ſequitur Afflict. talia verba habent illum ſenſum, vt dicatur effici poſſeſſor reuocabiliter, taliter immiſſus: idem ſubdit Afflict. in 3. notab. num. 9. procedere, quando Iudex mitteret actorem, in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ; quia tūc eius prouiſio intelligeretur, modo quo ſupra; Addit tamen vnum quod videtur notabile, nempè quod ſi pars peteret ſe immitti in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruandæ, quod tunc non eſſet mittendus, niſi cauſa cuſtodiæ, nec efficeretur poſſeſſor, etiam reuocabilis; allegat Specul. in tit. de primo & ſecundo decreto, §. ſequitur, verſ. quid ſi hoc petitum ſit, num. 7. vbi in effectu vult Specul. eſſe inſpiciendum partis, qui ita ſatue petijt; & ideo aduertendum eſſet in practica in modo petendi, ſed licet magna ſit authoritas Specul. & Afflict. qui ſimpliciter eum ſequitur, mihi hec opinio non placuit, nam non video quid repugnet, vt verba petētis immiſſionem, exponantur eodem modo, quo verba conſtitutionis, & prouiſionis, ac decreti Iudicis, & ſi illa verba cauſa rei ſeruandæ, in ſtatuto & in decreto Iudicis, exponantur quantum ad hoc, vt poſſeſſio ſit reuocabilis; quare idem non fiat in verbis petentis; nulla ratio ſuadet, tanto magis, quia petens non poteſt alterare diſpoſitionem ſtatuti, nempe Conſtitutionis Regni, & Ritus, nec poteſt petere, niſi eo modo, quo diſponitur in eis, † & ideo arbitror opijnionem hanc Specul. & Afflict. non debere ſeruari in praxi, prout re vera non video ſeruari, nam ſiue in Curia, ſiue in extra Cur. petatur quod ob contumaciam rei, ponatur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & facto mandato Iudicis inde datur poſſeſſio actori; & expelluntur reus & eius coloniji in tantum quod praxis etiam ſtante petitione prædicta admittit quod poſſeſſio non detur cauſa cuſtodiæ tantum, ſed vt actor efficiatur verus poſſeſſor in actione reali, licèt reuocabiliter; nam ſi hoc non eſſet, non deberet expelli primos poſſeſſor, per ea quæ diximus ex eod. Specul & Fan. locis prælegatis Et hęc notanda ſunt, quia ab alio non vidi bene diſcuſſa, & Moder. ſcribentes ſuper Ritu, ſicco pede, more eorum ſolito, pertranſeunt. Nec videntur bene deguſtaſſe ſupradictas difficultates.

1 2 3

QVÆSTIO V.

1 *Anni laſſus abſque alio Curiæ decreto reo perſeuerante in contumacia an ſufficiat vt actor efficiatur incommutabilis poſſeſſor.*

2 *Interpoſitio ſecundi decreti poteſt fieri infra annum,*

3 *Terminus anni ad interpoſitionem decreti an poſſit abreuiari.*

QVIN-

1 VINTO quæro, † an lapſo anno, & reo in contumacia perſeuerante, actor efficiatur verus, & incommutabilis poſſeſſor, abſque alio Curiæ decreto, vel ſit opus decreto, ſeu cedula confirmatoria; & iſta quæſtio etiam fuit ventilata, & diſputata per me in cauſa dictorum de lucido; & in hoc primo eſt conſiderandum, quod ex ſtilo curialium, lapſo anno ſolitum eſt fieri cedulam confirmatoriam poſſeſſionis; quæ videtur habere vim decreti. Potuit tamen iſte ſtilus habere originem, ob controuerſiam opinionem legiſtarum, & canoniſtarum; nam etiam in caſu quo, per immiſſionem non quæratur poſſeſſio, niſi cauſa cuſtodiæ volunt DD. ſtante Iudicis decreto, acquiri veram poſſeſſionem, glo. in l. 3. §. duab. ff. de damn. infect. Bal. in authen. ei qui col. 5. C. de bon. auctoritate Iudicis poſſ. Alex. in l. 3. §. fin. ff. de acq poſſ. Fan. in d. 2. memb. tertiæ partis, nu. 6. verſ. fallit autem.

Punctus ergo eſt, an rale decretum ſit neceſſarium, quamcunque opinionem teneamus, ſiue legiſtarum ſiue canoniſtarũ, & quod de iure conſtitutionum Regni non ſit neceſſarium, licet ad cauthelam poſſit fieri, determinat Aſſl. in d. conſtit. rei vendicatione, nu. 4. de iure Regni; nec etiam videtur bene ab alio tactum, nam moderni ſcribentes d. nu. 61. relato Io. Aloyſio Septimo; Videntur potius dicere, non eſſe neceſſariũ, ſecũdũ decretũ, ſed contẽtiũ mera relatione DD. in locis ordinarijs.

Pro reſolutione igitur huius quæſtionis arbitror eſſe tenendum, vt alias dicebam non eſſe neceſſarium aliquod ſecundum decretum, nec aliquam cedulam, ſed lapſum ſolum anni operari effectum; quod miſſus efficiatur verus, & perpetuus poſſeſſor in actione reali; quamcumque opinionem teneamus, ſiue legiſtarum, ſiue canoniſtarum: attenta quoque diſpoſitione Ritus, ac Regni conſtitutionibus; & ſi quidem teneamus opinionem legiſtarum, reſt ſine tanta difficultate, cum infra annũ admittant legiſtæ, miſſum verè poſſidere, licet reuocabiliter; difficultas tamen eſt, ac tenta opinione canoniſtarũ, ſecundũ quã non habet miſſus niſi merã cuſtodiã, & ſolã detentationẽ, quo fit vt videatur nõ poſſe poſt annũ efficiverũ poſſeſſoré, nõ quæſita prius poſſeſſione, animo & corpore, l. 1. §. in ammittenda, ff. de acq poſſ. nec ibi data, per Iudiciale decretũ, & cedulã, ſed videtur fuiſſe in cauſa, vt ex ſtilo fieret cedula confirmatoria, quæ ex præmiſſis nonvidetur fieri ad cauthelã, ſed ad neceſſitatẽ.

Sed vt dixi, et iam retenta opinione Canoniſtarum, ſolus lapſus anni ſufficit vt is, qui infra annum eſſet merus cuſtos, poſt illum efficiatur verus, & incommutabilis poſſeſſor; tex. eſt ad litteram in cap. quoniam frequenter, §. in alijs vt lit. non cõ. qui tex. licèt loquatur per verbum futuri temporis, ibi verus conſtituetur poſſeſſor, & ob id glo. in v er. conſtituetur, quærit, an talis conſtitutio fiat à Iudice, nihilominus concludit, & determinat. quod abſq; alio decreto, ex ſolo curſu temporis conſtituitur poſſeſſor, & ad cauthelam poterit impetrari decretum, tametſi in perſonalibus ſit neceſſarium, gloſſ. ibi ſequitur Innoc. n. 7. verſ. & ſcias; ſubdens, quòd ſi à parte peteretur deberet dari; & in perſonalibus dat modum impetrandi ſecundum decretum; ſequitur Ioan. Andreas ibidem in nouella, col. 10. circa medium, reprobata opinione Vincentij gloſatoris; idem tenet Ant. de Buttio ibidem; vbi tandem relatis opinionibus diuerſorum, concludit comunem opinionem eſſe, quacumque opinione retenta, quod poſt annum miſſus fiat verus poſſeſſor, ſolo iuris miniſterio, & non requiratur ſecundum decretũ in realibus, & idem firmat in cap. contingit, nu. 11. de dolo & contumacia, idem tenuit D. Abb. in d. §. in alijs vbi, nu. 21. dicit hanc eſſe opinionem communem legiſtarum, & canoniſtarum, & idem num. 42. confirmat, licet addat, vt magis grauetur reus, poſſit interponi ſecundum decretum, de quo in ſerius dicemus pro reſponſione ad nonnulla, quæ alias in contrariũ allegabantur Idem plene tradit idem Abbas in cap. 1. nu. 5. & 6. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſarei ſeruandę ſequuntur quoque Anchar. in d. §. in alijs & in d. cap. contingit de dolo & contum. ſequitur etiam Soc. in d. §. in alijs in fine, docens hanc eſſe cõmunem opinionem legiſtarum, & canoniſtarum, quod etiam dixit idem ſequtus Barb. ibidem, nu. 49. ver. idem dicitur hic Bellamera ibidem in finalibus verbis, Car. Zabar. ibidem dicit eſſe notandum quod vna, & eadem poſſeſſio, ſolo anni curſu mutat formam, & ſpeciem, & dicebat Bal. in cap. contigit prima col. num. 1. de dolo, & contum. mirabile eſſe, quod ſine

actu corporeo quæratur poſt annum vera poſſeſſio, idque eſt, dicit ipſe, quia lex fingit actum corporeum, ideſt in poſſeſſione tum, & continuatum ob dolum, & contumaciam rei non comparentis; & cum prædicta opinione nempè, quod non ſit neceſſarium decretum, tenet idem Bal. ibidem præſertim, nu.4. & in d.§.in alijs, nu.8.& de iure conſtitutionum Regni iddem dicit Aſſli. in d.cõſtitutione rei vendicatione, nu.4. iſtud quoque admittunt omnes legiſte in d.§.Iulianus: cum ſine difficultate id procedat attenta opinione legiſtarum, vt dictum eſt ſupra.

Non obſtat illud in quo alias fiebat magnum fundamentum, nempe quod ſecundum magis cõmunem opinionem, in realibus interponitur ſecundum decretum, per tex.in l.à quo, ff. de dam.inf. Alex.in l. 3.§ genera, nu.29.& in conſ.208.nu.5.in.7. & omnes in d.§.Iulianus, & in d.§.in alijs. ex quo inferebatur quod fruſtratorie dicetur interponi, ſi abſq; ſecundo decreto miſſus in poſſeſſionem haberet veram poſſeſſionem, lapſo anno. Nam aduertendum eſt prædictam obiectionem procedere, ex mala intelligentia terminorum † nam interpoſitio ſecundi decreti, poteſt fieri poſt annum, & infra annum: de interpoſitione infra annum apud Doct. eſt aliquis conflictus; nam aliqui voluerunt, quod miſſo actore in poſſeſſionem, adhuc non lapſo anno poſſit Iudex ſtatuere terminum reo quo elapſo interponere ſecundum decretum, ad perpetuam excluſionem rei, non ſolum vt non poſſit audiri ſuper poſſeſſionem, quod faceret ſolus lapſus anni, verum etiam nec ſuper proprietate, notabiliter Abb. in d.§.in alijs, nu.42. ita quoque tradit Alex. in d.§. genera, nu.29.& in d.conſ.208.nu.5. in 7. vbi licet dicat quod non ſit neceſſe, tamen eſt vtile, ita quoque poſt Bar. & cõmuniter Doct. tradit Lud Bolign. in d.§.Iulianus, nu. 199.& ſeq. Vrcurrus ibidem, nu. 251. eſt bene varietas opinionum intra quantum tempus, debeat tale decretum interponi, & in hoc 8 opiniones refert, Menocch. de arbitr. Iud. lib.2.cent. prima caſu 7. quatũ vltima eſt, quod arbitrio Iudicis relinquatur, cum à iure non ſit definitum quamvti magis communem poſt repetentes in d.§. Iulianus, & infinitos alios ab eo relatos, ſequutus eſt Menocc. vbi ſupra num. 13. & neceſſario eam intelligere opportet, de ſecundo decreto interponendo infra annum, & ad effectum perpetuæ excluſionis; quia ſi de effectu, vt reus non audiatur niſi ſuper proprietate, iam tempus diffinitum eſt a iure, ideſt annus d.§. in alijs 2.& in d.§.Iulianus; & licet canoniſtæ in d.§. in alijs teneant contrarium; quod talis terminus non poſſit abreuiari, quam multis rationibus cõprobat in puncto iuris, dicens eſſe veriorem opinionem Michael Vrcurt. in d. §. Iulianus, nu.190. tamen cum non ſimus in terris Eccleſiæ hodie de ea non eſt curandum; tanto magis quia multi etiam ex canoniſtis, inter quos Abb. d. nu.42. admiſit eamdem opinionem legiſtarum procedere; eſt beneuerum, quod de iſta interpoſitione decreti infra annum, ego non vidi practicari in Regno, nec ſcribentes ſuper Ritu aliquid de hoc dicunt, idque eſſe potuit, vel ex eo, quod non videtur verisimilis tanta perſeuerantia rei, vt permittat ſe excludi etiam à proprietate, poſtquam poteſt cõparere & purgare cõtumatiam; vel ex eo quia Ritus videtur ponere formam, & videntur datæ indutiæ reo anni vnius, quod tamen ego non affirmarem, per ſupradicta. Vide tamen Aſſlict. in conſt. liquis poſt limitem, num.28. vbi ponens queſtionem illam quantum tempus debet diſtare inter primum, & ſecundum decretum, & referens opinionem quod ſit arbitrarium inde inquit in Regno per conſtitutionem, illã eſſe tẽpus determinatum anni vnius, & per pragmaticam in Regno Neapolitano per trimeſtre; & ob id ſorte in Regno reputatum eſt, quod Ritus determinet hoc tempus. Cogita tamen, vt cumque ſit, ego vt dixi circa hoc ſecundum decretum infra annum, nunquam vidi, nec audiui aliquid imptaxi fuiſſe, tentatum.

Difficultas eſt ergo de interpoſitione ſecundi decreti poſt annum; & in hoc videtur pugnare quidam ſtilus, & certa vana vox curialium, item, illa ratio, quia ſi poſt annum interponitur tale ſecundum decretum, ſecundum communes DD. videretur ſuperfluo fieri, ſi non eſſet neceſſe interponi. Hanc ergo difficultatẽ tollit prælegatus Michael Vrcurt. in de §. Iulianus, n.248. vbi vult, quod licet miſſus poſt annũ, abſque alio decreto, fiat inreuocabilis poſſeſſor; tamẽ poteſt interponi ſecundũ decretum, ad confirmandam poſſeſſionẽ, quã acquiſiuit lapſo anno, ad effectũ lucrãdi, fructus perceptos poſt annum

num, quos teneretur alioquin reſtituere, caſu quo reus audiretur in proprietate, & obtineret, vt ibi per eum: qui late hanc opinionem defendit, & comprobat. Sed vt tandem huic quæſtioni finem imponam, nihil mihi videtur repugnare, quod hic filius introduxerit hoc ad cautelam; nam cum omnes Docto dicant ad cautelam poſſe fieri, licet non ſit neceſſe, antiqui noſtri hanc cautelam voluerunt adhibere, vel vt partibus magis ſatisfieret, vel videntes nihil nocere, & modicam impenſam eſſe neceſſariam, pro abſolutione vnius cedulæ; quod tamen ex hoc inducatur neceſſitas, vt ſine tali cedula, & decreto iuris diſpoſitio coruat, & ſolus lapſus anni non ſufficiat, vt miſſus efficiatur verus poſſeſſor, nec authoritas, nec ratio aliqua, potuit vnquam me mouere ad ita dicendum. Quare concludendo arbitror ſine difficultate dicendum eſſe, lapſo anno effici miſſum verum poſſeſſorem, etiã nullo interpoſito decreto, & ſine alio miniſterio Iudicis; tametſi ad cautelam, & ad aliquos alios effectus, non dubitarem poſſe, & debere interponi, pro maioriſatisfatione partium, & hoc in rebilibus. Nam in perſonalibus ſecundum dicta tum eſt neceſſarium, cum ſolus lapſus anni non facia poſſeſſorem, vt tradit Laſ. in d. §. genera, nu. 60. & omnes in d. §. Iulianus, & in d. §. in aliis vbi de retentionem diuerſitatis. Sed de his hactenus; nõ enim mea intentio eſt omnia ventilare, ſed ea tantum in quibus alias vidi controuerſiam fieri, & digna ſunt diſcuſſione.

QVÆSTIO VI.

Terminum anni an poſſit prorogare Iudex ſicut poteſt abreuiare ad interpoſitionem ſecundi decreti.



ESTO quarto, quia in precedenti quæſtione dictum eſt, ſecundum magis communem opinionem, poſſe, infra annum, arbitrio tamen Iudicis, abbreuiari terminum anni, ne dum ad effectum excludendi rerum, à poſſeſſione, verum etiam, & à proprietate, an è conuerſo † liceat Iudici prorogare terminum eiuſdem anni, vt poſſit reus purgare contumaciam poſt annum, & conſequenter, an *Iudici liceat*, prorogando terminum impedire diſpoſitionem iuris communis, quod ex lapſu anni actor non fiat verus, & incommutabilis poſſeſſor. Eſt pulchra quæſtio, & practicabilis. Et prima fronte videretur poſſe faciliter reſponderi pro parte affirmatiua; quia ſi Iudici licet, in fauorem actoris abreuiare terminum, eodem modo, immo multo magis videretur poſſe prorogare illum, in fauorem rei, tum quia agitur de maiori prætudicio rei, tum etiam quia eadem ratio videretur militare, quantum ad poteſtatem, & iuriſdictionem Iudicis, ad quod poſſunt conſiderari multa, quæ tradit Vrcurr. in d. §. Iulianus, num. 190. dum tenet opinionem canoniſtarum, non licere Iudici terminum abreuiare, & præſertim quia non poteſt alterare dilationem datam à iure, ſine miniſterio iuris ſecundum tradita in l. 2. ff. de re Iud. pro parte tamen negatiua videretur poſſe conſideratio, ſuper quo fundantur omnes deciſiones Doctorum, in d. §. Iulianus, & in d. §. in aliis; nempe contumacia rei, in cuius odium prædicta omnia ſtatuta ſunt; & ob id agrauandum ipſum, & vt eius contumacia puniatur, cautum eſt, vt infra annum, etiam poſſit ſibi terminus prefigi, vt declarat Abb. d. num. 42. & aliſi ſupra allegati; quæ ratio multo magis militaret poſt annum, ſi ad hoc ipſe vellet vlteriorem terminum; qui non videretur, ei indulgendus ne magis contumacia ipſius nutriatur, & fomentur; niſi forte diceremus, ſaltem debere poſſe fieri, quando Iudici ex cauſa videretur talem terminum poſſe prorogari, puta ſi reus allegaret infirmitatem, paupertatem, vel aliquod impedimentum, per quod ita poſſet arbitrari. Videndum eſt ergo an ſaltem aliquo caſu poteſtatem habeat Iudex, talem terminum prerogandi, vel in totum ſit erablata poteſtas, ex vigore diſpoſitionis iuris ciuilis, & canonici iſtam ego quæſtionem ex profeſſo non video tangi à Doctoribus in d. §. Iulianus, eſt verum quod Alex. ibi, num. 66. in ea quæſtione, vt Iudex poſſit terminum anni abreuiare pro affirmatiua; quæ eſt communis legiſtarum, vt dixi inter ceteros allegat Roman. in l. 2. ff. de re Iud. Addens quod idem Romanus ibidem vult, quod ſimiliter Iudex poſſit terminum prædictum augere, nec aliter eius opinionem diſeruit. Roman. ergo in d. l. 2. nu. 35. quæſtionem ponit, & determinat, quod Iudex

poteſt terminum anni moderare, diminuiue (vt vtar eius verbis) cauſa tamen cognita; & pariter poteſt moderare augumentatiue, allegat tex. ad hoc in cap. cum veniſſent de eo qui mittitur in poſſeſſionem cau. rei ſeruand. tametſi Hoſtien. ibi diuinando intelligat illum tex. procedere ſecundum loci conſuetudinem, addo eumdem Roman. eamdem opinionem tenere, in ſuis ſingularibus, ſing. 414. incip. ille contra quem facta eſt miſſio, vbi ad hoc allegat in ſpecie Dyn. in reg. indoctum de reg. iur. lib. 6. per tex. in d. cap. cum veniſſent: licet Hoſtien. & Io. And. teneant illum tex. probedere ſecundum loci conſuetudinem. Sed contra Roman. Reperio quæſtionem nouam ponere, & decidere Andream Barb. in d. cap. quoniam frequenter, S. in aliis, nu. 19. verſ. ſed quero de vno quod ſibi videbatur nouum, & intereſſet ea prolatione nouæ & vrgenti, allegat gloſſ. in cap. ſæpe contingit de appellat. dum vult, quod dato termino appellanti, eo elapſo, non amplius poteſt Iudex facere gratiam, cum deſerta appellatione, ius quæſitum ſit parti, quod Iudex tollere non poteſt; & propter hanc rationem quam melioram non dicit poſſe allegari, & eam exaltat horridis modis, tenet contra Roman. ſequendo opinionem Hoſtien. & Io. And. in d. cap. cum veniſſent. Sed paruæ mihi tantum vim; quia ex hac ratione ipſe defendit non bene intelligere determinatis quæſtionem; nam aliud eſt facere gratiam, & augere terminum poſt lapſum ipſius, & poſtquam quæſitum parti, & aliud eſt ante lapſum terminum illum prolongare, prout vere dicitur prorogatus antequam terminus labatur. Primo enim caſu quia iuri quæſito nemo poteſt Iudex derogare, ſine dubio procederet opinio contraria, in quibus terminis procedunt tradita per gloſſ. & Doctos. in d. cap. ſæpe contingit, & in pluribus alijs locis; & hæc non eſt quæſtio noſtra. Secundo vero caſu vbi ante lapſum termini Iudex vellet prorogare, cum non dum ſit ius quæſitum parti, videretur poſſe à Iudice hoc fieri. Sed contra hanc opinionem ſtiuolliſſima eſt ratio Barb. ſupradicta. Addo ego quod Roman. ſuis d. ſing. 414. licet ut eor ſit in numeris allegat, & refert Dec. in cap. cum ſit Romana, nu. 10. dum facit regulam poſt Doctores quos refert, quod Iudex ex cauſa, omnem dilationem iuris poteſt alterare; ſed infra nu. 13. loquendo in termino appellandi, & in termino proſequendi appellationem, concludit non poſſe prorogari, eo quia terminus eſt datus in odium negligentis; immo à ceſſante ratione poteſt e contrario talis terminus reſtringi; quæ ratio tollit illud de quo ſupra dicebamus eſſe durum quod Iudex poſſit terminum anni reſtringere, & abreuiare, non autem prorogare nempe ob contumaciam citati; Patri ergo ratione videretur Dec. poſſe allegari contra opinionem Romani licet antea d. nu. 10. ipſum ſimpliciter referat, ob quam relationem. Nic. Pignolatus in addi. ad Roma. in d. Sing. 414. cum opinio Rom. citat etiam Decium vbi ſupra, iple tamen concludit veriorem eſſe opinionem Hoſtien. & Io. And. licet dicat ius, tex. in cap. cum veniſſent, & videtur velle quod in tellectus datus ad illum tex per Hoſtien. & Io. And. ſit verior: de principali autem quæſtione nihil videtur concludere determinate, prout quoque facit Ripa in l. 2. num. 16. in fine ff. de re iud. citans Rom. d. Sing. 414. vbi dicit illum tex. nihil facere, cum loquatur de conſuetudine loci, ni fallor. Negari igitur non poteſt, quod opinio non ſit controuerſa propter authoritates, & rationes prædictas, mihi in eſſe tu videretur concludendum, quod abſolute, & ſine iuſta cauſa Iudex non poſſet talem terminum prorogare, per rationes deductas per Doct. locis prælegatis maxime à Decio in d. c. cum ſit, num. 10. cum ſeq; ex magna tamen, & iuſtiſſima cauſa poſſet, vt puta ob infirmitatem, paupertatem, vel ſimile, aut maius impedimentum, vel ex eo quod ex hijs excuſaretur negligentia, & contumacia, vel etiam quia iura, & Docto. admittunt ex magna cauſa Iudicem poteſtatem habere alterandi dilationes à iure ſtatutas, ſeruatis tamen hijs, quæ tradit idem Decius in d. cap. cum ſit præſertim, num. 17. in hijs terminis expreſſe loquitur Romanus in d. l. 2. dum vult quod Iudex poteſt moderare diminutiue, cauſa cognita. & pariter inquit augumentatiue; illa ergo cauſæ cognitio ſecundum Roman. continet id quod dicebamus poſſe id Iudicem facere ex magna, & iuſta cauſa, & idem ſentit (licet loquatur in abreuiatione) Vrcur. in d. S. Iulianus, nu. 190. in fin. licet etiam hoc relinquat cogitandum, pro qua opi-

mione

nione ego etiam addo Panhorm. conſ. 59. viſo teſtament. vol. . . . quem refert, & ſequitur Ripa in l. 2. nu. 16. ver. 4. fallit, ff. de reiudic. vbi vult, quod Iudex poteſt protogare terminum à lege datum, ad communeodam negligentiam, quando allegaretur impedimentum, talem negligentiam excuſans: & demum cum materia Broccardica ſit, ao ſcilicet Iudex poſſit alterare terminos à iure ſtatutos, & hinc inde vere ſint opiniones relatę à Ripa in d.l. 2. & tetenta quauis opinione, dantur fallentiæ, & declarationes: facis ſit prædicta adduxiſſe, quæ magis in ſpecie faciunt ad quæſtionem propoſitam, cum ſecundum qualitatem perſonarum, & varias circumſtantias, poſſit Iudex, in facti contingentia, ex ſupra traditis, & adductis per Ripam, & alios in prædictis locis arbitrari; an tale tempus ſit, vel ne protogandum.

QVÆSTIO VII.

1 *Actor vt debeat mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ an procedat indiſtincte etiam in bonis feudalibus.*

2 *Pheuda per cap. volentes ſunt redacta ad inſtar allodialium.*

3 *Diſpenſatio an debeat peti in adiudicatione quando ſit in perſonam non æque digna.*

1 SEPTIMO quæro, † an Ritus (de quo ſuperius actum eſt, procedat indiſtincte in quibuſcumque bonis, vt poſſit actor mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & omnia eundo alia; quæritur an Ritus huius diſpoſitio procedat in feudalibus. Hanc quæſtionem non ponunt ſcribentes ſuper Ritu, nec antiqui, nec moderni; & reperio tamen quod eam ponit de Gregorio in tract. de Iud. can. feud. q. 49. ſed perfunctorie, ac remiſſiuè, & vt arbitror non bene, nam inclinat ipſe in partem negatiuam; nempè quod talis miſſio non poſſit fieri, & conſequenter quod diſpoſitio iuris communis, ac Ritus, locum non habeat in feudalibus, motus quia ſicut in beneficijs eccleſiaſticis nō mittitur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ in c. 2. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ in 6. ita in feudalibus, cum ſine conſenſu ſuperioris concedi non poſſint: deinde ſe remittit ad tradita in conſt. Regni contumacem, & conſt. ſique poſt litem, & per Docto. ibi & ſic tenet Gregorius.

Pro reſolutione igitur, & veritate huius quæſtionis. Primo ſciendum eſt, Doctores poſt Bar. in d.l. ſi minita, §. de vectig. ponere iſtam quæſtionem, tam reſpectu primi, quam ſecundi decreti, & tam in actione damni infecti noxali, quam etiam in actionibus perſonalibus, at omiſſis alijs caſibus qui in Regno, aut raro, aut nunquam contingunt; intentio noſtra, non eſt examinare quæſtionem, niſi in caſibus de quibus in Ritu, nempè quando feudatarius citatus, ſiue reali, ſiue perſonali actione, eſt contumax; an actor poſſit immicti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, adeo vt ſiue compareat, ſiue non, lapſo anno, attendi debeat diſpoſitio Ritus; in actionibus igitur perſonalibus concludunt communiter Doctores in d. §. ſi de Vectigalibus vbi Alex. nu. 18. quod in ſubſidium poſſit creditor mitti in poſſeſſionem, ex primo, & ſecundo decreto; tamē alijs bonis non eſtantibus, l. qui ſtipendia C. de ex re. Iud. & in l. comodis, ff. de re Iud. queſtionem etiam hanc examinauit Lud. Bologuin. in Repet. d. §. Iulian. nu. 220. vbi poſt Doctores ibi per eum allegatos præſertim, Bal. in cap. Imperialem de probib feud. & in cap. 1. an agnatus determinauit, ſendum ipſum non poſſe capi, ex primo, & ſecundo decreto, ſed commoditas fructuum percipiendorum, ex feudo: ſic & attento iure communi feudorum, queſtio non habet difficultatem; eum feudatarius, nec expreſſe nec tacite poteſt feudum alienare, nec quoſcumque actus facere, per quos deueniri poſſet ad alienationem feudi, iuxta tradita in d. cap. Impetralem vbi omnes feudiſtæ notant præſertim Camerar. fol. mihi 18. & ſeq. de iure verò conſt. Regni extat cōſtitutio cōrum acē ſub. rub. de pena cōtumaciæ in ciuilibus cauſis, quę loquitur ante litem conteſtatā, & rub. ſeq. incipit ſi quis poſt litem, quæ loquitur poſt litem conteſt vtraque veto determinat, impetſonalibus, actionibus locum eſſe miſſioni ex primo, & ſecundo decreto, pro menſura debiti declarati, iuxta declarationem alterius conſtitutionis incip. quęſtiones iuris peritorum; in ſubſidium tamen hoc eſt, defectu bonorum al-

allodialium. In actione verò reali extat conſtitutio Regni rei vendicatione, quæ nihil loquitur de feudis, ſed conſtitutio ſequens incap. ſiue reali, ſiue perſonali preſupponens inſendalibus eſſe locum poſſeſſioni cauſa rei ſeruandę; tamen diſponit quod ſi poſſeſſor miſſus cauſa rei ſeruandę ante recuperatam poſſeſſionem aliquid Curię Regis pro ſeruitio feudi ſoluerit, nō poſſit aliter conuentus poſſeſſionem recuperare, niſi tali ſumma ſoluta, & prout in ea Afflict. in d. conſtit. contumacem, col. fin. in actionibus perſonalibus quoad primū decretum tradit, non poſſe interponi, niſi in ſubſidium, & quo ad ſecundum non niſi interueniente Regio aſſenſu, quod latius declarat idem Afflict. in d. conſtit. ſi quis poſt litem præſertim, nu. 10. & ſeq. In actione vero reali cum non poſſit cadere conſideratio in ſubſidium, neceſſe eſt preſupponere poſſeſſionem capi poſſe, cauſa rei ſeruandę principaliter, vt expreſſè tradit idem Afflict. in d. conſt. ſiue reali, nu. 2. ſubdens poſſe procedi ad ſententia, diffinitiuam, ſine aliquo aſſenſu Regio, cū ſententia, & eius exequutio non ſit alienatio per iura per eum ibi allegata, Addit quoque Afflict. ibidem in ſecundo notab. ver. vltra prædicta quero in feudis titulatis nec quidem in ſubſidium poſſe interponi primum decretum in perſonalibus, per tradita per Bal. in auth. ei qui iurat, col. 8. de bonis auth. Iud. poſſ. & in hoc allegat ſemetipſum deciſ. 265. & ita refert ſe nunquam vidiſſe, talia prima decreta in feudis titulatis interponi, cum Afflicto tranſeunt poſteriores in eomento dictarum conſtitutionum, & cum dictus de Gregorio ſimpliciter ſe remittat ad tradita ibi per Doctō. apparet ipſum ſenſiſſe etiam in Regno iſto procedere tradita in locis prælegatis.

Sed pareat mihi tantus vir ipſe in pluribus deſeeit. quia ſi in Regno noſtro voluit ſupradictae eſſe ſeruanda, prout verba ſuaſonant, maximum cepit errorem, vt ſtatim dicemus, ſin autem aliter ſenrijt, nimis oſcitanter, & ſiccopede quæſtionem hanc; quæ alioquin erat examinanda, & & diſcutienda, cum quotidie ſoleat, & poſſit in practica ventilari, pertranſiuit. Eſt ergo præſupponendum illud quod in Regno clariſſimum, & notiſſimum eſt, ſtante diſpoſitione capituli volentes † feuda eſſe redacta hodie ad inſtar allodialium quo ad alienationem, ſeruata tamen forma eiuſdem capituli, vt poſt omnes in Regno ſcribentes tradit Cannit. in rep. d. cap. Volentes ſol. mihi 13. nu. 43. & alibi ſepe præſertim, ſo. 22. num. 25. vbi id declarat quomodo ſit intelligendum; & poteſt feudatarius feudum alienare abſque aliquo conſenſu regio, & ad libitum abſque aliqua neceſſitate, Idem Cannit. poſt alios, ſol. 7. num. 2. & 3. idque ne dum procedit in feudo hęreditario, & in larga forma, verum etiam, & in quocumque feudo pacti, & prouidentiæ, quantum ad hoc vt alienatio valeat in præiuditium alienantis abſque aliquo conſenſu Regio, tametſi in præiuditium ſucceſſorum ſecus ſit, cum forma repugnet; declarant omnes in d. cap. Volentes vbi Cannit. ſepiſſime præſertim, ſol. 84. nu. 7. & 8. & in Regno eſt expeditiſſimum: & ob id in alienatione neceſſaria & iudiciali, quę fit ad inſtantiam creditorum patiter procedit, quod ſupradictum eſt; cum expeditiſſimum etiam ſit in Regno, diſpoſitionem, cap. Volentes procedere in alienatione neceſſaria, ſeu Iudiciali d. Blaſcus in d. cap. Volentes, Petrus de Gregorio tract. de conceſſ. feud. par. 8. Idem Cannitius d. cap. Volentes, ſol. 194. nu. 3. eum ſeq. Inſertur ergo ex præmiſſis, quod hodie in Regno, cum habeamus reggium conſenſum, non eſt neceſſe quod miſſio ex primo decreto, fiat in ſubſidium, prout in terminis iuris communis feudorum, ac etiam Regni conſtitutionum, ſed poteſt creditor mitti in poſſeſſionem ex primo decreto, ad ſui electionem ſuper feudalibus, nam de iure conſtitutionum Regni, & iuris communis, illud erat, quia ſine Regis conſenſu nihil poterat vaſſallus facere, vt dictum eſt; & ob id adhibito cō ſenſu, ſecus erat, vt dixit Afflict. in d. conſtitutione ſi quis poſt litem, & clarius, & latius idem Afflict. in conſtitutione ſi dominus vaſſallus in 4. notab. vbi reprobat opinionem Bernardi de Capua compatris ſuis; concludens quod adhibito conſenſu, creditor vti poteſt electione, & principaliter ſibi ſatisfieri ſuper feudalibus, arg. tex. in l. moſchis ff. de inte fiſc. & in l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pign. & ita dicit fuiſſe in ſacro conſilio determinatum; idemque reaſſumpſit idem Afflict. in conſtitutione fratribus in 3. quæſtione de qua materia nos, alibi dicemus, quia proprie non eſt materia præſentis capituli Ritus. quantum ergo attinet ad id de quo tractamus, concludimus creditorem poſſe im-

se immitti in possessionem rerum feudalium, pro mensura debiti declarati, principaliter super feudalibus, & non in subsidium, stante predicto consensu Regis Martini, ex cap. volentes.

Sed ad vnum obiter puto esse aduertendum,† quia capitulum volentes procedit, quãdo alienatio, siue tacita, siue expressa, siue inditialis, siue extraiuditialis, fieret in personam eque dignam, & non prohibitã in d.cap. volentes, tunc enim procedit ratio consensus adhibiti: si vero fieret in personam inequalem, vel inecclesiam, aut aliam personam prohibitam, ne dum nõ esset consensus, sed prohibitio, & consequenter non procederet supradicta conclusio; quod notandũ est in practica, quãdo creditor esset inequalis, vel persona prohibita, in d.cap. volentes: & ob id etiam aduertendum est in praxi, quia in absoluendis secundis decretis, ad has tollendas difficultates, solet peri, & impartiri licentia, vt dispensetur dispartiati personarum, & ad alios effectus, de quibus die sua.

3

In interpositione vero primi decreti, talis praxis seruari non solet, sed tantum indifferenter seruamus, interponi talia prima decreta, pro implendis exequutionibus, idque ea ratione, quia talia decreta, nec alienationem sapiunt, nec possessionem tribuunt, creditori, & hijs casibus vere non seruamus dispositionem capituli Ritus de quo agimus. in terminis ergo istius Ritus vt paucis rem absoluamus, siue actione personali agatur, siue reali, dicimus posse mitti actorem, data rei contumacia, in possessionem feudi causa rei seruandæ: quia si in personali agimus, adest prædictus consensus excap. volentes, & quia in eo casu etiam infra annum non acquirit missus possessionem vt in d.§. Iulianus, & alias dicimus. In reali verò etiam ex dispositione constitut. Regni, potest talis missio fieri, cum ea nil quærat actor, nisi possessionem tam ante, quã post lapsum anni, licet diuerso respectu: nec in hoc dicitur agi de alienatione, pro vt quoque in terminis constit. Regni dixit Afflict. in d. constit. si quis post item. Infero etiam ex præmissis in Regno, non esse seruandam distinctionem inter feuda titulata, & non titulata; nam quicquid sit in Regno Neapolis, in Regno ex dispositione predicta, capituli volentes, pariter in omnibus procedit supradicta dispositio. etiam in feudis dignitatum, omnes nostri

in alleg. in causa Sclafani, & ita semper fuisse receptum, & interpetratum in Regno, post alios refert Cannitius in d.cap. volentes, fol. 35. cum seq. & isto iure vtimur; & quotidie videmus ad instantiam creditorum capi insolutum authoritate Iudicis, feuda Comitatus, Marchionatus, & alia feuda, dignitatum, habito tamen decreto curiæ, pro dispensando disparitati personatum. Concludendum est igitur in præmissa quæstione dispositionem Ritus procedere in feudalibus, quæ omnia notanda sunt, quia non bene ab alio ita discussa inueniuntur, & Docto. nostri antiqui, & moderni in hoc sicco pede pertransierunt, & d. de Gregorio ita perfunctorie loquutus est, vt ex eius dictis, iuniores de facili potuissent decipi.

QVÆSTIO VIII.

1 *Actor vt debeat mitti in possessionem causa rei seruandæ an habeat locum in beneficialibus.*



1 OCTAVO quæro,† an hoc Ritus procedat in beneficialibus; vt videtur do. de Gregorio in d. quæstione 49. arguendo à beneficialibus, ad feuda, sentit quod non per tex. in cap. 1. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, lib. 6. sed Ludouicus Bologn. in d. §. Iulian. voluit posse fieri missionem ex primo, & secundo decreto, respectu commodi dicti beneficij ecclesia sici, allegat tex. in cap. peruenit de fideiub. sed ego arbitror materiam d.cap. peruenit, esse diuersam à casu nostro. Proprie ergo in terminis de quibus agimus tractat tex. in d. cap. primo in 6. vbi determinatur apertè in talibus benefitijs, non esse locum possessioni causa rei seruandæ, pro remedio autem ibi datur vt possit, etiam lite non contestata procedi ad diffinitiuã sententiam; & ob id dicit glos. cessat remedium illud extraordinarium possessionis causa rei seruandæ, quia dabatur de eo, quod lite non contestata non poterat contra contumacem, & absentem diffinitiue procedi; de quo infra dicetur: in beneficialibus ergo proceditur etiam lite non contestata per Clem. dispendiosam;

ob id ceſſat illud remedium extraordinarium. Datur etiam,& aliud remedium per Abb. in cap. 2. col. 3.de ſeq. poſſ.& fruct. nempè ſequeſtrum, & ob ib quoque ceſſat miſſio cauſa rei ſeruandæ. Additur etiam ratio per gloſ.& Docto.ibi & in cap. primo extra eod.quia talia beneficia non poſſunt, ſine canonica inſtitutione poſſideri. Ex quibus ego alias inferebam in facti contingentia, pro Magnificis Iuratis Sacce non potuiſſe, per Vicarium Sedis Æpiſcopalis Agrigentinæ miſti, quendam in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ cuiuſdam Iuris patronatus, quod tamen pro modo alias non diſcutio.

QVÆSTIO IX.

1 *Remedium iſtud vt actor mittatur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, an procedat hodie cum omnes cauſæ virtute pragmaticæ ſint ſummariæ,& actor poſſit procedere vſque ad ſententiam diffinitiuam abſque litis conteſtatione, cum non ſit neceſſaria.*

1 NONO quæro, an hodie † diſpoſitio Ritus procedat in Regno,cũ omnes cauſæ ſint ſummariæ ex forma Pragmaticę Regiæ,& ſolaverirate inſpecta. Dubitationem facit; quia cum in cauſis hodie non requiratur litis cõteſtatio,& poſſit abſq; litis cõteſtatione procedi ad ſententiam diffinitiuam; videtur debere ceſſari dictum remedium extraordinarium authoritate gloſæ in d.cap. 1. præſertim, dum allegat text.in Clem. diſpendioſam quæ ſimiliter diſponit cauſas beneficiales,eſſe ſummarias,Ang.quoque in d l. ſi finita, §. ſi plures, nu.6. licet per verbum fortè, tenet regulam eſſe faciendam, quod vbi poteſt procedi lite nõ conteſtata, non eſſe neceſſarium,deuenie dum ad miſſionem cauſa rei ſeruandæ, vt citatus tedio affectus veniat reſponſurus; quam opinionem Ang.defendit, & ſequitur Michael Vrcurrus in rep. §. Iulianus, nu. 200. licet non viderit gloſſ.in d.cap.1. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. Verum non arbitror eſſe recedendum ab opinione contraria, quando quidem illud dictum Angeli communiter reprobatur, vt refert Alex.in d. §. Iulianus, nu. 95. & teſtatur idem Vrcurrus loco prælegato;ea quidem ratione;quia ſunt prodita actori plura remedia, quorum vnum non tollitur per aliud; & ideo licet poſſit actor procedere ad diffinitiuam ſententiam, tamen adhuc poteſt inſtare, vt ponatur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ per tex. in l.conſentaneum, C. quoniam & quando Iudex, & in hac multiplicitate remediorum eadem opinio videtur clarè de intentione, Aſſict. in d. conſt. contumaciam dum allegat capitulum Regni deteſtantes, per quod omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & peruenitur ad diffinitiuam abſq; litis conteſtatione;tanto magis quia Pragmatica Regia, tantum abeſt quod voluerit tollere diſpoſitionem Ritus, vt expreſſe mandet debere ſeruari terminos ipſius; nec videtur intentionem Regis fuiſſe tollere,quæ à Ritu ſtatuta ſunt in fauorem actoris,cui etiam voluit ſauere tollendo nullitates, & reſecando calumnias conuentorum; cogitandum eſt ergo in hijs quia ab alio non reperi tacta.

QVÆSTIO X.

1 *Miſſio in poſſeſſionem cauſæ &c. an poſſit fieri ex contumacia ſindaci contra vniuerſitatem, nu 8.*

2 *Vniuerſitas an & quando dicatur legitime citari.*

3 *Sindaci electio quomodo dicatur legitima.*

4 *Sindaci electio an debeat fieri de mandato Superioris,& nu.5.*

6 *Decretum eligendi Sindacum an debeat concedi citato baronę.*

7 *Sindaci an poſſint eligi ad lites futuras.*

1 DECIMO quæro,† an miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſernandæ poſſit fieri contra dominum ex contumacia procuratoris; vel contra vniuerſitatem, ex contumacia rectorum, vel ſindaci, & demum contra pupillum,ſurioſum,vel minorem. Moderni ſcribentes ſuper Ritu iſto in fine, ſicq pede, vt eorum moris eſt, ponunt quæſtionem in domino, & procuratore: & quod ad primum decretum dicunt, poſſe fieri miſſionem., ex communi relata per Alex.in l. eum qui res,C.de procuratoribus, non autem quo

ad

ad ſecundum decretum; cum in eo requiratur verus dolus, & vera latitatio, l. ſulcimus, ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur, vbi Docto. ad quorum dicta ſe remittunt, quo ad contumaciam tutoris, & curatoris. Cũ ergo materia ſit practicabilis, & Doctores non bene diſcutiant has difficultates; opere prætium eſt, in præmiſſis inſiſtere. Incipiam ergo ab vniuerſitate, an ex contumacia Iuratorum, Sindaci, vel aliorum rectorum, patiatur immiſſionem ex cauſa rei ſeruandæ. Sed antequàm ad ipſius quæſtionis deciſionem deueniam, neceſſarium eſſe duxi, diſcutere de modo quo poſſit, & debeat citari vniuerſitas. Et quidem quo ad vniuerſitates, quæ certos Sindacos habent, & perpetuos, res eſt extra difficultatem, vt eſt Vrbs Pauhor. & Ciuitas Meſſanæ; quo verò ad alias vniuerſitates, non habentes Sindacum, videndum eſt. Et quia alias in facti contingentia fuit facta magna conſideratio, & ego pro Federico Sabia contra vniuerſitatem Nicoſiæ allegaui non nulla; ponam hic quæ digna videbuntur, pro reſolutione præſentis difficultatis. Eſt igitur primo loco præſupponendum† quod vt vniuerſitas, ſeu res publica dicatur legitime citari, varie fuerunt opiniones, quas poſt alios recenſet Cagn. in l. non poteſt dolo carere, ff. de reg. iur. aliqui enim voluerunt dici vniuerſitatem legitime citatam, citatis rectoribus, & adminiſtratoribus ipſius, vel maiore parte ipſorum; ita poſt Innocen. dixit Socc. tract. de cita. art. 17. num. 54. & dixit Idem Bar. in l. t. C. de iure rei publicè, lib. 11. per tex. in l. mancipibus, ff. de cond. & demo. & per tradita in cap. fin. de conceſſ. præbend. lib. 6. & idem Bar. in extrauag. ad reprimendum in verſ. citatum corpus. quinimo ab initio voluerunt prælegati Doctores, neceſſe eſſe tales rectores, & adminiſtratores citari, nec ſufficere citare actorem, vel ſindacum; quia per talem citationem, vniuerſitas non conſtituitur in contumacia per tex. in l. ex dolo, §. 1. ff. de dolo malo, & per gloſ. & Docto. ind l. non poteſt dolo carere, ff. de reg. iur. ſubdit tamen Bar. in d. l. prima, quod ſi ſindacus citaretur, & compareret, valeret iudicium factum contra eum, & ſententia lata; ſubdit quoque quod in prima citatione eſt neceſſarium citare rectores, & adminiſtratores, quod ſi vniuerſitas eligeret ſindacum, amplius non ſunt citandi, ſed ſufficit citare ſindacum: in qua ſententia fuit etiam Iacob. Rebuff. in d. l. prima, quem per omnia refert & ſequitur Guglielmus Maynerius in d. l. non poteſt, col. pen. in fin. Aliqui verò voluerunt, quod ſit citanda vniuerſitas in arengo, vel capitulo, vel in aliquo loco deputato, in quo loco ſi ſe congregare nollet tunc citandi ſunt regentes vniuerſitatem vel ſindacum; ita Bar. in d. l. non poteſt, ff. de reg. iur. & in l. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, & ità cum allegat Cagn. in d. l non poteſt. Sed aduertatur quia Bar. in d. l. fin. non ponit pro neceſſitate, quod ſint citandi Rectores vniuerſitatis, caſu quo vniuerſitas ſe nollet congregare, ſed ſimpliciter vult quod poſſint citari rectores, & adminiſtratores, prout quoque ſimpliciter voluit idem Bar. in d. extrauag. ad reprimendum in verſ. citatum; dat bene cauthelam vt commiſſio fiat de citando rectores vniuerſitatis; quia tunc illos ſufficit citari, ſicuti vult, eſſe faciendam commiſſionem de citando tutorem; ad hoc vt ſufficiat citatio illius; vtcumque tamen ſit, dicit Bar. ibidem in fin. quod citatis rectoribus vniuerſitas, non niſi ficte conſtitueretur in contumacia. Socc. quoq; in d. art. 17. n. 54. vult dictũ Inno poſſe intelligi; nẽpè quod ſufficiat citare rectores vniuerſitatis quando vniuerſitas nollet ſe congregare; & tandem in verſ. aduerte tamen, dicit cautius eſſe citare rectores in loco, in quo vniuerſitas eſt ſolita congregati, quod etiam voluit Bal. in l. etiam C. de exec. rei Iud. dicit quoque Cagn. in d. l. non poteſt, quod quicquid dicat Innoc. ſecurius eſt tenere cum Bart. quod prius vniuerſitas congregetur, & citetur, quod ſi nollet, tunc ſufficiat citare rectores, & adminiſtratores. Vides ergo quod ob varietatem opinionum, & propter difficultatem congregandi totam vniuerſitatem res non eſt ſine difficultate, maxime in modo congregandi vniuerſitatem. Ad euitandas ergo difficultates, aliàs conſulimus, & eſt praxis antiqua, vt à Magna Curia, vel alio magiſtratu competenti obtineatur literæ directæ Iuratis, & Rectoribus vniuerſitatis, vt more ſolito, congregato conſilio, eligant Sindacum, cum poteſtate ſufficienti, ad comparendum, & defendendum cauſas; ad quod quandoque ſolet deſtinari delegatus, et ſi fuerit facta elec-

ſtio tunc ille Sindacus electus citabitur, cuius contumacia an præiudicet, nec ne vniuerſitati, inferius dicetur, ſin autem non eligerut, vel nolit vniuerſitas ſe congregare, & tunc ſufficiet citare Rectores vniuerſitatis, ità Bar. in d.l. prima C. de Iur. Reipublice, lib. 11. quem ſequuntur Io. de Platea, & alij ibi & idem Bar. in d. extrauag. ad reprimendum in verſ. citatum, dixit tunc poſſe citare illum qui deberet conuocare conſilium; & ſi iſte qui deberet congregare ſe occultaret, vel impediret, ne congregatio fieret, proinde haberetur, ac ſi fuiſſet factum conſilium: & tunc ſufficeret citare Rectores, vel quod nuntius clamaret: quia cum citatio debeat fieri de multitudine perſonarum, ſufficit fieri per præconem, dicta Bar. ſequitur Socc. vbi ſupra, Cagn. Dec. & Mainer. in d. l. non poteſt & vant. de null. ex defect. cit. num. 114. Conſulerem ego tamen quod actores nō ſtarent hijs contenti, ſed cohertionibus opportunis, per ſuperiores cogi facere Rectores, & alios ad quos ſpectat, ad congregandum conſilium, & Sindacum eligendum, quo electo; etiam conſulerem vt propria citatione citarentur Rectores vniuerſitatis, vna cum Sindaco electo, & exinde in proſequutione ſufficeret citare Sindacum, iuxta cauthelam Bar. in d.l. 1, verſ. & prædicta intelligo.

Oritur tamen difficultas non modica, quæ alias in facto, in cauſa de Sabia ventilata: † quomodo dicatur legitima electio Sindaci; & quot, & quales partes vniuerſitatis debeant interuenire, vt ille dicatur legitime conſtitutus, & electus; & qualiter etiam tota vniuerſitas debeat vocari, & an ſufficiat quod venientes, vel maior pars venientium concordet, vel neceſſe ſit omnes venientes conſentire. 3

Conſiderandum eſt igitur quod Bar. in l. omnes populi, n. 16. ff. de iuſt. & iur. fuit in opinione, quod conuocetur totus populus, authoritate ſuperioris, ſono tubæ, vel pulſata campana, vel voce præconis, & quod non ſufficiat vocatio, ſed ſit neceſſe quod ſint duæ partes præſentes; & tunc diſputatur, an ſufficiat maior pars vel requirantur duæ partes, & ſic Bar. præſupponit ſemper de neceſſitate eſſe debere partes duas præſentes populi, Abb. vero in cap. cum omnes, col. pen. & fin. de conſtit. & in cap. cum nobis & in cap. in cauſis de elect. voluit omnes eſſe vocandos de mandato ſuperioris, modo quo ſupra; venientium tamen ſufficere concurrere maiorem partem, cum ceteri non venientes cenſeantur contumaces, & priuentur voce. Eſt ergo conflictus inter hæc duo iuris luminaria non in requirendo duas partes abſolutè ſed Bart. voluit debere eſſe duas partes totius populi vocati, ſed Abbas voluit ſufficere duas partes populi venientis; opinionem Bar. ſequutus eſt Dec. in d cap. cum omnes, col. pen. & fin. dicens eam eſſe veriorem, & Gozadin. in d. l. omnes populi, num. 66. cum Abb. tenuit Fely. in d. cap. cum omnes, num. 34. Io. Crotus in d. l. omnes populi, num. 47. & Caccialup. ibidem, num. 40. cum ſeq. Bero. vero in d. cap. cum omnes, num. 92. col. pen. in fin. pro concordia opinionum diſtinguit certo modo vt per eum, ad quod etiam videndus eſt Natt. conſ. 142. lib. 1. vbi etiam late ponit, quomodo probetur totam vniuerſitatem, vel maiorem partem fuiſſe in electione Sindaci, & an ſtetur aſſertioni notarij. Et vere pro veritate harum opinionum multa eſſent dicenda, hinc inde.

Verum in Regno fuit vſu recepta opinio Abb. & aliorum Canoniſtarum, ſecundum quam etiam fuiſſe iudicatum, & debere iudicari teſtatur Siluan. conſ. 20. num. 9. in fin. & quod in iſtis attendenda ſit conſue: loci tradunt omnes in d. cap. cum omnes & in d. l. omnes populi præciſe Abb. num. 12. Caccialup. num. 46. Capit. dec. 4. num. 3. pulchre idem Abb. conſ. 38. col. fin. in ſecundo cum multis alijs relatis à Rolando conſ. 90. num. 18. in primo vol. Siluan. d. conſ. 20. num. 9. in fin. Quod autem in Regno talis opinio fuerit vſu recepta, ſcimus omnes, & ità eſt notorium quia ad ſonum campanæ de quo eſt tex. & ibi notat Abb. n. 5. in cap. in cauſis de electio. vocantur omnes de mandato ſuperioris, & congregatis illis qui ad conſilium venerunt, vel duę partes venientium, vel maior pars, negotiū expediūt. Etid non modo in factis leuibus, & minoris preiuditij. Sed ēt in factis arduis Quæ cōſuetudo nec ēt in totum eſt contra diſpoſitionem iuris; imò quantum attinet ad terminos quæſtionis noſtræ eſt conformis, per ea quæ ad limitationē ad doctrinam Bar tradit Gozad in d. l. omnes populi, n. 67. ver. tertio limitat; vbi vult,

vnit, quod ſi aliquis actus eſt faciendus de mandato Sedis Apoſtolicæ, tunc ſufficiat maior pars venientium; quia alij ratione contentus debent reputari contumaces, & priuantur voce, quod etiam voluit Abbas, & voluerunt alij eum inſequentes.

4 † In propoſito ergo cum electio Sindaci debeat fieri de mandato Proregis, Magnæ Curiæ, vel alterius magiſtratus competentis, ſueritque omnes voce campanę, & more ſolito vocati; qui non veniunt contemnendi ſunt ratione contemptus. Et in hoc caſu etiam cum Abb. concurrit Bero. d. cap. cum omnes, col. fin. nec poteſt adaptari caſus impedimenti legitimi, de quo per Bero. ibidem reſpectu totius multitudinis populi, quia hæc conſilia ſolent fieri in diebus feſtinis, quando totus populus veriſimiliter ſolet eſſe in ciuitate; & ad tollendas has difficultates, credo ego inoleuiſſe, quod ſufficiat tubā, vel campanam ſonare; quia non veniētes cenſentur conſentire hijs, quæ à maiori parte venientium, & præſentium fierent, & ita paſſim videmus ſeruari in hac Vrbe, & alijs ciuitatibus Regni. Concludendum eſt igitur Sindacum legitimè elegi, ſi vocatis more ſolito ciuibus, à maiori parte venientium fuerit electus, & conſtitutus. Illuc tamen obiter non eſt prætermittendum quod tale onus etiam ab initio ſubeundum eſt, cum ſit officium authoritate & vtilitate publicum, & equiparetur officio tutoris, Dec. conſ. 297. & eſt teſt. in l. prima & l. fin. § deſenſores, ff. de mune, & hono. & in ſpecie tradit Specul. in tit. de Sindaco in principio.

Non etiam erit inutile, licet videatur extra materiam propoſitam, nonnulla hic ponere circa electionem Sindacorum vniuerſitatum, & de eorum poteſtate ſecundum ea, quæ alias in facti contingentia dederunt diſputandi anſam, nec mea intentio eſt tractare de hijs, in alijs negotijs arduis vniuerſitatum, ſed tantum quo ad lites, tàm actiuas, quàm paſſiuas earundem vniuerſitatum; & quidem quando vniuerſitas eſt conuenta, & non habet aliquos Sindacos, res eſt expedita per ea quæ ſupradicta ſunt: reſtat videre, quando ipſa vult agere, & voluntarie venit ad Sindacorum electionem. Primo ergo poteſt du-

5 bitari, † an in hac electione requiratur authoritas ſuperioris. Breuiter quod non requiratur aliquod decretum, nec authoritas ſuperioris, tenuerunt Innoc. Ant. de Butrio Abb. Imol. & alij in cap. fin. de procur. Bar. Bal. & ceteri in l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. & hanc eſſe communem, exceptis duobus caſibus, nempé alienatione rerum publicarum, & in vniuerſitate eccleſiaſtica teſtatur Natta conſ. 14. num. 17. in primo & in Sindaco in ſpecie allegat Abb. in cap. primo de Sindaco, vbi vult, quod licet præſentia magiſtratus videatur neceſſaria, pro congreganda vniuerſitate, & cohertione renitentium, tamen ſi vniuerſitas ſit iam congregata nulla alia requiratur præſentia, nec authoritas magiſtratus, ad quod videndus etiam Capitius deciſ. 27. num. 22. Alber. Brun. conſ. 29. Pariſ. de Sindic. fol. . . . . & id quidem procedit ex diſpoſitione iuris communis: in Regno tamen cum non poſſit fieri congregatio conſilij vniuerſitatum ſine licentia Regis, aut Viceregis, ſolet ſemper Regis licentia interuenire ad quod etiam ſolent deſtinari delegati. Idque ſtante cap. Regis Ioannis 64. quod loquitur de vniuerſitatibus non demanij, quatum ciues ſint vaſſalli Marchionum, Comitum, & Baronum Regni quibus Baronibus auditis verbo, ſi ità videbitur neceſſe eſſe pro intereſſe illorum, diſponitur in cap. dandam eſſe licentiam congregandi conſilium, quo congregato, & facta electione Sindacorum, exinde impetrant confirmatio; & iſto iure vtimur, & ita ſeruari etiam in Francia teſtatur Guid. Pap. dec. 106. adeo quod in Regno videtur expeditum requiri licentiam, &

6 decretum ſuperioris † ſed an tale decretum debeat neceſſario concedi citato Barone, vt videtur in cap. 64. prædicto diſponi, de hoc alias fuiſſe in Magna Curia vario modo ſentitum, teſtatur Boniotus in apoſtillis ad dictum capitulum vbi primo videtur determinare, quod Vicerex debet videre, & cognoſcere ſi intereſſit Baronis; puta quia vniuerſitas vellet Sindicare Baronem, & tunc quia certum eſt agi de intereſſe Baronis, debeat Baro citari, & audiri: exinde tamen ſubdit, quod alias dicebat non eſſe citandum Baronem, quia in electione Sindaci non quærit vniuerſitas niſi legitimare perſonam in quo Baro non habet aliquod intereſſe, prout eſſet ſi vniuerſitas vellet imponere, aliquam angariam, vel malum denarium, vel quod ſimile,

&ita reſidet. Quibus addo ego quo ad congregationem conſilij proimponendis collectis, vel gabellis, an requiratur licentia domini, & multa alia in materia Guid. Papa deciſ 631. in tertio dubio. Arbitror tamen ego tutius eſſe ſemper audire Baronem; quia etiam in conſtituendo, & legitimando perſonam vniuerſitatis, caſu quo vellet agere contra Baronem intereſſe eſſet Baronis, qui poſſet prætendere talem electionem, non fieri, de conſenſu libero omnium vaſſallorum, ſed ad ſuggeſtionem aliquorum; & ob id multoties vidimus ſemel, & iterum fuiſſe deſtinatos delegatos, ad intereſſendum electioni, & multas ſuper hoc fuiſſe factas expenſas. Eſt bene verum quod cum electio Sindacorum poſſit ab initio impediri à Barone, poſſe eſſe in arbitrio Viceregis, ac Magnæ Curiæ, ſecundum caſuum contingentiam, ſi Baro eſſet audiendus, ab initio, cum ſufficiat reſeruare iura Baroni, qui facta electione poſſet deducere iura ſua, & ità pleriſque in caſibus vidimus eſſe ſeruatū. Sed quid
7 † ſi Sindaci eligantur ad lites futuras cum Barone vel alijs perſonis an teneat talis electio, & quidem ſi decretum ſuperioris eſſet neceſſarium non valeret quia decretum non poteſt ſtare in pendenti quo ad lites futuras, & quia cum requiratur cauſę cognitio non poteſt talis haberi, quo ad lites incertas, & futuras, vt tradunt Bar. Odofred. Caſtr. & alij in l. 3. §. ſed ſi ità, ff. quod cuiuſque vniuerſ. no. cum ergo de iure communi tale decretum non ſit neceſſarium res videtur expedita, eo inſpecto, quod valeret talis electio, quia tamen in Regno requiritur authoritas Viceregis, & ſic ſuperioris, talis authoritas videtur habere vim decreti, vt tradit Caſtrenſis in §. ſed ita; & ideo inſpecta diſpoſitione Capituli Regni videtur aliud dicendum, tanto magis quia etiam in talilicentia, Viceregis eſt arbitrium an interſit Baronis pro illum audiendo, nec ne, opus eſt ſcire qualitatem litis, vt videatur cuius interſit, & an Baronis, & conſequenter non videtur poſſe Sindacum conſtitui, ad lites incertas, & itain facto regulata fuit electio, & authoritas Sindacis data, per vniuerſitatem terræ Pricis contra Reuerendiſſimū Epiſcopū Paterenſem in anno 1566. & alias etiam habuimus pro Baroni Sortini, contra eius vaſſallos in anno 1579. Cætera vero in materia Sindacorum, & electorum poteſtate, Vide Franc. Marc. deciſio. 909. Vant. de nullit. ex defect mand. num. 151. & ſequen. Dec. conſ. 297. & indeciſ. Pedamont. deciſ 39. & an Sindaci poſſint accuſare, vide Guid. Papa deciſion. 106. in fin. & Franc. Marc. d. deciſ. 309. vbi etiam an plures electi dicantur in ſolidum conſtituti: vide etiam plura de Sindaco, & qui poſſit iurare, & accuſare per Caball. ſuper conſtit. egid. fol. 127. cap. 41.

8 Reſtat ergo videre an contumacia Rectorum, vel Sindaci ſufficiat, vt vniuerſitas conſtituatur in contumacia, ad effectum mittendi actorem in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ; quia quoad alios effectus, non eſt præſentis ſpeculationis. Et quidem Bar. in d. eſtrau. ad reprimendum in ver. citatum in fine voluit ex contumacia Sindaci, & Rectorum, conſtitui vniuerſitatem infictā contumacia, Socc. d. art. 17. vult quod per citationem Sindaci, vel Rectoris vniuerſitatis, vniuerſitas non cōſtituitur in contumacia per tex. ſi ex dolo, §. primo, ff. de dolo, & ſequitur Cagnol. in d. l. non poteſt circa finem. Sed prædictæ opiniones poſſunt militare, & procedere ſecundum diuerſos effectus, data enim electione Sindaci legitima, vel quando nō eſſet facta electio, & teneremus opinionē quod non ſufficiat citare Rectores, tunc non poteſt negari quod vniuerſitas conſtitueretur in contumacia, ſaltem ficta, ex contumacia Sindaci, vel Rectorum, vt dixit Bar. quod videtur ſufficiens ad id, de quo quærimus, nam in contumacia procuratoris, vt ex ea conſtituatur dominus in contumacia, ad effectum deueniendi ad miſſionem ex primo decreto, eſt communis concluſio Docto. in l. 3. C. de procur. & tradit notabiliter poſt alios, Cagnol. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. nu. 6. cum ſeq. vel ex eo quod agitur de leui præiuditio, cum infacilitate conuenti ſit purgando contumacia, talem miſſionem reuocandi; vel ex eo quod in tali caſu ficta, & non vera contumacia ſufficit; & ob id in mulcta, & in penalibus & alijs grauis præiuditij, in quibus vera contumacia requiritur, dicunt Docto. contumaciam procuratoris Sindaci, & ſimilium, non præiudicare; & ità intelligēdus eſt, Socc. d. art. 17. nu. 54. cum cæteris ſimilibus, idem dicendum eſt in contumacia tutoris, & curatoris reſpectu pupilli, & minoris, & tradit idem Cagnol. in d. §. ſi procur. nu. 23. & ante eum ità dicit magis communiter teneri, Alex. in d. l. 3. nu.

3. nu. 12. in fin. C. de procur. ad quem & alios ab eo relatis ſe refert Gozad. in d. §. Iulianus, col. fin. nu. 129. Curt. Iun. & alij in d. l. 3. C. de procur. eſt beneuerum quod in miſſione ex primo decreto, quoad bona pupilli, ex contumacia tutoris, ſeruanda eſt forma, & practica tradita per tex. in l. hic autem, §. 1. ff. ex quibus cau. in poſſeatur, & ita reſider Cagnol. d. nu. 33. ſed aduertatur quia forma tradita in d. l. hic autem procedit, quando pupillus, aut minor carent tutore, & curatore, in quibus terminis procedit tradita à Michaele Vrcurr. in d. l. ſi finita §. Iulian. n. 156. cum ſeq. & non eſt materia noſtra. Vbi vero pupillus, & minor habent tutores, & curatores tex. in d. l. hæc autem, §. 1. iuncta glo. videtur determinare, quod nõ poſſit procedi admiſſionem, ſed quod euocandi ſunt tutor, & curator; & captis pignoribus cogendi, vt pupillum, & minorem defendant. verum idem eſſe generaliter in quonis adminiſtratore, determinant per illum tex. Docto. in d. l. 3. & Alex. ibi, n. 5. in tertio notab. dicit quod cogendus eſt quilibet adminiſtrator, officium ſibi iniunctum exercere, vel præciſe captis pignoribus, vel cauſatiue procedendo contra principalem, permiſſionem ex primo decreto, vel ad priuationem officij; quod vltimum generaliter intelligunt ſiue in habente adminiſtrationem ab homine, ſiue à lege, vt Iudex videns contumaciam adminiſtratorum. poſſit illos officio priuare, quod tamen Curt. Iun. ibidem, col. 1. non admittit. adminiſtratore creato ab homine, ſed cum non ſit materia noſtra, non eſt opus in eo aliter inſiſtere, communis ergo eſt Doctorum ſententia, ex contumacia procuratoris, tutoris, & aliorum quorumlibet adminiſtratorum gerentium, aliena negocia, poſſe procedi ad miſſionem ex primo decreto; quia in hoc ficta contumacia, ſufficit, ſecus quo ad ſecundum decretum, cum in eo requiratur vera contumacia Alex. & alij in d. l. 3. de quorum intentione eſt, quod non cognatur Iudex, ex illorum contumacia procedere ad miſſionem in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ; licet bene poſſit hoc facere; quia captis pignoribus, & præciſe poſſet cogere tales adminiſtratores, vt compareant, & defendant principales: quod ſi non fecerint illos officio priuare, & alios procuratores, & adminiſtratores, dare; quæ omnia bene notanda ſunt in practica, & tutius, & cautius arbitror eſſe pro pupillis, & alijs principalibus, talem practicam admittere, quàm taliter per miſſionem in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ procedere, quia punitur, vel reparatur negligentia adminiſtratorum, quæ ſemper tendit ad præiudicium, & pernitiem principalium. Ex quibus apparet tandem quid pro reſolutione principalis quæſtionis dicendum ſit, nempe ex contumacia Sindaci, vel Rectorum, & aliorum adminiſtratorum, quorum citatio legitima eſſet, ſecundum ea quæ ſupra diximus, poſſe mitti actorem in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, in bonis vniuerſitatis, ex primo tamen decreto, cum ficta contumacia ſufficiat: in quibus etiam concludendum arbitror eſſe ſeruanda, ea quæ ſupradiximus in procuratore, tutore, curatore, & alijs adminiſtratoribus priuatorum, ab idemptitate rationis, & eſt de intentione Doctorum, vt ſupra, licet aperte in hijs terminis non loquantur; & ita ſin præmiſſis concludendum eſt.

QVÆSTIO XI.

1 *Terminus menſium ſex infra quos efficaciam habent literæ citatoriales à quo die & à quo actu dicatur currere.*



NDECIMO quæro; quia in prima quæſtione diximus citationẽ, ſeu literas habere triplicem vitam, ex Theologica d. de Gregorio de Iud. cau. ſeu. q. 15. & hæc tertia vita eſt per ſex menſes, infra quos effectum habent tales literæ vt determinat Ritus cap. 98. ubi pendente cauſa in Magna Curia à ſex mẽſibus infra à quo die incipiat talis vita, & talis terminus menſiũ ſex. Cõmunis intelligẽtia Doctorum in Regno & comunis praxis in terpretata eſt, vt talis terminus incipiat ad vltimo actu; quod factus ſit in cauſa inter ipſas partes, ita omnes ſcribentes ſuper Ritu illo & d. de Gregorio vbi ſupra & in q. 16. verſ. 2. eſt aduertendum. Aduertendum tamen eſt, quod d. de Gregorio vbi ſupra, intelligit vltimum actum debuiſſe fieri in iuditio, inter ipſas partes; & ob id infert in d. q. 16. quod ſi extra curiam aliqua ex cauſa eſſet præſentanda acta, vel quid aliud fieri, opus eſt noua ci-

citatione partis, quæ non eſt neceſſaria, ſi talis præſentatio, & ille actus fieret in iudicio, & in curiæ regimine: quia tunc ſufficit, quod pars vocetur per vocem per terij. In contrarium tamen videtur communis ſtilus, & communis interpretatio, nempe quod talis actus non ſit neceſſe, quod fiat in Curia immò ſcribentes dicũt, & eſt in ore aduocatorum, quod ſufficit in cauſa fuiſſe factum verbum, etiam extraiudicialiter, ideſt non in regimine, & ob id ſufficit quod proceſſus ſit viſus, & notata in dorſo proceſſus talis viſio; immò quod fuerit ad iudicem apportatus, immò quod fuerit in iuliana notatum ad quem Iudicem proceſſus ſit mittendus, & demum ſufficit quod partes coram Iudicibus allegauerint; quia à quolibet iſtorum, verborum, interrumpitur ſemeſtre; & dicitur cauſa pendere, & eſſe infra ſex menſes: & ratio eſt quia omnes Doctores ſcribentes ſuper Ritu volunt, rationem Ritus eſſe, quia lapſo ſemeſtre videtur quod partes ſilentium poſuerint in cauſa, & ob id ſi quomodolibet poteſt apparere tale ſilentium fuiſſe ſinterruptum, dicitur cauſam eſſe infra ſex menſes. Eſt tamen conſiderandum ne cogamur dicere d. de Gregorio dicere, & loqui contra communem ſtilum; quod eius dictum intelligendum eſt, prout vere loquitur, quantum ad effectum faciendi aliquem actum præiudicialem, vel præſentationem ſcripturarum, & proteſtatorum; quia ſi hæc fiant in iudicio, non eſt neceſſaria alia citatio: ſi ſimus infra ſex menſes; ſi vero fiant extra iudicium, tunc ſit opus noua citatione, & ita hoc iure vtimur. Quantum verò ad effectum, vt neceſſe ſit, partem citare ad proſequendum cauſam, iuxta formam iſtius capituli Ritus, ſub pena nullitatis, vt dicetur inferius; & tunc veritas eſt quod, ſufficiat actus quilibet, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, vt dictum eſt ſupra. Nam ſemper quod infra ſex menſes, actus aliquis ex prædictis factus eſt, vel ſimilis; adeo quod verum ſit dicere in cauſa aliquid geſtum eſſe, etiam ab vna ex partibus, vt quotidie fit in miſſione proceſſuum, & ſimilibus; tunc poteſt procedi ad ſententiã ferendam, abſque eo quod pars citetur ad proſequendum cauſam, & ad collationem ſaciendam. Et iſta eſt vera intelligentia, ac vera, & communis practica Regni. Hinc infero nihil ad propoſitum dicere moder. ſcrib. ſuper hoc Ritu dum pro intellegentia vltimi actus, quæruntquis talis actus dicatur, & ſe remittunt ad actus de quibus per Marant. in ſuo ſpeculo de ord. Iud. par. 6. nam quantum attinet ad terminos quæſtionis noſtræ de talibus actibus non eſt præſens diſceptatio, vt ſupra dictum eſt. Infero & ſecundo non bene dixiſſe Socc. & alios relatos à moder. ſcrib. dum volunt quod ſi proceſſus fuerit collationatus, & viſus per duos Iudices, quod tunc nõ obſtãte lapſu ſemeſtris temporis, poſſit procedi ad ſententiam, abſque alia citatione; nam ſi ipſi intelligunt poſſe procedi ad ſententiam, dico quod ab vltima viſione, & vltimo actu fit lapſum ſemeſtre, vt in hoc ſit ſpeciale; quia proceſſus viſus per duos Iudices, talis intelligentia eſt contra communem ſtilum, & practicam; quandoquidem ne dum quando eſt viſus per duos Iudices, verum etiam & per quatuor, & per ſex, ſecundum quod quando quæ ſolet eſſe, vel quia ſumus in cauſis feudalibus, vel aliter Proregi videretur: tunc ſi ab vltima viſione, & vltimo actu, lapſum eſt ſemeſtre, citatio fit ad proſequendum; & ratio eſt clara, quia militat ratio ſilentij partium in ipſa cauſa; nec videtur dari ratio ſpecialitatis prædictæ, vt ſentiunt præallegati ſcribentes; ſi vero ipſi intelligũt prout atbittor fuiſſe intentionem primorum, qui ita ſcripſerũt, & dixerunt, nempe quod proceſſus ſit viſus per Iudices, quaſi quod non requiratur actus factus in iudicio, & tales viſiones ſint infra ſex menſes, tunc ab vltima dicatur currere tale ſemeſtre vt non ſit opus alia citatione, cum miniſterio, tamen videtur loqui de dupplici viſione, eo quia prima viſio ſecundum antiquum ſtilum fiebat in iudicio; in quo Iudices recitabant proceſſus, & magiſter notarius ſolebat apponere viſionem; & ob id quia talis actus videbatur factus in iudicio, & ſecunda viſio fiebat extra regimen, quod tali caſu, talis ſecunda viſio ſufficeret, quæ intelligentia eſt conformis ſtilo, & praxi de qua ſupra. Quicquid tamen ſit de hac intelligentia ſcribentium in Regno expeditiſſimum eſt, ad effectum vt alia citatio non ſit neceſſaria ad proſequendum, ſufficere quem libet actum, & quodlibet verbum factum in cauſa ipſa, ſiue per ambas partes, ſiue per alteram tantum: ab iſto autem vltimo verbo, ſiue actu, lapſo ſemeſtre, citatio ne ceſſaria eſt ad concludendum, & ſententiam

tiam audiendum, vt dicit Ritus, siue proceſſus fuerit viſus per duos, siue per plures vt dictum eſt.

QVÆSTIO XII.

Diſpoſitio Ritus cap. 98. an habeat locum etiam in conſiſtorio S.R.C.

DVODECIMO quæro, an Ritus qui præciſæ loquitur de cauſa pendente in Magna Curia locum habeat etiam in Conſiſtorio Sacræ Regiæ Conſcientiæ, & ſubinde in alijs Curijs Regni etiam inferioribus. Hæc quæſtio alias ventilata fuit in conſiſtorio, in quo tunc ſedebat cum alijs collegis eximius Iure conſultus D. Antonius de Ballis, nunc Regius Conſiliarius, & magiſter Rationalis meritiſſimus, inter quoſdam fratres de Polino ex vna, & quemdam Petrum de Pandolfo ex altera; & dubium quidam faciebat; quia vt infetius loco ſuo dicetur, quando Ritus loquitur præciſè de Magna Curia non videtur procedere in alijs Curijs, & præſertim in Conſiſtorio prout in cap. de concluſione cauſæ, tanto magis quia Ritus in hoc cum ſit exorbitans à iure communi, non videtur debere extendi ad alias curias; quibus & alijs quæ poſſunt conſiderari non obſtantibus, tenebam ego debere Ritum intelligi etiam in Conſiſtorio, tam ex ſtilo, & conſuetud. inueterata, quę etiam hoc recepit, ne dum in Conſiſtorio, verum etiam in Magna Curia rationum, & in omnibus alijs Curijs inferioribus, de quo ſtilo, & conſuetudine eſt notorium apud omnes verſatos in Magna Curia; & non ſunt mutanda ea quæ certam interpretationem habuerunt vll. l. minime, ff. de legibus: tum etiam quia ex ratione qua mouetur Ritus, idem ſtatuendum eſt in quibuſcumque alijs curijs, ratio enim ſecundum communiter ſcribentes, quia lapſo ſemeſtre videntur partes quodammodo oblitæ de ſtatu cauſæ, & ſilentium ſeciſſe; ob id ne ex obliuione inferri poſſet præiuditium, ſtatutum eſt vt pars de nouo citetur, quæ ratio eſt vniformis ad omnes curias, & generaliter non vi extenſionis, ſed comprehenſionis Ritus intelgēdus eſt vniuerſaliter in omnibus curijs: ad tradita in authen. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. cum ſimilibus; Nec obſtat quod quandoque diſpoſitum in Magna Curia, non procedit in Conſiſtorio; quia hoc eſt verum quando diſponitur in particularem præheminētiam Magnæ Curiæ, tum quia Magna Curia eſt nobilior Curia in toto Regno, diſpoſitum in ea in particulari dignitate, non procedit in Conſiſtorio; prout dante domino dicemus loco ſuo, & ita tandem fuit deciſum in dicta cauſa, & fuit declarata nulla ſententia lata, non facta citatione lapſo ſemeſtri, in qua etiam cauſa fuit determinatum Ritum debere intelligi, tam ex parte actoris, quam rei quandoquidem, licet reus ab initio veniat ad cauſam prouocatus, tamen pendente cauſa, poſt ſemeſtre non poteſt ferri ſententia, ſine noua citatione, ſiue ad inſtantiam rei feratur, ſiue actoris, cum ſemper militet ratio vniformis, maxime proſeruanda equalitate.

QVÆSTIO XIII.

Diſpoſitio Ritus cap. 98. an procedat in cauſis ſummarijs & exequutiuis.

DECIMOTERTIO quæritur, an Ritus procedat indiſtinctè, etiā in cauſis ſummarijs, ſola facti veritate inſpecta: quidem dubium videbatur poſſe fieri, tùm quia in hijs cauſis ſola facti veritate inſpicienda eſt, remotis iuris apicibus, tùm ēt quia non videtur poſſe præſupponi id quod Ritus præſuponit; nā Ric. vult, lapſo ſemeſtre, neceſſe eſſe citari partē ad concludēdum in cauſa, quæ concluſio non fit in ſummarijs. Sed in contrarium eſt veritas & ſtilus, ac communis praxis Regni; & ratio eſt quia hæc citatio requiſita à Ritu ſapit equitatem, & veritatem facti, ad defenſionem; & conſequenter tanto magis attendi deber in hijs cauſis, diſpoſitio Ritus; quia quod ſapit equitatem, & defenſionem, non tollitur per clauſulam ſola facti veritate inſpecta Crauett. conſ. 263. col. 2. maxime quia militat ratio, quaſuerunt moti ſtatuentes, vt dictum eſt ſupra, & ita iuxta conſuet. & ſtilum prædictum fuit etiam determinatum in cauſa prædicta in fauorem illorum de Politio. illud quoque eſt etiam ſciendum, ne dum Ritū

pro-

procedere in cauſis ordinatijs, ſeu ſummarijs, ſed etiam in cauſis exequutiuis, & vbicumque pendent ſcripturæ, tam in cauſis principalibus quam etiam in articulis; imò fit citatio ad proſequendum ſolemnia, vbi procedi vult ad interpoſitionem ſecundi decreti: nam ex identitate rationis, vt ſupra, receptum eſt in Regno, ſeruari debere indifferenter ſupradictam Ritus diſpoſitionem.

QVÆSTIO XIV.

Actus facti in articulo incidenti vel emergenti an interrumpant ſemeſtre cauſæ principalis in alio inditio.

DECIMOQVARTO quæro, an ſententia lata cauſa principalis, ſit nulla lapſo ſemeſtre, ſi in alia curia pendeat aliquis articulus emergens, vel incidens eiuſdem cauſæ; an actus facti in dicto articulo incidenti, dicantur interrumpere ſemeſtre. Hæc queſtio ſimiliter ventilata fuit in cauſa ſupradicta, nam in Magna Curia pendebant quidam articuli incidentes cauſæ principalis imò tales erant articuli quod ſi veniebant decidendi in fauorem illius de Pandolfo, cauſa principalis corrúebat; Interim ergo dum tales articuli ventilabantur, cauſa principalis erat in Conſiſtorio, in qua cauſa ab vltimo actu facto in ea, in dicto Tribunali, lapſum erat ſemeſtre. Lata ergo ſententia, non ſeruata diſpoſitione Ritus, actum fuit de illius nullitate & ita randem fuit obtentum, & deciſum in fauorem meorum clientum Dicebatur ex aduerſo, quod tametſi articuli erant in alio magiſtratu, tamen dicebãtur eſſe de appenditijs cauſæ principalis, nec Ritus ſe reſtringit ad pendentiam cauſæ, magis in vno magiſtratu, quam in alio; & vt habeat locum Ritus, qui loquitur de Magna Curia, ſufficit quod cauſa pendeat in Conſiſtorio, ergo acta facta in eadem Magna Curia ſunt ſufficientia, vt interrumpant ſemeſtre cauſæ principalis. Hęc in effectu allegabantur; ſed illis non obſtantibus fuit deciſum ſententiam eſſe nullam: ea ratione quia vt dicantur eſſe infra ſemeſtre, ſecundum omnes, eſt neceſſe computationem fieri ab vltimo actu, qui fit in cauſa, & Curia vbi pendet cauſa, nec quod actitatum eſt in articulis pẽdentibus in Magna Curia, poteſt dici eſſe de actibus cauſæ, & de ſe patet: & cum articuli habeant de per ſe inſtantiam ſeparatam, & non pendeant à cauſa, ſicuti nec è contra, cauſa dependet ab eis, tam etſi inſpecta iuris diſpoſitione, deciſio articuli quandoq; faciat causã vno, vel alteto reſpectu, tuere; ſed de hac depen dentia, ſeu pendentia, non loquimur in præſentiarum; quia pendentia in Ritu conſideratur reſpectu illius telæ proceſſus, quæ fabricatur in eo magiſtratu, in quo verſatur, & ſiue loquamur de actibus ordinariis, ſiue de actibus deciſorijs, illi ſunt qui reſpiciunt ordinationem, & deciſionem litis exiſtenti in illa Curia, gloſſ. in Clem. ſepè de verbor. ſignifi. Maranta in ſpeculo, par. 5. num. 55. tanto magis quia cum Curiæ, & tribunalia ſint diuerſa, actus facti in vno, non poſſunt dici eſſe actus alterius; ſic verum eſt dicere, quod cauſa quę vertebatur in Conſiſtorio, non pendebat ab actibus factis in magna Curia; & licet articuli erant præiudiciales ad cauſam; intantum, quod ſecundum aliquos effectus, cauſa ab eis dependebat, ſecundum tradita in capitulo, vt debitus de appellat. tamen illa tela proceſſus, quæ verè cauſa dicitur, vt Ritus loquitur, non dicitur pendere niſi in Curia in qua verſatur; & ita per hæc vt dictum eſt, fuit deciſum, & declarata ſententia nulla, quæ omnia notanda ſunt pro intelligentia Ritus, & quia ab iuris hucuſque non ſunt diſcuſſa, & quotidie in practica poſſunt contingere.

QVÆSTIO XV.

1 *Procurator an ſufficiat citari lapſo ſemeſtri vel ſit neceſſarium pars citari.*

2 *Procurator venit appellatione partis interpetratiuo ſignificatu.*

3 *Ritus non intelligit de procuratore in ſtructo ſed de procuratore cauſa qui ſolet ſubſcribere libellum.*

DECIMOQVINTO quæro. Quia Ritus vult partem oportere citari lapſo ſemeſtre, an ſufficiat citare pro curatorem, † & an talis procurator veniat appellatione partis. A lias ſuper hoc fuit facta heſitatio. Primo quia Ritus expreſſè vult

vult partem citari oportere, licet præsens sit aduocatus, & procurator, & sic expressè videtur intelligere, quod partis appellatione non veniat procurator. Secundo
2 quia † quod procurator veniat appellatione partis non est ex proprio significatu, sed interpretatiuo Calder. cons. 12. de verb. sign. & tradit Fel. in cap. suborta de re iud. col. 1. verba autem statuti & sic Ritus debent intelligi in proprio significatu l. quicquid abstringendæ, vbi DD. ff. de verb. signi. Tertio quia Ritus requirit præsentiam partis quod patet; quia non curat de præsentia procuratoris, & consequenter non satisfit per citationem procuratoris, Abb. in cap. cum parati de appell. vbi Franc. col. 2. & indiuiduo ego alias solitus sum allegare Iacobum Emil. cons. 23. post principium, vbi ex prædictis ità determinat in statuto de quo ibi. Sed contrarium est Verius; & ita in Regno practicauimus in procuratore sufficienter constituto ad causam; quia dato sufficienti mandato, quæ à procuratore dicuntur geri à parte, maxime in hijs quæ respiciunt ordinem iudiciarium, & sumus in hijs quæ à parte sunt remissibilia, ita post Rotam quam allegat & firmat Fely. in d. cap. suborta, col. prima de re iud. Nec obstat quod Ritus præsupponit præsentiam pro-
3 curatoris, & vult non sufficere; † quia Ritus in hoc loco intelligitur non de procuratore instructo, sed de procuratore causæ; qui solet subscribere libellum, & similia sicuti, & aduocatus qui possunt in sra sex menses citari ad actus concernentes, tanquam procurator, & aduocatus subscripti: lapso vero semestre non possunt, licet sint præsentes, & ità intelligitur Ritus, nam tales personæ non dicuntur in omnibus representare partes, nec habent mandatum sufficiens: & ideo gesta ab eis, non dicuntur gesta à parte; in procuratore, vero instructo secus est, quia tum ex dispositione iuris, tum etiam per verba solita poni in procuratorijs in omnibus representant partes principales; nec refert quod talis procurator veniat appellatione partis, ex significato interpretatiuo; quia cum non simus in odiosis, nec penalibus, & intentio Ritus non est contraria, non est ità stricte intelligendus, & similiter non obstat quod Ritus requirit præsentiam partis, non obstante præsentia procuratoris, quia est verum de illo procuratore, qui non habet mandatum sufficiens, secus in procuratore instructo, & Iacob. Emilianus d. cons. 23. non bene aperit, si loquatur in procuratore instructo, imo videtur in casu suo loqui de procuratore causæ veluti aduocato; quia in principio dicit quod ille fuerat procurator in primo iudicio, & non intelligebatur procurator in secundo. Et ita tenendum est, tanto magis quia ità semper practicatum est, & non sunt mutanda quæ certam habuerunt interpetrationem l. minime, ff. dell.

LIBER SECVNDVS

DE VARIIS MODIS PROCEDENDI IN REGNO Ciuiliter, & de illorum instantijs.

QVÆSTIO. I.

1 *Quot & qui sint modi distincti & separati procedendi.*
2 *Modus procedendi per viam effectus procedit etiam parte inuita.*
3 *Similiter & modus procedendi ex abrupto.*
4 *Modus per viam intinctionis an sit diuersus a modo per viam cedulæ.*
5 *Modus procedendi ex abrupto est diuersus à modo visionis scripturarum.*
6 *Modi procedendi in Regno sunt sex principales ad quos omnes alij modi reducuntur.*
7 *In taxatione dotis de paragio an possit procedi parte contradicente parte incitata per supplicationem verificatis estremis.*
8 *Aduersus executionem taxationis an verum sit quod admittantur solum exceptiones modificatiuæ.*

ANTEQVAM ad particularia, circa hos varios modos procedèdi deueniamus; pro iunioribus operepretium est, Primo loco quærere, † quot, & qui sint modi procedendi distincti, & separati. Ritus enim, & scribentes super hoc, tam antiqui, quam moderni, satis confusè loquuntur, varios modos cumulando, qui tamen inuicem coincidunt; & pleriosque modos, qui in praxi quotidie versantur, omittunt. Ritus ergo in cap.
1

99. ponit in Magna Curia quinque modis principaliter procedi, nempè executiuè, per viam cedulæ, summariè, & ordinariè, & via informationis, Verum infertus cap. 139. addit quatuor alios modos, nempe per viam confessionis, iniunctionis, visione scripturarum, & ex abrupto, ob id moderni scribentes super illo cap. 139. & secundum eorum ordinem, cap. 44. aduertunt quinq; modos positos hic, esse illos in quibus proceditur in inuitum, etiam parte contradicente; alij vero modi quatuor positi in d. cap. 139. procedunt, vbi pars consentit; subdunt, & inde quod illi tres modi per viam iniunctionis, confessionis, & cedulæ, sunt vnũ, & idẽ; quia licet nominibus diuersis nominẽtur reducũtur tamen sub vno modo procedendi, nempè per viam cedulæ, & quod modus procedendi per viam iniunctionis sit idem, cum illo per viam cedulæ, allegant tenere d. de Septimo, licet ipsi dicant quod hodie est diuersus modus, & procedit secundum eos, quando pars non dissentit in modo procedendi, nam parte dissentiente debet procedi altero de quinque modis principalibus, de quibus in Ritu, quod etiam ipsi dixerunt super Ritu, cap. 4. num. 4. Secundum ordinem ipsorum.

Aduertendum est ergo ad plura, quæ ne ob malam intelligentiam terminorum, iuniores decipiantur ex dictis modernorum, non sunt sub silentio prætermittenda. Primo etenim quatenus ipsi dicant, cap. 139. ponere modos diuersos in quibus proceditur tantum parte non dissentiente, errant; quia, & modi prædicti procedunt, etiam parte inuita, nam, vt dicetur loco suo latius, non est verum absolute † modum procedendi per viam effectus, quod idem est quod visione scripturarum, non procedere nisi parte consentiente: nam licet quandoque partes in facto non sunt concordes, & verè est quæstio facti vel mixta iuxta tradit. in l. eum quem temere, ff. de iudic. & in cap. sæpè de appell. cum similibus, procedi non possit, ità per viam effectus, & visione scripturarum; tamen quando partibus in facto concordantibus, decidendus est merus iuris articulus; tunc etiam † parte dissentiente in Regno proceditur per viam effectus, & visione scripturarum, prout millies in facto vidimus, dicetur loco suo. † similiter & modus procedendi ex abrupto in Regno, etiam parte inuita practicatur in illis casibus, in quibus potest ità de iure procedi, vt proprio loco etiam differemus; quinimò vbi de iure procedi non potest tali modo, nec partis consensus iuuat, prout semel, & iterum practicauimus in illo modo procedendi, qui certis temporibus seruabatur in petitione redditionis compoti tutelæ; nam solebat fieri iniunctio ad præsentandum compotum, quo præsentato, fiebant impugnatione, & inde verificationes, & captis hinc inde terminis, solebat fieri quidam processus, lite non conrestata, & ex abrupto. Nihilominus talis modus procedendi fuit pluries declaratus nullus, reuocatis sententijs, & nullis declaratis; prout in causa illorum de scorso, & pluribus alijs: nec potuerunt similes processus subsistere, ex tacito consensu partium: nec mihi verisimile videtur, quod Ritus voluerit ponere modos procedendi, in quibus pars conseserit, cum tales modi potius ex inueterato stilo curiarum procedant, quam ex dispositione Ritus, vt etiam loco suo dicetur.

Dicamus ergo quod Ritus nõ est contrarius sibi ipsi; nam licet dixerit, in Magna Curia quinque modis procedi, non excluſit alios modos, & ob id non sine misterio dixit hic Ritus, procedi quinque modis principaliter, vt designaret alios modos adhuc diuersos, licet non principales.

Secundo aduertendum est, dum dicunt modum per viam iniunctionis esse diuersum, à modo per viam cedulæ. Quid quid dixerit Io. Aloys. Septim. Nam vt referunt ipsi Io. Aloys. non aliter sensit, licet voluerit modum per viam iniunctionis reperiri, in modo per viam cedulæ, quandoque enim (nam regulariter non omnes curiales ita faciunt) in cedula quam vocamus condemnatoriam, solet apponi iniunctio, quædam; quæ fit reo, vt infra terminum dierum 15. proponat, & probet defensiones suas, & ob id ratione talis iniunctionis, rectè dici potest, modum per viam iniunctionis reperiri in cedula. Tertio est aduertendum, quia licet verè modus procedendi per viam iniunctionis. sit longè diuersus à modo cedulæ; Vt moderni in hoc benè dicunt, tamen non rectè ipsi declarant, quomodo in hoc modo iniunctiuo procedatur.

Nec est verum quod solùm Procedi-

tur tali

talimodo, quando pars non diſſentit, immò & parte diſſentiente, rectè procedi-tur per viam iniunctionis; quando ita procedi poteſt. Immo nec partis conſenſus præiudicaret, vbi de iure tali modo procedi non poteſt. De hoc vltimo apparet per ea quę paulo ante dicebamus, de modo procedendi illo antiquo in redditione compoti, nam facta iniunctione pars non modo diſſentiebat, immò iniunctioni parebat, quia preſentabatur compotum, & tamen ad vlteriora valide non procedebatur; ex eo quia litis conteſtatio requiſita de iure, etiam partium conſenſu remitti non poteſt, vt in rub. ff. & C. de litis conteſt. nec vidi ego vnquam in praxi ad mitti, quod ſi fiat iniunctio, in caſu quo tali modo procedi non poteſt, quod termino elapſo procedatur ad captnram, vel ad carcerationem: nam ſufficeret quod pars quandocumque compareat, extra terminum, & allegaret, tali modo non debuiſſe procedi; quia nullitas actus poteſt allegari; etiam lapſo termino, Iaſ poſt alios in l. 1. C. de iuris & facti ignorant, & dicemus alias oportunius; & ideo aut ſumus in caſu quo procedi poteſt per viam iniunctionis, & tunc partis diſſenſus nil releuat; aut ſumus in caſu quo procedi non poteſt, & vt diximus partis conſenſus non iuuat. Verè igitur dicimus modũ procedendi per viam iniunctionis eſſe diuerſum; & ſeparatum, & eſt ille qui de iure vocatur per viam præcepti, iuxta tradita in l. ne quicquam, §. vbi decretum, ff. de off. procon. & leg. quod præceptum fieri poteſt per Iudicem tam ciuiliter, quã criminaliter, vt dicemus loco ſuo; & vtroque caſu etiam parte inuita, & contradicente; licet quandoque per partis comparitionem, tale præceptum reſoluatur in vim ſimplicis citationis, vt dicetur inferius: poteſt quoque talis modus procedendi per viam iniunctionis conſiderari, vbi ex forma contractus publici, vel ex forma alicuius ſententiæ, ſen interloquutorię, quis ſit obligatus ad factum aliquod: puta in contractu quis ſe obligat de ratho, vel rederę compotum, vel quid aliud facere, vel non facere, vel ad præmiſſa ſit condemnatus; tunc enim pro exequutione fit iniunctio, aduerſus quam ſolent preſentari oppoſitiones, quę vel in articulo reijciantur, ſi vel pactum militat de non opponendo, vel oppoſitiones ſint friuole, vt loco ſuo dicetur; vel in cauſa oppoſitoria, compilato proceſſu, diſcutiuntur; & deciditur, vel procedat, vel terractetur iniunctio, nec in iſto modo proceden di iuuat partis diſſenſus, quia ex forma contractus, vel ſententię latę, modus talis procedendi eſt *legitimus*, etiam parte contradicente; & practicamus quotidie in capitulo nouiſſimo edito ſuper pactis de retrouendendo, & pleriſque alijs caſibus, bene verum eſt tamen quòd talis modus non eſt diuerſus, à modo procedendi via exequutiua; quia ſub illo modo comprehenditur, & continetur, vt dicetur inferius: ſed à ritu pro diuerſo poſitus eſt, quia principaliter modum procedendi via exequutiua ponit, vbi agitur ad dandum, vt in capitulis ſequentibus, & in eo proceditur non via iniunctionis, ſed aliter vt videbimus, & ideò vbi agitur ad faciendum, vel non faciendum, videtur modus ſeparatus, nempè per viam iniunctionis, ſeu præcepti. † Eſt quoque aduertendum non bene modernos dicere d. capit. 44. quòd modus procedendi ex abrupto ſit idem, quòd viſione ſcripturarum: nam verè diuerſi ſunt ſaltem vt genus, & ſpecies, ſub illo enim modo procedendi ex abrupto, poteſt veluti vna ſpecies poni modus procedendi viſione ſcripturarum, cum ille modus plures alios modos contineat, de quibus infra. Arbitror tamen quòd Ritus d capit. 139. voluerit iſtos modos vti diuerſos ponere, ſed de hijs inferius opportunius dicemus. Eſt quoque aduertendum, quia Ritus in illo quinto modo procedendi per viam informationis, de quo infrà cap. 175. inter alia exempla ponit, quando quis vult aliquid probare, ad effectum exequutionis faciendæ, quod moderni declarant ibi, & ſecundum ordinem illorum cap. 80. quando quis vult cauſate exequutionem contra hæredem, & oporret probare mortem, & ſucceſſionem vel ſi virtute contractus bulle vult cauſare exequutionem contra tertium poſſeſſorem, & vult probare extrema poſſeſſionis, ſed mihi (licet moderni adhęc non aduertant) non placet iſta Ritus alloquutio: nam hęc non videntur, prout verè non ſunt diſtincta, & ſeparata à via exequutiua; licet enim hęc præambula ſint, & nos vocemus extrema, omnia tamen parantur ad viam exequutiuam; & ideò infrà vbi de exequutione contra hęredes loquitur, Ritus diſpo-

nit quod fiat, probata morte, & ſucceſſione, quod intelligimus, ſiue ex parte agentis, ſiue conuenti id faciendum ſit, & ideo non ſine miſterio ego dicebam, Ritus cõpilatores ſatis inepte loqui in propoſito; prout quoque in pleriſq; alijs locis manifeſtabimus: & ob id non ſine ratione reperio; in aliquibus apoſtillis ſuper Ritu, quæ d. Blaſc. caute attribuuntur, dici quòd Ritus Ritonus appellari poteſt, eum continet at diuerſis paleas.

6 Vt ego diſtinctius procedatur, & ſecundum veros terminos; pro reſponſione ad primam quæſtionem, & principaliter huius rubricæ, dicimus modos proceedendi eſſe vſq; ad hodierna tempora, ſex tantum principales, ad quos omnes alij modi reducuntur. Sunt autem iſti. Primus vocatur executiuus. Secundus per viam cedulę. Tertius ſummarie ex forma Ritus. Quartus ordinarie. Quintus ſummarie ex commiſſione Principis, & hodie ex forma Pragmaticæ Regiæ. Sextus, & vltimus ex abrupto: ad quos ſex modos reducuntur omnes modi proceedendi, tam ciuiliter, quàm criminaliter: nam ſub modo executiuo, continetur etiam modus per viam præcepti, & in iunctionis vbi ex forma contractus, vel ſententiæ poteſt ad talem iniunctionem procedi, & ſimiliter continetur ille modus per viam informationis, quatenus fit ad effectum executionis faciendæ. Sub modo cedulæ continentur caſus expreſſi in cap. 132. inter quos eſt ille per viam confeſſionis. Sub modo procedendi ex abrupto, continetur plures modi, inter quos ille viſione ſcripturarum, tam ſi fiat parte conſentiente, quàm ſi parte contradicente in ealibus tamen à iure permiſſis. Similiter modus procedendi dato termino extraordinario ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus. Rurſus modus procedendi in iud. ſummarijſſimi poſſeſſorij, de quo tamen loco ſuo dicemus aliqua, quia virtute capituli nouiſſimi. fuit diſputatum de modo procedendi in cauſa Veriæ, & ad hunc modum reducitur ille poſitus in Ritu, in illo modo per viam informationis, ſimiliter ad hoc genus modi procedendi, reducitur modus procedendi, per viam præcepti vel iniunctionis vbi de iure poteſt incipi à præcepto, ſimiliter modus procedendi ſtatim, & vt dicitur, aladritta, quòd fit ex commiſſione principis, vel quando agitur ab vnc. 50. infrà, iuxtà formam conſtitutionis nouiſſime Excellentiæ Domini Marci Antonij Columnæ par. 2. rub. 2. §. & in omnibus cauſis breuioribus & in quibus cauſæ merita ſuperarent expenſæ, ſimiliter modus procedendi informatiuè, quando fit ad probationem paupertatis, vel pro moratoria obtinenda, vel ſimilibus, vbi proceditur ad informationem Curiæ, citrà tamen caſus exequutiuos, vt ſupra; & demum continetur modus procedendi palatinus in criminalibus, quem modum vulgo voeamus ex abrupto.

Sub alijs autem tribus modis, quæ & quot contineantur, maxime hodiè ſtante prædicta Regia Pragmatica loco ſuo dicemus.

Apparet quoq; ad horum ſex modos procedendi reduci omnes alios modos; licèt vti diſtinctos poſitos à Mnder. ſcrib. ſuper Ritu d. c. 4 in eorum rubricis, vt in ſingulis rectè intuenti, manifeſtum eſt, & ille modus renocationis actentatorum, iam eomprehenditur in modo proceden
7 di ex abrupto, vt loco ſuo dicemus, † illud tamen non eſt ſub ſilentio prætermittendum, quatenus conſiderant modum procedendi, in taxatione dotis de paragio ſeu vitæ militiæ in d. c. 4. nu. 7. quo loci, ipſi duo dicunt manifeſtè erronea, & contraueram praxim, & communem omnium intelligentiam. Primum eſt quatenus dicunt, in taxatione dotis de paragio, etiam parte contradicente procedi parte incita ta, per ſupplicationem verificatis extremis, qua taxatione facta, proceditur ad exequutionem. Alterum eſt dum dicunt quòd aduerſus talem exequutionem, ſolum admittuntur exceptiones modificatiuæ, iuxta traddita per Iaſon. in l. 1. C. de iuris, & facti ignorant, & in hoc allegant d. de Gregorio in tracta. dot. de paragio, q. 38.

Sed parcant mihi manifeſtum capiunt errotẽ; quoad primũ quiad. de Gregorio d. quæſtio. 38. ver. hodie tamẽ, expreſsè dicit q talis modus procedendi receptus eſt, quando pars, expreſsè; & per ſupplicationem non contradicit, & miror quomodo ipſi ita inaduertenter, loquuti ſunt; citando d. de Gregorio. Arbitror tamen quòd in deprauatos codices inciderunt; ſed ſi praxim Mag. Cur. ſciuiſſent. non ità ſimpliciter relatores eſſent. & errorem codicis deprauati emendaſſent, nam vera communis, omnium opinio eſt, quòd ſi

pars

pars non contradicit,tunc parte incitata, captis teſtibus , immò quandoque ſine teſtibus ,ad ſolam partis informationem,cum de nullius intereſſe agatur , vt loco ſuo dicemus; ſolet dos taxari , habito reſpectu, ad ea de quibus d. de Gregorio; & inde cauſatur exequutio , qui modus aliud non operatur, niſi quod dat parti petenti viam exequutiuam,& ex ſtilo Magnæ Curiæ talis modus procedendi eſt legitimus. Quando verò pars ante cauſaram exequutionem , contradicit , ſupplicando,vel aliter,per quod in ſcriptis appareat de diſſenſu: tunc non taxatur dos illo modo; ſed eſt neceſſe quod petens dotem via ſua , ſe dirigat, & non exequutiuè, & ſi non obſtante diſſenſu procederetur ad taxationem , fieret id nullriter, & ex hoc ſolo capite, exequutio de facto cauſara rettractaretur, & iſto iure vtmur in Regno, & eſt expeditiſſimum.

8 Quo verò ad ſecundum, excuſationem habent; nam d.de Gregorio ante eos fuit in ſimili errore,quènos non ſemel in voce patrocinando,& conſulendo, deteximus, & quidem ſatis mirandum eſt , quod hæreſis hęc nõ aduertatur à modernis ſcriptoribus ; ſed vt dixi ipſi ſoliti ſunt ſola relatione eſſe contentos. Eſt igitur contra veram praxim , & contra omnem rationem, quod, & Gregorius, & moderni dicunt: nam cauſata exequutione , tam , & ſi pars conuenta non poſſit circa modum procedendi diſſentire, & neceſſe habeat infra quindenam ſe opponere ; tamen vel in articulo , vel in cauſa oppoſitoria, diſcutiuntur exceptiones omnes , & peremptorię, & modificatiuę : & itamiles vidimus practicari; & conſulendo, & iudicando practicauimus , per binas vices , præſertim in quibus in Magna Curia ſedimus, eſt enim manifeſta ratio quandoquidem , ſi exceptiones peręptorię non admitteren tur,parti ad iuditiũ nõ vocatæ,nec citatę, maximum fieret præiudicium,in caſu quo verè petenti dotem,dos non competeteet: & multi ſunt caſus, in quibus etiam filiæ non competit dos de paragio; inter quos ille eſt,quando in feudo nouo emptitio ſumus , & pater certo modo diſpoſuit , de quo idem d de Gregorio in eo.tract. q. 21.de quo nos alibi dicemus,& habuimus in cauſa baronis Caſtaniæ contra de Cuuello & alibi pluries, & ob id in cauſa oppoſitoria, & quandoque in articulo reiectionis, diſcutitur ſi verè competit dos de paragio, nec ne, vel ſi tali doti eſt renuntiatum, & ſimiles exceptiones peremptorie: quæ ſi non fuerint legitimę,tunc deuenitur ad modificatiuas; nec quicquam facit quod aduerſus ſententiam non ad mittuntur exceptiones peremptoriæ l. peremptorias , C. ſent. reſcin. non poſſ. & tradunt Docto. in d.l.prima C. de iuris & facti ignor. nam eſt verum vbi præceſſit ſententia lata, parte citata, & & audita , quod eſſe poſſet quando pars non diſſentiendo in modo procedendi , permiſiſſet tali modo taxari dotem: vel ſi ſtante diſſenſu fuiſſet lata ſententia ordine ſuo. Sed vbi parte incitata proceſſum eſt nulli dubium eſt, fore iniquiſſimum, ſi diceremus non admicti exceptiones peremptorias: & ſtilus in hoc illud tantum operatur, vt illa taxatio, illo modo valeat, nec ſit infringenda prætextu modi procedendi: in cęteris ſaluæ ſunt iura partis cõuentę, tam in peremptorijs,quam in modificatiuis,& iſto iure vtimur, ſine controuerſia; & difficultate, quæ notanda ſunt a iunioribus, qui caueant dum ſcripta modernorum legunt, ne in ſimiles errores incidant , nos tamen Deo fauente pro zelo veritatis , illos aduertere conabimur locis ſuis.

Apparet igitur qui , & quot ſint mod principales procedendi in Regno, de qui bus figillatim diſcutiemus.

Verum antequam ad particularia in Ritu poſita deſcendamus, operæ pretium duximus aliqua diſcutere , in & circa vitam cauſarum , quæ in prædictis ſex modis procedendi continentur ; & ſic de inſtantijs ipſarum, circa quod non nulla dicemus , quæ quotidiana ſunt , & ab alijs quos vidimus,non tacta, nec bene diſcuſſa; inter quæ illud primo loco occurrit, quod concernit vitam,& inſtantiam cauſarum, quæ via exequutiua tractantur.

QVÆSTIO II.

1 *Inſtantiæ in exequutiuis quæ , & quales ſint, & à quo actu initium ſumant , & quem finem habeant,& an, & quomodo in exequutiuis detur inſtantia.*

2 *Quindena elapſa an poſſit exequi perpetuo.*

SE-

1 SECVNDA igitur erit principalis quæſtio, quæ, & qualis ſit inſtantia in exequutiuis & à quo actu initium ſumat, & quem finem habeat. Moderni ſcribentes in cap 2. Ritus nu. 19. & ſeq. ponunt nonnulla referentes d. Io. Aloyſium de Septimo; ſed ex hijs quæ nos deducemus, apparebit quàm ſicco pede in omnibus ſoleant pertraſire. Concludunt ipſi poſt d. Io. Aloyſium communem opinionem eſſe in exequutiuis dari inſtantiam, Doct. in l. properandum in princ. C. de iudicijs damnata opinione Bart. in l. litibus C. de agri, & cenſ. lib. x. in quo conueniunt omnes ſcribentes ſuper Ritu noſtro: quorum verba & rationes ſimpliciter referunt prædicti mod. ſcriben. ego in primis vltra eos allego dictum quotidie, & in ore aduocatorum verſatum, Aſſi. in conſil. hac lege, nu. 7. cum ſeq. vbi ſimiliter concludit in exequutiuis dari inſtantiam, ſecundum communem concluſionem. Verum ponit tres limitationes, & tandem num. 10. in fine concludit dari inſtantiam, dato termino ad probandum exceptiones propoſitas; alioquin non dato termino determinat, non dari inſtantiam. Secundo dico eſſe aduertendum in Regno non poſſe nos, nec debere in hac materia nimis inſudare, in deciſionibus communibus; ſed oportet rem intimius, & penitius, perſcrutari. Proponimus ergo vtramque opinionem veram eſſe, nempè in exequutiuis dari inſtantiam in Regno, & non dari, ſecundum varios caſus contingentes. Quinimò in eiſdem exequutiuis conſiderari poſſe, & dari diuerſas inſtantias, & diuerſæ qualitatis. Sciendum eſt igitur à ijnioribus in Regno exequutionem dari, aut virtute ſententiæ ſeu interloquutoriæ, aut virtute contractus habentis exequutionem paratam, aut virtute alicuius actus iudicialis, ex diſpoſitione iuris communis, veluti ex fideiuſſione pœnes acta Curiæ, vel ſimilium, vt Deo dante loco ſuo dicetur. Poſſumus ergo in primis circa has exequutiones conſiderare tempus, antequam deueniant ad actum formatum, quem nos vocamus implementum; & tunc ſi loquimur de ſententia, ſeu interloquutoria, in Regno datur inſtantia anni, quo lapſo non poteſt procedi, niſi actione in factum per viam cedulæ, prout loco ſuo diſcutiemus. Si ſumus in contractibus datur tempus decennij, de vtroque, eſt clara diſpoſitio Ritus, de qua infra. Si tandem loquimur in hijs quæ ex iuris diſpoſitione habent exequutionem paratam, an in eis procedat diſpoſitio Ritus, nec ne, non eſt præſentis ſpeculationis. Dicemus Deo dante loco opportuniori; nam & tempus anni, & decennij proprie non poſſumus vocare inſtantiam, prout eſt materia l. properandũ, C. de iudicijs, & eſt principalis materia huius quæſtionis.

Poſſumus ſecundo conſiderare exequutiones, prout iam deuenerunt ad actum formatum, & implementum; & tunc eſt etiam conſideranda in exequutione ſententiarum, quia illa quando q; fit realiter, puta quando quis eſt condemnatus ad rei reſtitutionem in actione reali, & tunc exequutio fit manu militari iuxta tradita in l. . . . . ff. de re iudic. & in Regno vel ad literas, vel per porterium manu militari, victor mittitur in poſſeſſionẽ rei, & intali executione nullã eſt dari inſtãtiã; quia nec lis tacuit, nec expreſſe cõteſtatur, nec vlla diſceptatio, relinquitur coram illo Iudice exequente, in caſibus tamen in quibus datur exequutio, & inhijs terminis poteſt ſaluari dictum Barto. in d. l. litibus, & aliorum ſequatium. Quando vero exequutio tam virtute ſententiæ, quàm contractus non fit manu militari, ſed per mandatum exequutionis, vel ad literas vel pœnes acta in ſumma pecuniarum, vel frumentorum, vel ſimilium recipientium functionem in genere ſuo, ſequuto implemento, iuxta formam Ritus, tunc datur quindena illi, contra quem talis exequutio eſt mandata; infra quam poteſt, & debet præſentare ſuas oppoſitiones, ſeu exceptiones pro vt communiter appellamus; quibus præſentatis, in Regno ex forma capitulorum ipſius, currit inſtantia ſex menſium cauſæ, quam vulgo oppoſitoriam vocat, & hæc fuit à Ritu cognita, & ſic in Regno abreuiata eſt inſtantia triennalis, de qua in l. properandum, C. de iudicijs in hijs cauſis oppoſitorijs; quia tamen, vel virtute pacti de non opponendo, vel quia oppoſitiones ſunt friuolæ, vel virtute pragmaticæ in contractibus bullaribus, ſolet paſſim incidere articulus reiectionis oppoſitionum, in quo prætendat actor, & creditor debitori eſſe denegandam audientiam, ante realem ſolutionem,

tionem, & ſatisfactionem; tali articulo ſtatutus eſt terminus, & inſtantia trium menſium, qui continetur in illo ſpatio, & curriculo ſex menſium, de quibus multa inferius notatu digna diſcutientur, & ſic videmos clariſſimè in Regno, in exequutiuis dari inſtantiam, exequutione deducta ad implementum. Nec eſt immorandum hodie à quo die incipiant prædictæ inſtantiæ, & quis actus ſit qui habeat vim litis cõteſtatæ, in quo modo ſcrib. dilatant fimbrias; nam in Regno eſt clarè diſpoſitum, initium ſumi a die præſentationis oppoſitionum: & ita paſſim ſeruamus. An autem incluſiuè, vel excluſiuè, alibi tractabimus. Sed adhuc in eiſdem terminis exequutionis iam adimpletæ, vera eſt alia opinio non dari inſtantiam, quod poſſit eſſe qnando exequutione mandata, & impleta infra qninden am nullæ præſentantur oppoſitiones; quem caſum dicimus nos eſſe qninden æ elapſæ: Et tunc verum eſt dicere, in exeqnitiuis non dari inſtantiam, quia lapſa quindena deuenitur ad vlteriora; nempè vel ad carcerationem perſonæ, vel ad ſecundum decretum, vel ad vendictionem pignorum, & his ſimilia, & nulla remanet diſceptario, quoad debitorem, contra quem principaliter eſt cauſata exequutio; qnia de tertio alibi tractabimus.

Verum & hic eſt aduertendum: quia tametſi non ſit dare propriè inſtantiam in præcedentibus caſibus, tamen quando exequutio implementum habuit per interpoſitionem primi decreti, adhuc lapſa quindena tale primum decretum effectum non habet, niſi infra annum, vt diſponitur in Ritu, cap. 185. . . . & ibi largo modo poſſumus dicere in eo caſu eſſe dari inſtantiam. Quando verò exequutio fuit impleta per fideiuſſionem in quindena; tunc pulchrum eſt videre, an detur terminus, ſeu inſtantia aliqua præfixa: loquendo vt dixi nullis præſentatis oppoſitionibus; & ſic † an quindena elapſa poſſit exequi perpetuo. Scio ego quandoque fuiſſe dubitatum, & nonnullos voluiſſe debere ſeruari, vel diſpoſitione Ritus præfigentis terminum primo decreto, & exequutioni ſententiarum; vel ſaltem decennij, prout præfigitur terminus in contractibus ſimiliter ex diſpoſitione, Ritus. Verum ego ſemper tenui contrariam opinionem nec vlla diſpoſitio Ritus vt fideiuſſioni arctauit terminum, nec iuris diſpoſitio; vbi enim Ritus voluit terminum dare, dedit prout in primo decreto, & ſimilibus; nec Ritus diſpoſitio extendenda eſt ad caſum noſtrum, quia exhorbitans eſt Ritus, & ſine neceſſitate rationabili non eſt admictenda extenſio, ad tradita in auctenticas actiones C. de ſacr. ſanct. eccleſ. tanto magis quia in fideiuſſione eſt ratio maximæ diuerſitatis, quia in ea fit noua obligatio vltra veterem, & à debitore pro quo intercedit fideiuſſor, ſaltem tacita, dum fideiuſſori hoc mandat & ob id ſine voluntate partis principalis non ſolent cauti Iudices mandare, vt ille fideiubſiones recipiantur, & ab ipſo fideiubſore maximè cum clauſula vt bancus, quæ clauſula particulares habet conſiderationes, ex interpretatione data à Rege Alfonſo, vt loco ſuo tractabitur. Rurſus in fideiubſionibus iſtis intreuenit iuramentum, quæ omnia non concurrunt in interpoſitione primi decreti; cui ſtatutus fuit terminus fortaſſe ex diſpoſitione iuris communis, iuxta tradita in l. ſi finita §. Iulianus ff. de damno infecto, ſed de hijs alibi opportunius, nec eſt teſtingendum tempus, prout in contractibus, quia Ritus loquens in contractibus in quibus ex diſpoſitione iuris, non dabatur via exequutiua, iuxta tex. cum ibi not. in l. minor 25. ann. ff. de mino. dans eis viam exequutiuam intra terminum decennij, perſtrinxit illam: fideiuſſionis, verum iſtæ, quia actus iudiciales ſunt, habent exequutionem paratam, ex diſpoſitione iuris communis per text. in l. eum pro quo ff. de in ius voc. & tradit Afflict. in conſtit. . . . . ob id Ritus in eis non procedit, & niſi in ſententijs expreſsè determinaſſet tempus anni, poſſent exequi infra 30. annos iuxtà diſpoſitionem iuris communia l. . . . . .

Concludendum eſt ergo fideiubſionem in quindena captam, nullis præſentatis oppoſitionibus poſſe exequi, & poſt annum, & poſt decennium; & ita ego ſeruaui, & ſeruari vidi an autem vltra 30. annoa vel ratione iuramenti, vel alia ratione, opportuniori loco diſcutiemus, quæ omnia notanda ſunt à iuuenibus: quia non reperient ità clarè, & diſtinctè alibi pertractata. Patet igitur reſolutio quæſtionis principalis, & an, & qnales in exequutiuis conſiderentur inſtantiæ.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

1 *Inſtantia in exequutiuis cui pareat, oppoſito vel opponenti.*

2 *Doctrina Baldi in l. ſi cum ipſe, ff. de execuſat. tut. non practicatur in regno, nec verum eſt quod dicunt mod quod illi pereat inſtantia per quem factum fuit quo minus cauſa proſequeretur.*

1 

ED vt ad magis particularia deſcendamus, quæritur ergo tertio principaliter, cui pareat inſtantia in exequutiuis, in caſibus in quibus ex prædictis apparet dari inſtantiam. Moderni ſcribentes in comento prælegato cap. 3. in fine prout ſolent, ſimpliciter referentes dictum de ſeptimo, nil boni dicunt in praxi; nam articulus quem dicit d. Io. Aloyſius alias fuiſſe in Magna Curia agitatum, & demum deciſum quòd inſtantia pereat oppoſito, & ſic actori qui exequutionem cauſauit, hodie non eſt ità ruditer, & indiſtinctè pertractandus; nam in Regno poteſt dari caſus, quo inſtantia pereat oppoſito (loquor vltra caſum particularem diſpoſitum à cap. Regni nouiſſimo in pactis de retrouendendo) & ideo aduertendum eſt, quòd ſi præſentatis oppoſitionibus, partes perſequantur cauſam oppoſitoriam, nullo interiectio articulo, circa oppoſitionum reiectionem, & tunc indubitabile in Regno eſt, inſtantiam perire creditori, & actori qui exequutionem cauſauit, quod ſimiliter indubitabile eſt, quando nulla fit proſequutio, quia ſufficit debitori, infra quindenam ſuas præſentaſſe oppoſitiones, idque eſt conforme iuris communis diſpoſitioni: inſtantia enim regulariter perit actori I. properandum, vbi Doctor. C. de iuditijs capit. fin. de iuditijs cum ſimilibus vulg. vbi verò præſentatis oppoſitionibus, factus eſt articulus, & deciſus circa reiectionem, vel ad miſſionem oppoſitionum & tunc refert qualiter ſit deciſus, nam ſi oppoſitiones fuerunt legitimè declaratæ; & ob id interloquutum quòd ſtent, & admittantur; pariter indubitabile eſt in Regno in omnibus curijs, adhuc inſtantiam cauſæ oppoſitoriæ perire actori, & creditori. Si verò vel ſtante pacto, vel ſtante Pragmatica in contractibus Bullæ, ſit interloquutum quod oppoſitiones reiciantur, & facta ſolutione audiretur debitor; & tunc inſtantia cauſæ oppoſitoriæ, perit ipſi opponenti, & debitori, & iſta eſt praxis indubitata Magnæ Cur. & totius Regni, omiſſi autem cõſulto casũ in quo interioqui ſolet quòd oppoſitiones reijciantur, ex eo quòd oppoſitiones ſint friuole: quia tunc nullus habetur reſpectus ad cauſam oppoſitoriam, nec in ea fit proceſſus, quia authoritate legis communis, Iudices teles oppoſitiones reijciunt vulga. text. cum ibi notatis in cap. cum oppoſitionibus friuolis de appellationibus lib. 6. & tradunt Doctor. in capit. interpoſitas de appell. & ob id cautè decidunt ſimpliciter, quòd oppoſitiones reijciantur, nullo addito quòd facta ſolutione audiatur: de quo nos alibi aliquà dicemus. Stante ergo interloquutoria reijciente ſimpliciter, non eſt tractandum, cui pereat inſtantia cauſæ oppoſitoriæ, quia tunc nulla fit cauſa oppoſitoria.

Praxis autem de qua ſupra, quod inſtantia pereat oppoſiti fundatur, & ratione, & authoritate, ratione quidem, quia cum actor, & creditor obtinuerit iuxtà eiuſpetitionem quòd fieret ſibi ſolutio, & ſatisfactio, non obſtantibus oppoſitionibus debitoris, ea facta nihil habet aliud quærere, & conſequenter ſua petitio ceſſat, & quo ad eum nihil aliud eſt agendum. Reus verò, & debitor qui ſoluit, vel cuius bona adiudicata, & diſtracta fuerunt, neceſſe habet inſtare, & petere quòd res capta, & diſtracta reſtituatur, & pecuniæ ſimiliter retrotradantur, & conſequenter cum petet principaliter reſcindi, quod factum eſt, & poſſeſſionem ſibi reſtitui dicitur ſubſtinere partes actoris, & conſequenter ſibi perit inſtantia, ità magiſtraliter declarat Barthol. in l. de pupillo §. fin. prima colum. ff. de nou. oper. nuntiat. quem refert, & ſequitur Soccin. ſen. conſil. 109. libro quarto cuius dicti authoritate, ego ſemper audiui fundari præxim, de qua ſupra: & licèt aduerſus eam multa deduci poſſent, ex hijs quæ tradit Dec. conſilio 43. colum. prima vbi notabiliter declarat, & diſtinguit, nihilominus, quia non ſunt mutanda ea quæ certam interpretationem habuerunt, non arbitror eſſe inſiſtendum, ne videar nouitatem afferre, in hijs quæ ſine aliqua controuerſia à maioribus, ſunt determinata,

† nec

2 † nec verum eſt illud quod ſubdunt mod. ſcribentes loco prælegato pariter ex d. Ioan. Aloyſio quòd per peritos debet fieri diſtinctio, quòd illi pereat, per quem factum fuerit, quò minus cauſa proſequeretur ex doctrina Bald. in l. ſi cum ipſe ff. de excuſat. tutor. nam in Regno non practicatur doctrina Baldi prædicta, quòd dum vult. quòd ſi facto aduerſarij petentis dilationem vltra tempus præfixum, cauſa non poteſt expediri; quòd data dilatione poſſit vltra tempus datum cognoſci de cauſa; quinimò dilationes dantur, & denegantur; ſecundum quòd tempus, & inſtantia cauſę ſuppetunt; poſſet tamen Baldi doctrina procedere quando tempus datur Iudici, iuxta tradita in c. de cauſis de offic. delega. quod alibi nos examinabimus, & aliqua dicemus circa doctrinam Baldi in d.l. ſi cum ipſe de quo in repertorio magno in verſ. inſtantię; ſed in propoſito quo ad peremptionem inſtantię, nec Bald. allegatus quicquam dicit cui pereat, in terminis de quibus loquitur: & tandem quando agitur de impedimento dato, vel facto partis, vel facto Iudicis, an pereat inſtantia, & cui pereat, eſt materia tradita in cap. ex ratione de appella. quod pro modo non examinamus, tum quia non eſt propria materia, de qua nunc agimus; tum etiam quia in Regno, aut raro, aut nunquam eſt dare caſum, quo poſſint allegari legitima impedimenta, in proſequutione cauſarum maximè cum poſſit eſſe conſultum per prorogationes, iuxta ea quę tradidit Crauett. conſil. 270. examinabimus fortaſſe in eo capite Ritus, qui ſententias mandat exequi infra annum, nam in caſu quo ſententia in liquida eſt, & fit liquidatio ſemel, & iterum caſus occurrit, & ſcio vario modo fuiſſe deciſum, ſed de hijs aliàs.

QVÆSTIO IV.

1 *Inſtantia an pereat, tertio opponenti, & prętendenti ſe dominum, & poſſeſſorem vel illi qui cauſauit exequutionem, & quando tertius dicatur actor, & quando reus, & an, & quando impediat exequutionem.*

1 SED pulchra eſt quęſtio, & erit quarta in ordine quid dicendum ſit, quando cauſata exequutione aduerſus aliquem, & interpoſito decreto ſuper re, comparet tertius, & ſuas oppoſitiones preſentat, prętendens ſe dominum, & poſſeſſorem; iuxta tradita in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. vel aliter prętendens pro ſuo intereſſe impedire poſſe exequutionem; cui pereat inſtantia, an actori, qui exequutionem cauſauit, an vero illi tertio, qui ſe principaliter opponit. In hoc ſcio aliquando fuiſſe dubitatum, & merito dubitandum eſſet, ſi termini non diſtinguerentur; nam principalis ratio ex qua Doctores voluerunt quandoque petentem, aliquid reuocari, dici actorem, ea fuit quia principaliter hoc petit, & non laceſſitus, nec prouocatus, quòd ſi laceſſitus, & prouocatus hoc faceret; diceretur reus. Ità Bar. in d. l. de pupillo. §. fin. ff. de oper. nou. nuncia. refert, & ſequitur Decius d. conſi. 43. & Socc. d. conſi. 109 lib. 4. cum multis alijs de quibus ſtatim dicetur; quę ratio in tertio poteſt vno, & altero modo applicari, ſecundum facti contigentiam; & ob id arbitror pro intelligentia & reſolutione, eſſe diſtinguendos aliquos caſus. Primus erit caſus quando tertius qui verè rem poſſideat ſe opponit ad impediendum exequutionem, quę fuit facta ſuper re cuius ipſe eſſet dominus, vel poſſeſſor iuxta materiam traditam in d. l. à Diuo pio. §. ſi ſuper rebus ff. de re. iud. & in cap. veniens de teſtibus, & in cap. cum ſuper d. re iudi. &. in hoc ſunt diſtinguendi duo caſus. Primus eſſet quando talis dominium, vel poſſeſſionem oſtenderet tertius per acta publica, in prompta; quo caſu nulli dubium eſt non poſſe aliter procedi in ipſa exequutione, ſed debere oppoſitiones admicti, & interloqui quòd ſtent, prout quotidie in hijs terminis ſolent Iudices decidere: quâtuncunq; prętenderetur de titulo allegato nullitas aliqua quia in eo iudicio non eſſet de hoc diſceptandum, per notabile dictum Cardin. Zab. quod dicit eſſe centum manibus ſignandum Fely. in d. cap. cum ſuper de re iud. in eo igitur caſu arbitror talem tertium gerere vices rei: & inſtantiam non ſibi ſed creditori qui cauſauit executionem, tanquam actori perire. nam in hoc caſu procedunt illę rationes, tam quia tertius prouocatus venit, ad ſuam poſſeſſionem defendendam;

tum etiam quia nihil petit reuocari, ſed contentus eſt illo ſtatu, nempè quod ad vlteriora non procedatur virtute dictæ exequutionis; & tametſi in qua repetit ſuarum oppoſitionum dicat exequutionem eſſe retractandam, tamen non petit ratione exequutionis realis, iam factæ: ſed ratione illius mandati, cum tempore preſentationis oppoſitionum aliud non dicitur factum, niſi mandatum exequutionis, & primum decretum interpoſitum; quæ omnia ſuam poſſeſſionem non alterant, licèt minentur alterare, ſi ſe non opponeret, ante aditum pignus, prout quoque nec per hoc debitor non dicitur reus, ſi cauſata contra eam exequutione, præſentatis oppoſitionibus in eis petat exequutionem eſſe retractandam; pro vt com muniter petitur, nec de iſta petitione, vt dicatur acto., loquuntur Doctor. aliquin ineptiſſimum, & abſurdum eſſet dicere debitorem dici actorem, vt ſuprà concluſimus. Verè igitur in hijs terminis pro cedunt rationes Bartol Dec. Soccin. & aliorum vt iſte tertius dicatur reus. Quibus; Addo Alciatum notabiliter ità declarantem, conſi. 248. numero. 5. & 6. & idem Alcia. conſi. 253. col. fin. quibus in locis præciſè conſiderat, dici reum illum, qui nihil aliud petit, ſed contentus illo ſtatu inſtat ad vlteriora non procedi, nec fieri nouitatem, à quibus etiam non diſſentit Socc. Iun. conſi. 122. num. 24. in 2. vol. qui in eodem caſu Alciati conſuluit. Nec meo iuditio videtur obſtare quod Bar. & Doctor. prælleati videntur conſiderare caſum, quo aliquis citatur, & per citationem pronouetur: vt is tunc dicatur reus quod non videtur nos præſupponere in caſu de quo loquimur. Nam verum eſt nos loqui in caſu, quo circumſcripta citatione, tertius comparet: verum per hæc non dicimus ipſum minus ſubire vicem rei, ſi in ſua poſſeſſione exiſtens timeat ab ea expelli ſi non comparet; quo caſu dicemus realiter citari, ſi non verbaliter, & maiorem effectum facit citatio hęc realis, & timor ne a ſua poſſeſſione amoueatur, quam citatio mera verbalis, & ſaltem vtroque caſu non voluntariè, ſed coactè venit ad iudicium, & pronocatus, ac laceſſitus; nec comparet, vt aliquid jam factum realiter reuocetur, ſed vt ſe defendat, & liberet, nec fiat aliquid quod ſibi præiuditium eſſet in poſſeſſione, quæ omnia copulatiuè concurrentia, ex intentione Bar. & aliorum; arbitror ego operati, vt caſus iſte ſit extra omnem difficultatem. Hinc quoque arbitror non obſtare huic reſolutioni, conſ. Rom. 217. dum concludit, tertium comparentem eſſe actorem, & ſibi perire inſtantiam; quia ipſemet loquitur in caſu quo, tertius comparet principaliter, ad reuocationem immiſſionis, iam factæ, & tenuræ datæ; prout quoque poſſet procedere eius deciſio, quando tertius non aduerſus exequutionem iam factam excipiendo, & opponendo compareret; ſed principaliter peteret, quod exequutio facta reuocetur: tunc enim ſtante forma principalis petitionis poſſet dici actor, quo ad omnia ordinatoria talis litis, & diceretur actor, prout quoque ad illos effectus dicitur actor, qui principaliter tentando remedium, l. ſi contendat principaliter non excipiendo, ſed formando petitionem, comparet; prout declarat notabiliter Patriſius in cap. in præſentia, num. 19. de proba. & eſt pulchra deciſio Pedemont. 150. præſertim num. 9 & ante eos pulchre dixit Ang. in l. de pupillo, §. nn. in fine, ff. de oper. no. nunc. in omnibus autem iſtis caſibus Doct. conſiderant, quod ille dicitur actor qui primò comparet; in caſu autem noſtro nondicimus tertium primò comparere; ſed iam cauſata exequutione, & interpoſito decreto ſuper re ſua, ipſe laceſſitus comparet, vt defendat ſuam poſſeſſionem, ſicque concludendo dicimus ipſum nec in tempore comparitionis nec in modo, nec quoque in effectu quem petit, poſſe dici habere vices actoris, ſed rei. Pariter præmiſſæ concluſioni dicimus non obſtare, Neuizz. conſil. 20. ante numero 35. dum poſt Anchar. conſil. 334. vult, actorem dici qui comparet ad impediendum exequutionem; nam Anchar. vt infertus dicetur, loquitur in alio tertio qui comparet pro ſuo intereſſe ad impediendum exequutionem, & non ratione poſſeſſionis iuxtà terminos d. §. ſi ſuper rebus, & licèt Neuizzan. in hijs terminis loquatur, tamen in caſu ſuo multa erant, per quæ poterat talis exequutio fieri contra tertium, & inter alia, quia contendit fuiſſe contractum vitium litigioſi; nec ad alium finem in caſu ſuo intendit probare illum comparentem eſſe actorem, niſi vt ſibi incumbat onus probandi, & quòd illi tanquàm

quàm agenti noceat ſcientia defuncti, & ſunt, termini diuerſi à noſtris, tametſi ad huc eius conſilium in multis videtur claudicare, quod non eſt preſentis ſpeculationis.

Addo tamen quòd Imol. in d.l. de pupillo §. fina colum.penult. ff. de oper.nou. nunc. videtur, determinare contra hanc meam opinionem, dum ponendo quemdam intellectum ad dicta Barto. illum reprobat, concludens quòd ſiue ex comunicatus, non citatus comparear pro defenſione ſuæ poſſeſſionis, in qua fuerat turbatus, & in conſequentiam petat tenutam reuocari: ſiuè principaliter reuocationem petat, non debere audiri; ex eo quia voluntariè venire dicitur, & conſequenter gerere vices actoris; & ideo concludit quòd tunc dicitur venire vt reus, quando fuerat citatus, & contumax: quia tunc virtute citationis, per quam dicebatur prouocatus, diceretur venire cohactè, & vt reus; quæ Theorica de directo videtur contrariari præmiſſæ concluſioni. Verum ego poſt Soccin. Sen. d conſil. 109. col. prima, & ſecunda, qui etiam refert Imolam loco prædallegato, intelligo in caſu Imolæ concurrete, quòd de facto agebatur de reuocatione tenutæ, & de retro tradenda poſſeſſione, & ille qui comparebat petebat ſibi poſſeſſionem reſtitui; quia ergo petitur reſcindi, quod iam factum eſt realiter: ob id, & in modo practicandi, vt dicit Imol. & in modo petendi, inſurgit difficultas. At in caſu noſtro tametſi inter poſitum ſit primum decretum, & in cedula dicitur ex ſtilo, quòd actor ille miſſus ſit in poſſeſſionem rei; tamen verè in talibus deetetis non ſumus in terminis, l. ſi finita, §. Iulianus, nec creditor vere capit aliquam non dico poſſeſſionem, nec detentionem cauſa cuſtodiæ: pro vt in dicto §. Iulianus: ob id quando tertius poſſeſſor comparet, etiam non citatus, non dicitur comparere vt reuocetur quod factum eſt, vel quòd ſibi poſſeſſio reſtituatur; ſed comparet ad impediendum ne fiat, nenè ſua poſſeſſio ab alio acquiratur; & ideò dicitur principaliter comparere ad ſe defendendum, & ad reſiſtendum tenutæ, quod conſiderat Bar. ſequitur Socc. d. conſil. 109. col. 2. Eò ergo verè reus, & conſequenter ſibi non perit inſtantia, & ità alias ego in contingentia facti dicebam, & arbitror opinionem eſſe de mente iurium, & Doctorum; licet ſuper ea arbitrer eſſe cogitandum. Sine tamen difficultate eſſet iure caſus, quando præſupponetur, quòd talis tertius fuiſſet citatus, vel ſibi cedula primi decreti eſſet tradita; nam tunc virtute talis citationis eſſet prouocatus & eſſemus in terminis Imolæ loco prædallegato, & aliorum Doctorum, qui talem citationem ad eum effectum confidetant. Addo eſſe videndum. Ang. in d.l. de pupillo §. fin. ff. de oper. nou. nunc. cuius dicta præmiſſam concluſionem confirmant; & demum concludit cautum debere eſſe aduocatum, quia ius eſt in modo petendi; & idem Ange. in l. non cogendum §. ſi procuratorem quem legit cum l. mutus ff. de procurato. vult quòd petens tenutam, vel ſequeſtrum reuocari, dicitur ſubſtinere partes defenſoris, cum onere tamen probandi, quia quo adhoc reputatur reus, quod eſt notandum in præmiſſis.

Secundus caſus ſubdiſtinctionis eſt, quando tertius ſe opponit de dominio, & poſſeſſione verum in promptu non oſtendit ſe talem, ſed vult terminum ad probandum, & in oppoſitionibus ita articulat; & in caſu autem practicamus, non impediri exequutionem; tum ex eo quòd tertius non venit paratus, & tradunt Docto. in d. capit. cum ſuper, & in cap. veniens; tum etiam quia aliàs eſſet dare matetiam eludendi exequutionem, vel dilatandi iura creditorum; quia tamen oppoſitiones in ſe videntur legitimæ, & reijciendæ; inoleuit practica, quòd ſatisfiat, & creditori, & tertio huic, vt dicatur quod oppoſitiones ſtent, illi, vt addatur clauſula ita quòd non impediatur exequntio. Retento igitur themate, punctus eſt videre cui pereat inſtantia cauſæ oppoſitoriæ, & paucis concludendo arbitror, perire opponenti, quia quo ad creditorem cum proceſſerit ad exequutionem, & habuerit intentum, nihil aliud habet, quod quærat: ſicuti quando contra debitorem obtinuit interloquutoriã, quòd oppoſitiones reiciantur, & facta ſolutione audiatur; & vtroq; caſu eadèratio eſt, & praxis, & theoricæ. Rurſus in eo caſu procedant rationes, quia ipſe eſt neceſſe proſequi cauſam ad retractandam ex ſequutionem realiret iam factam, quo fit vt procedant rationes Bar. & aliorum præſertim Imolæ in d. §. fin. & aliter punctum non diſcutiendo, ego arbitror in hoc verã eſſe concluſionem, vt dixi, quòd inſtantia

pereat opponenti; idem eſſet dicendum in caſu ſpolij, quando antequàm audiatur ſpolians indefenſionibus ſuis in ſpolio priuilegiato, eſſet lata ſententia, & remaneret cauſa principalis meritorum ſpolij, quod tamen alibi loco ſuo tractabimus

Secundus caſus principalis eſt, quando tertius comparet, non vti poſſeſſor, vt dictum eſt, ſed aliter pro ſuo intereſſe, puta ad defendendum debitorem, quia forte tenetur de euictione, vel quia prætè dat ſe creditorẽ antetiorẽ, vel aliter; & tunc in hijs caſibus ex rationibus, præſertim Anchar. de conſi. 334. & aliorum, de quibus ſupra quia voluntariè venit, & non laceſſitus, & comparet ad impediendam executionem, non vt ſe defendat, diceretur, actor: & conſequenter quo ad illam telam iuditij ſuarum oppoſitionum, debet ſibi perire inſtantia Poſſet tamen caſus difficultatem habere, quando talis tertius eſſet citatus, vel ſimpliciter, vel quatenus ſua putauerit intereſſe; nam tunc diceretur habilitatus per tradita in l. fina. C. de ædicto Diu. Adr. toll quod tamen alibi examinabimus: & diceretur per citationem prouocatus, ex hijs quæ dicebat Imol. vbi ſupra; & tamenſi, poſſet dici quòd talis citatio fuerit facta, vt fieret tertio preiuditium, iuxtà terminos l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pigno. vel aliter; tamen non poſſet negari, quòd ille tertius, non venit voluntariè, ſed prouocatus, & ideò caſum hunc dubitabilem exiſtimatem, & ſuper eo cogitandum relinquo.

QVÆSTIO V.

1 *Inſtantia articuli reiectionis oppoſitionum qui tentatur virtute pacti vel Pragmaticæ an ſit particularis adeò quod ſententia lata in articulo extrà illud trimeſtre ſit nulla.*

2 *Inſtantia cauſæ oppoſitoria eſt vnica.*

3 *Inſtantia non dicitur præfixa vt ſententia extra illam ſit nulla, quando tempus eſt præfixum iudici ſub pœna.*

1 QVinto principaliter quæritur de notabili quæſtione quam alias in facto habuimus. in Sancto officio inter Franciſcum Locadellum, & Don Coriolanum de Bononia, in anno 1582. An articulus reiectionis oppoſitionum, qui tentatur virtute pacti, vel pragmaticæ vel aliter, vt ſupra diximus; habeat particularem inſtantiam. Ratio autem dubitationis eſt, quia virtute capituli nouiſſimi incepta inſtantia cauſæ oppoſitoriæ, quæ ſex menſium eſt, infrà primos tres menſes, mandatur deberi, agitari articulum reiectionis oppoſitionum; alioquin poſſit procedi in cauſa oppoſitoria; dubium eſt ergo an primum trimeſtre ſit particularis inſtantia articuli; in tantum quod interloquutoria ſuper eo lata extrà illud tempus ſit nulla tamquàm lata, extrà inſtantiam, vel ſit valida; & ille terminus fuerit ſtatutus in pœnam, nempè vt debitor poſſit proſequi cauſam oppoſitoriam, & non poſſit à creditore impediri, prout poſſet antè illud trimeſtre.

Reſolutio præſentis quæſtionis pendet ex eo, an per capitula illa nouiſſima lactum ſit, vt duæ ſint inſtantiæ ſeparatæ, & de per ſe, vna ſcilicet articuli reiectionis oppoſitionum, & altera cauſæ oppoſitoriæ, vel vnica tantum ſit, ita vt infra eamdem debeat articulus emergens reiectionis oppoſitionum terminari, infrà tamen
3 primos tres menſes; † nam quod vnica ſit inſtantia cauſæ oppoſitoriæ ex eo videtur probari, quia ex ipſo quòd cauſata exequutione, capta quindena, debitor ſe opponit, iuxtà ſtilum, & praxim, & aliàs quæ ſuperioribus quæſtionibus diximus: dicitur lis cõteſtari, & habet initium cauſa ipſa oppoſitoria; & nulli dubium eſt quòd ſi articulus reiectionis non incideret, vel quia partes non curarent, vel quia verè non fieret, nullo exiſtente pacto, vel pragmatica, vel alia ratione, qua poſſet prætendi reiectio; quòd cauſæ oppoſitoriæ in ſtantia curreret vſque ad finem ſemeſtris. Semel ergo incepta inſtantia non poteſt detineri, iuxta notata in l. properandum. C. de iudiciis, quòd autem interim in curſu inſtantiæ, tentato articulo reiectionis, inſtantia cæpta, ceſſet, vel dormiat, vel in aliam transformetur, quod in alia diuerſa inſtantia articuli fiat, non videtur aliqua ratione dici poſſe; nã ſi diceremus ceſſare eſt contra rationem, & experientiam, quia imò, deciſo articulo cauiæ oppoſitoriæ, cæpta inſtantia, ſuo marte decurrit. Si dicetemus quòd dormiat, nec iure hoc videtur caueri, nam alia ratio non poſſet allegari, niſi impedimentum legitimum cauſatum, à tali articulo, quo pendente ad cauſam oppoſitoriam non poteſt procedi,

& in-

& interim quòd non valenti agere non debeat currere præſcriptio, vul. iuribus, & ſicuti dicimus quòd pendente compromiſſo non curratinſtantia l. . . . . & tradunt Doct. ſicuti etiam dicimus quod pendentibus literis inhibitorialibus, iuxtà terminos cap tuà de ord. cogn. non debeat currere inſtantia quod tradit Marant. poſt alios in ſpeculo in verſ.

Sed hæc conſideratio ſi pœnitius intueatur difficultatem non tollit, inſtantia cauſæ oppoſitoriæ perit creditori oppoſito, ante reiectionem oppoſitionum, vt ſupra concluſum eſt: & in Regno eſt induBitatum, ad cuius creditoris inſtantiam, articulus reiectionis tentatur, nam id eius fauorem reſpicit, & debitoris ſemper intereſt, vt cauſa oppoſitoria fieret, & tandem creditor eſt ipſemet illæ qui impedimentum præbet, quò minus in cauſa oppoſitoria procedatur. Non ergo debet ſibi factũ ſuũ opitulari, vt interim inſtãtia dormiat, ſicuti e cõtrario in precedẽtibus caſi b'euenit; ná in cõpromiſſo factũ eſt vtriuſque partis, quæ compromiſſum fecerunt. In caſu vero inlegitimitatis tentate, impedimentum, proueniet facto rei conuenti, iuncta iuris diſpoſitionem, nec curo pro nunc, quòd creditor qui tentat articulum, videtur facere lege permiſcente, ſtante pacto, vel pragmatica, vel alia ratione, vt aliàs diximus: quia per hoc non tollitur cum á facto ſuo, & á voluntate ipſius dependat articulum tentare, vel non, tanto magis quia nec neceſſitas videtur vrgere: vt cauſa dormiat, cum poſſit; & debeat expediri articulus, infra primos tres menſes; & ſic remaneat reſiduum procauſa oppoſitoria. Concluditur ergo nulla ratione dici poſſe, quòd iuſtantia prædicta dormiat. Cæterum quod illa in aliam transformetur; vel quòd tentato articulo, alia noua reſurgat ſomnium magis videtur dici poſſe, quàm miraculum, nam tentatus articulus in cauſa eſſet, vt vna inſtantia duas pareret, vel vna in duas partes ſecaretur. quarum quælibet inſtantie principalis fieret, tanto magis quia deciſo articulo infra primos menſes tres, poteſt enim decidi prout multoties euenit, infra primum menſem, vel circa, non alia inſtantia conſideratur, niſi illa vnica cauſæ oppoſitorie quæ cepit iam á die ipſo preſentatarum oppoſitionum. Quare mihi ſemper viſa eſt opinio quę has duas inſtantias intentauit, & periculoſa, & ridiculoſa, ſimul nec vnquam potui videre quo iure, & qua ratione id fuerit in Regno imaginatum (vti dicetur) & receptum veritas ergo eſt quòd per capitula nouiſſima non fiat noua inſtantia, ſed prout iam erat per ea clumiè partium; nam creditor diu ſtabat in articuli expeditione; imo ad ipſum tentare arctabat ſe ad finem inſtantię, nec debitori videbatur ſuccurſum; quia ſtante pacto vel pragmatica ſemper creditor ob ſciebat, non poſſe audiri, ante ſolutionem; nec poterat veriſimiliter debitor durante tempore, quo creditor mitteret ad effectum ſuper reiectione: & licèt ipſe potuiſſet mittere primum quòd oppoſitiones ſtarent prout quandoque vidimus fieri; nihilominus non videbatur veré ſpectare ad debitorẽ, ſed ad creditorem vtcumq; ergo eſſet, creditor ſe arctabat, & obtenta interloquutoria quòd reijciantur inſtantia peribat opponenti; vt in precedentibus concluſum eſt, & conſequenter debitor conſuſus & nimis arctatus reperiebatur; ob id factum eſt vt articulus reiectionis fieret infra primos tres menſes, alioquin debitor non potuiſſet á creditore impediri, in profequutione cauſę oppoſitorię, & ſtante hac diſpoſitione capituli, dicebam ego aliàs non practicari priuilegium concluſionis in Mag. Cur. in hoc articulo; de quo tamen alibi opportunius dicemus; interim videnda ſunt, quę in 11. vol. mearum allegationum fo. 161. diximus. Videtur ergo capitulum voluiſſe conſulere, & creditori, & debitori, illi vt ſpatium haberet mittendi, & articulum decidi faciendi; huic vt ſi forte oppoſitiones fuiſſent reiectæ, reliquum inſtantiæ ſibi ſupereſſet in profequutione cauſæ principalis. Vnica ergo eſt inſtantia, prout vnica cauſa tamet ſi articulus inciderit prout nouum non eſt, ne dum vnum ſed infinitos articulos, & incidentes, & emergentes fieri poſſe, cauſæ principalis inſtantia, nec mutata, nec alterata: nec huic concluſioni obſtare poſſunt tradita in l. properandum. C. de iuditijs dum volunt, quòd ſi per ſtatutum præfigatur tempus, per verba reſpicientia cauſam, vel articulum quod illud tempus ſubrogetur loco inſtantiæ triennalis quod examinat Rim. iun conſ. 144. in 2 & aliàs habuimus in cauſa Baronis veriæ, & dicemus, inferius, vbi de inſtantijs cauſarum aliarum tractabimus: præſertim de inſtantia ſummarijſſimi poſſeſſorij, & tradunt

Doct.

Doct. præsertim Bero. in c. de causis de-
off. deleg. nam hęc procedunt vbi agi-
mus de statuto præfigente causę ptincu-
pali tempus, sicuti dicimus, & fatemur in
tempore sex mensium, dato causę oppo-
sitorię; & in termino trium mensium da-
to expeditioni summarijssimi possessorij à
c. nouissimo Regni de quo tractatum est in
prędicta causa Baronię verię, & nos di-
cemus inferius; & sic quoq; in alijs causis
in quibus in Regno abreuiatum est tem-
pus expeditionis, vbi verò causa princi-
pali habente certam metam, ad expedię-
dum articulum, datur certum tempus,
quòd ex hoc fiat noua instantia, & fiant
miracula, imò somnia superius declarata
nulla lege, aut ratione, cauetur. Ex quibus
videtur quæstionis facię responderi posse,
articulum reiectionis non habere pecu-
liarem instantiam; & consequenter, infer-
tur, quòd interloquutoria lata vltra tem-
pus trium mensium non esse nullam, quia
verè non potest dici lata extra tempus
instantiæ; & satis est quòd debitor siue in
pœnam creditoris, siuè aliter potuerit ille
interim causam oppositoriam prosequi;
& fortè expediri facere, quod conforma-
ri posse videtur, ex traditis per Iacobin.
in d.l. properandum in princ. nn. 19. C. de
3 iuditijs, vbi vult † quòd quando tempus
est præfixum Iudici sub pœna, non dici-
tur præfixa instantia, vt sententia extrà
illud tempus lata sit nulla; quinimò sen-
tentia remanebit valida cum pœnę appo-
sitio soleat reddere actum validum. Bar. in
l. prætor in princ. ff. de ope. no. nunt. &
tradunt etiam Doctо. præsertim. Bero. in
d.c. de causis de off. deleg. ad quæ etiam
videndum est notabile cons. Paul. de Castr.
184. in primo volum. quorum Doctorum
dicta, vt iterum repetamus pro maiori
dilucidatione, procedere possunt in causa
principali, & termini nostri sunt diuersi,
ratione articuli emergentis in causa prin-
cipali, vt supra diximus. Arbitramur er-
go in puncto iutis verissimam esse opinio-
nem, articulum reiectionis non habere
peculiarem instantiam, & quòd interlo-
quutoria extrà tempus trimestre lata, sit
valida, & credo istam fuisse intentionem
conditoris capituli: verum vt dicunt
quòd in Regno interpretatum est, & quod
receptum, communis intelligentia, com 1
munis stilus, & communis praxis curia-
lium fuit, & est, vt articulus prędictus ha-
beat peculiarem instantiam, ita in pri-
mis nonmenclaturam habuit instantię, &
passim instantia trimestris appellatur,
semper tanquàm vera instantia prorogа-
tionem habuit, à principibus, de quibus
pleni sunt libri secretariorum; quinimò
ob periculum peremptionis instantiæ ob-
scurę latę fuerunt interloquutoriæ, iuxtà
permissionem iuris, & alterius capituli
nouissimi, de quo inferius dicemus aliqua,
& tandem infrà terminum duorum men-
sium datum ab eodem c. & præfixum de-
clarationi faciendæ, fuerunt declaratæ,
& hodie tales feruntur interloquutoriæ
obscurę, & declaratorię passim apud om-
nes magistratus; quæ praxis in necessa-
rium antecedens præsupponit instantiam,
cum non aliter sit permissum Iudici ob-
scure interloqui, nisi ob periculum pe-
remptionis instantiæ, iuxtà tradita in l. 4.
§. si iudex ff. de re iud. quod etiam præsup
ponitur in prędicto cap. nouissimo: addo
postremo quòd interloquutoriæ latę extra
tale tempus nullę fuerunt declaratę, &
ita passim apud Magistratus omnes repu-
tarentur, si lapso trimestri interloquuto-
ria daretur, semotis prorogationibus Post
quàm igitur ità longus vsus, & longa inter-
pretatio recepit: minimè mutàda sunt quæ
certam habuerunt interpretationem, qua
praxi præsupposita mirum non est, si ego
aliàs, & in voce; & in scriptis contrarium
senserim, eius quod superius firmaui, te-
nuerim, & affirmauerim, prout memini
fuisse in causa Francisci Locadelli, contra
Ioannem de Platamone: quain causa ex
praxi prædicta inferebam ad alium arti-
culum satis notabilem de quo inferius; in
patrocinando enim, & consulendo licit-
um non est veteres opiniones receptas,
& approbatas consutare, ne nouatum
opinionum videatur suscitator audocatus.
nunc verò placuit propriam opinionem
ponere studio veritatis, & curiositatis, nec
per hoc quòd in puncto iuris diximus
esse illam veriorem auderem ego à com-
muniter recepta interpretatione, nec iu-
dicando, nec consulendo recedere; prout
patres nostri nos docuerunt, in sexcen-
tis locis.

QVESTIO SESTA.

1 *Declaratoria sententia obscurę lata extrà duos menses an sit nulla tanquam lata extra instantiam, remissiuè.*

2 *Et an si sententia declaratoria sit lata in penul-*

penultima die ſi vltima eſt feriata ſit valida.

VIA tamen ſupra mentionem fecimus de capitulo nouiſſimo, ſeu pragmatica præſigente terminum declarationi ſententiæ obſcure, & pro intelligentia dictorum in præcedenti quæſtione conferunt dicēda in notabilibus quæſtione aliàs temporibus patrum noſtrorum ventilata, quæ materia etiam quotidiana eſt, & in dies practicabilis,
1 pro ſexta quæſtione principali quæritur,† an declaratoria ſententiæ obſcuræ, lata poſt terminum duorum menſium, de quibus in c. ſeu pragmatica ſit nulla, tanquā lata extrà inſtantiam, hæc quæſtio vt verū dicam me bis iudice Magnæ Reg. Curiæ bis Curiæ prōtuæ, & ſemel in Conſiſtorio, nunquam contigit ventilari, nec tēporibus meis patrocinando in facto habui: illam tamen reperi fuiſſe antiquitus examinatam in cauſa Baroniæ Calatafimi, inter Comitem mohac, & quemdam de Aiutami Chriſto in qua cauſa habēo ego à penna quaſdam allegationes clariſſimi Iureconſulti d. Ferdinandi Boniorni, qui pro Comite allegauit, & contrarias allegationes clariſſimi etiam Iureconſulti D. Petri Aghiatæ, qui pro illo de Aiutamechriſto ſcripſit vbi multa quiſq; perſe poterit videre.

2 Quæro † etiam an ſententia declaratoria poſſit ferri in penultima die inſtantiæ ſi vltimus dies eſt feriatus in honorē Dei. Dico quod lata erit valide, & ita ſeruatur in M. R. C. ratio eſt quia vltimus dies dicitur ille qui eſt iuridicus, in quo agi poteſt actus, ita pulchrè, Pariſ. conſi. 107. n. 96. lib. 3. & Ruin. conſi. 209. nu. 17. in 1. vol. & ideò aliàs, habuimus ſententiam latam die dominico eſſe nullam licèt immineret periculum perentionis inſtantiæ quia in feriis in honorem Dei non poteſt quicquam agi; niſi res eſſet peritura quo ad actiones, ita eſt text. clar. in l. 1. §. excipitur ff. de feriis Guid. Papæ deciſ. 115. Boer. deciſ 219. Menoch. de arbit. iud lib. 1. conſi. 30. Sed quid tante conſuetudine vide Marant. in Speculo. part. 4. fol. . . . . & vide Iaſ. Alex. & Iacob. in d. §. excipitur Anto. de Burg. in c. fin. de feriis, Speculi in tit. de feriis §. ſequitur circa principium vide Felyn. in cap. fin. nu. 33. de iud. Spec. in tit. de dilat. §. 1. verſ. ſed pone cuius deciſio videtur conſormis dicto Pari. in d. conſi. 107. num. 96. vol. 1. vide Spec. in tit. de feriis §. pen. & ibi Io. And. qui loquitur in feriis ruſticis ſequitur Felyn. in d. c. fin. nu. 32. & ſimiliter Alexan. in d. §. excipitur vide etiam Iaſo. in d. §. excipitur, nu. 32. in 1. notab. & Bar. in l. more ff. de feriis.

QVÆSTIO VII.

1 *Trimeſtre reſpectu cauſæ oppoſitoriæ an currat inreparabiliter à die lapſus primi trimeſtris vel currat à die interloquutoriæ latæ in articulo.*

2 *Tempus prorogatum cenſetur eſſe vnum, & idem cum primo, & quid in odioſis n. 3. & quid quando eſt diuerſa qualitas in prorogatione, num. 4.*



SEPTIMO quæritur de alia notabili quæſtione pluries ventilata, & quotidiana, quia pendente articulo reiectionis oppoſitionum, ſolent obtineri prorogationes primi Trimeſtris, & quandoque accidit quòd talis articulus, propter prorogationes durat per annum, biennium, & ſatis vltra. an interim labatur tempus inſtantiæ cauſæ oppoſitoriæ reſpectu alterius trimeſtris. Erit ergo quæſtio formalis, an trimeſtre reſpectu cauſę oppoſitorię currat inreparabiliter, à die lapſus primi trimeſtris, vel currat, à die interloquutorię latę in articulo poſito quòd lata fuerit intra tempus prorogationum obtentarum. Iſta quæſtio poteſt tractari in tribus caſibus diuerſis. Primus caſus eſſe poteſt quando articulus prorogatur, & tandem poſt trimeſtre, intra tamen tempus prorogatum, ſeruat interloquutoria, in fauorem creditoris, quòd reijciantur oppoſitiones; & tunc quia inſtantia cauſę oppoſitorię perit opponen-
• ti, vt ſupra in præcedentibus concluſimus ſecundum opinionem indubitatam in Regno; quęri poteſt, an trimeſtre cauſę oppoſitorię currat à die interloquutorię latę.

Secundus caſus eſt, quando retento eodem themate interloquutoria ferrur contra creditorem, quod ſtent oppoſitiones & tunc quia perit inſtantia cauſę oppoſitorię

toriæ creditori opposito; quæstio erit pariter an trimestre secundum, currat à die interlocuutorię.

Tertius & vltimus casus est, quando nulla esset lata interloquutoria, quod esse potest in casu quo, post multas prorogationes, tandé periret instantia articuli, absque decisione; & quia tũc etiam periret instantia oppositi; quæritur à quo tẽpore incipiat, cursus vltimi trimestris, vel dicatur etiam perijsse instantiam causæ oppositoriæ.

Pro resolutione igitur quæstionis, in omnibus tribus casibus facit pro parte, excludente, peremptionem, ratio generalis, & vniformiter, respiciens, omnes dictos tres casus, sumpta ex dispositione text. in l. sed si manente ff. de prælatio. † nam tempus prorogatum censetur esse vnum, & idem tempus, cum primo tradunt ibi Bar. & DD. & in l. 4 ff. de dam. infect. Canon. in cap. de causis de offi. deleg. Tiraquel. latè de retract. conuen, §. primo glos. 7. numero 26.

Sequitur ergo, quòd interloquutoria, quæ esset lata intra tempus prorogatum, diceretur lata intra primum trimestre, & consequenter quòd remaneat aliud, datum causæ oppositoriæ.

Secundo aliàs considerabam, & meo iudicio est subtilis consideratio, quia siuè teneamus totum semestre esse vnicam instantiam, siuè esse duas, de quo in præcedentibus dictum est, semper prorogationes iuuant respectu causæ oppositoriæ, nã si vnica instantia est, & sequitur quòd si primi tres menses prorogantur, dicitur prorogata tota instantia, quia prorogatio partis, facit totum vlterius protrahi, & extendi; & possent dari plura exempla materialia, quæ sunt clara & inter cætera aliàs dabam exemplum fluminis, quia si pars fluminis augetur, & ampliatur, totum flumen augetur & ampliatur. Si verò teneamus esse duas instantias, & diuersas, sequitur necesse esse dicere, quòd secunda non potest incipere nisi finita prima; aliquin vnum, & idem principium esset duarum instantiarum separatarum quod esse non potest, vt patet ad sensum. Tanto magis quia capitulum nouissimum vult, trimestre, causæ oppositoriæ, esse illud quod currit post primum, dum ergo primum durat impossibile est, currere secundum. Et hæc etiam ratio respicit omnes tres casus prædictę quæstionis.

Particulariter autem respectu quæstionis in primo casu, nempè quando interlo quutoria lata, quòd reijciantur perire instantia opponenti considerabam impossibile esse, dici posse, instantiam currere illi qui nec scit, nec scire potest sibi instantiam currere; nam hęc scientia dependet ab euentu interloquutoriæ ser endę; ergo interloquutoria lata aperit, & detegit cui pereat instãtia causę oppositoriæ & consequẽter ab ipso die debet currere: alioquin diceremus absurdũ quidper quod in laqueos incideret litigãres nec sausfacit ratio quòd debeat sibi imputari, quòd calumnioséforte litigauit; & ob id debeat sibi currere terminus instantiæ, iuxtà tradita in l. contra maiores. C. de inoff. te stamen. nam ultrà quòd multa possunt esse in causa, quæ iustam, & probabilem reddant causam litigandi, & calumniam excludant; quod sufficeret vt tradit Bal. d. in d. l. contra maiores nu. 3. & informalibus verbis, adhuc ratio non rollitur, quia in terminis l. contra maiores, casus erat ille qui litigabat, sibi terminum currere, ob id si eo vius non est, & voluit interim litigare, in aliquo incidenti, procedat ratio d. l. contra maiores: in casu autem nostro verè nescitur cui instantia pereat: tantò magis quia posset esse quòd articulus remaneret indecisus, lapso trimestre, & omnibus prorogationibus; quo casu opponenti nulla instantia curreret, donec ergo non habet certam scientiam, & firmam, nullum tempus debet sibi currere, adquo facit notabilis decisio Baldi in d. l. verfic quæritur vtrum; vbi post. Iaco b. de Rauen. concludit proximiori non currere tempus retractus, donec disputatur si verè est facta alienatio rei retrahendę; quia inquit donec non habet firmam scientiam, non debet sibi tempus currere, ante exitum controuersię, ad quę videndus est Tiraq. de retrac. sang. § 1. glo. x. nu. 36. cum seqq. quantum ergo ad casum nostrum actinet, satis impius videretur, dari cursum instantię opponenti, antequam certo sciat, sibi incumbere cursum illius.

Præterea alia est ratio pro opponente, nam certum est, non valenti agere non debere curare prescriptionem l. 1. C. de ann. except. nam pendente articulo, non potest reus audiri in causa oppositoria; imò pendente trimestre, etiam non tentato articulo: & idem est, instatempus prorogationis primi trimestris, quod in Regno, & clarissimum est, & notissimum. Cur

reret

reret ergo ſibi inſtantia abſq; culpa etſi diceretur quòd potuiſſet ipſe mittere, quòd ſtent oppoſitiones, & expediri facere articulum, replicatur non minus poſſe dici in culpa creditorem, qui cauſata exequutione, obdormiſſet, & ſaltem culpa, cum culpa compenſaretur; quod in terminis peremptionis inſtantiæ, conſiderauit Neuiz. conſi. 41. & 42.

3 Pro parte tamen contraria, alias fuerunt allegata multa; ſed potiſſimè aduerſus primam rationem reſpicientem omnes caſus de tempore prorogato dicebatur, non procedere concluſionem ſupra firmatam in ſtantis, à ceſſante ratione legis, ſed ſi manente allegabatur Dec. in cap. de cauſis, vbi etiam Felyn. de off. de lega. Sed dicebam ego nec Decium, & Felyn. id, ad quod allegabatur, ſomniaſſe; nec ſi dixiſſent, verum eſſe. Decius enim loquitur iuxtà terminos Bal. quem allegat in l. ſi à te C. de pactis inter emptorem, & vend. qui loquitur in materia odioſa, in quâ non vult procedere regulam prorogationis; in quibus etiam termina loquitur Fely in d. c. de cauſis col. 3. verſi. 1. limitabis. Falſum eſt ergo dicere Doctor. prædictos loqui generaliter in ſtatutis; ſed loquuntur in odioſis ſtatutis, nam volunt fauore liberationis, non poſſe cognoſcere officialem in tempore prorogato; nec quiſpiam ſanè mentis affirmabit, nos eſſe in odioſis in materia prorogationum inſtantiæ, cum ſemper gratiæ reputatæ ſint, & fauores, ne caulę hermodicium patiantur; tametſi fauor etiam publicus dicatur, quòd lites non fiant immortales, quod tamen eathenus non præponderant, vt maior fauor non ſit, quòd cauſę hermodicium non patiantur. Et ità ſemper in Regno habitum, eſt pro claro, & abſoluto, ſaltem vt ſimus in materia indifferenti citra odium, & fauorem, ad quod etiam conferunt; quæ præallegatus Bal. dixit in d. tractat. cap. 4. num. 7. ver. prout etiam, dum voluit ęquitatem etiam conſiderandam pro prorogationibus, tum propter frequentiam cauſarum, quę facillimę expediri non poſſunt, tum etiam ob multa impedimenta quę vndecunq; poſſunt contingere; & ob id ſubdit in camera apoſtolica, & in rota æquitatem ſeruandam eſſe, & non rigorem quòd etiam nos ſolemus in Regno, præſertim in cauſis verentibus in Mag. Cur. affirmare tametſi adhuc in terminis Baldi eius dictum non procedit, ſine difficultate, & contrarium tenuit Aret. in *l. filius* à patre § 1. in 3. notab. ff. de lib. & poſtu. cum quo reſidere videtur Dec. loco præallegato, nu. 14. & contra dictum Baldi in ſpecie tenuit Bero. in d. c. de cauſis nu. 33. vbi allegat Hoſt. in c. præterea de appell. & Card. in Clem. 1. §. nos itaq; de iur. iur. nec aduertatur ratio poſita à Dec. d. nu. 14. licet non aſſeritiuè, nempe quod ſtatuta debeant verificari in caſu proprio, & ſtrictè perdeciſ. triuiales. nà aduerſus rationē hāc iacūt multa cōſiderata à Bero. ibidē n. 31 vbi vult in tēpore prorogato, poſſe ſolui ad euitandū periurium, quātūcūq; iur amē tū debeat verè, & propriè, & in forma ſpecifica adimpleri; quia adhuc in tempore prorogato, dicitur implementum fieri verò, & propriè, ex diſpoſitione iuris, & ob id aduerſus Dec. in ſpecie ità tradit Bero. d. nu. 33. allegant quæ quotidie alleg antur in compromiſſo, & ſimilibus in quibus verba propriè, & ſtrictè ſunt intelligenda vulg. l. quicquid de verb. oblig.

Secundo allegabatur deciſ. Marci Antonij Bardi in tract. de temp vtil vel continuo c. 4. in fi. Sed dicebam ſatis inaduertenter fuiſſe allegatum, quia ille in ſpetie loquitur in materia odioſa iuxta dictum Baldi, & Fely. & tamen adhuc ſe remittit, ad tradita per Dec. & Boer. imò paulò ante num. 10. cum Bero. & alijs concurrit in ſoluente in tempore prorogato ad periurium cuitandum.

4 Tertio allegabatur in particulari. Bero. q. 69. qui poſt Doct. d. c. de cauſis, voluit tempus prorogatum eſſe diuerſum, à primo, quando eſt diuerſa forma, & natura ſeu qualitas in prorogatione: quod inſcrebant ex eo quia princeps in prorogationibus adiecerat qualitatem, quòd ſupplicationes in vlteriori prorogatione amplius, non referrentur. Sed id merum ſomnium vigilantium eſſe dicebam quia exempla a Bero. & Doct. poſita in ſatis diuerſis terminis procedunt, vt apud eos videre eſt, & quod attinet ad clauſulam prorogationibus adiectam, nihil intrinſecus addit; nec minuit, de natura, & forma temporis prorogati; ſed tantum data gratia mandat princeps, quòd vlterius petitio eadem, vel ſimilis, à Secretarijs, & Iudicibus, ſibi, non referatur, eſt ergo mandatum, & præceptum factum miniſtris, & conſequenter, nec mutat, nec alterat naturam temporis inſtantiæ, & prorogare: illud autem mandatum operabitur, quòd ſine ſpecia-

li commiſſione, & ordine, ſupplicationes non recipiebantur; tametſi millies receptæ ſine ſpeciali ordine, vidimus, & experti ſumus in ſede noſtra, fuiſſe inſtantias prorogatas, cum id totum in arbitrio Pro regis verſabatur. Hæc igitur ſunt, quæ aliàs in facti contingentia nos deduximus, defendentes in prædictis caſibus, primò ſcilicet & ſecundo partes excludentes peremptionem inſtantiæ, cauſæ oppoſitorię; freti etiam ratione ſumpta à Caſtren. in l. prima, ff. ſi quis cau. ſauorabiliorem nempè eſſe partem concludentem inſtantiam non eſſe peremptam, etiamſi dubia ſit, & perplexa quæſtio, In qua ſententia adhuc hodie ſumus, ſine aliquo ſcrupulo, quantum attinet ad primum caſum quando ſcilicet inſtantia periret opponenti, lata interloquutoria, quòd oppoſitiones reijciantur, tanto magis quia ita audiuimus fuiſſe deciſum in Magna Curia, & nos vidimus interloquutoriam inter Antonium Bonauto Baronem Carmichi contra Ioannellam de Paternione in anno 1558. ità quoque poſt magnum conflictum obtinui ego in anno 1374. de menſe Decembris in Magna Curia pro Comite Racundiæ, contra Don Blaſcum Barreſium; ità quoque deciſum fuit in anno 1579. etiam in Magna Curia inter quosdam de Sarzana & Iacobum de Auguſtino; & ob id hodie à tali opinione non eſſe pacto aliquo recedendum, arbitramur.

Quantum vero attinet ad ſecundum caſum, res in effectu non eſt ſine aliqua difficultate, tametſi primę rationes etiam ſtringant, vt in hoc eodem ſecundo caſu, eandem opinionem teneamus; quam ego deſendi in facti contingentia pro de Lucadelis contra Ioannem de Platamone, & quoſdam de Spinola in Santo officio; nec mémini fuiſſe deciſum ſuper ea; igitur cogitandum relinquo.

Poſtremò idem dicendum eſt in tertio caſu, nempè quando factis prorogationibus primi trimeſtris, tandem articulus hermodiciaretur; eo etenim caſu adhuc militarent rationes ſupradictæ; quinimò videtur poſſe conſiderari; tanto magis eſſe dubium aduerſus creditorem, qui ſibi permiſit articulum hermodiciari; quia tamen multa eſſe poſſent in facto, quæ vel culpam ipſius, vel excuſationem oſtenderent adhuc, & in hoc tertio caſu, arbitror eſſe ſubſiſtendum, & cogitandum, illud tamen non obmictam adhuc pro creditore poſſe conſiderari, incertitudo ante exitum controuerſię; an ſibi peritura eſſet inſtantia, nec ne; forte enim probabiliter, credebat oppoſitiones eſſe reijciendas, quo caſu nō ſibi, ſed opponenti peribat. Ante ergo exitum controuerſiæ, ſcientiam firmam non habebat: vt ſic ex Bal. in d.l. contra maiores, poteſt dici, ſibi non cucurriſſe in ſecundo caſu inſtantiam; quæ etiam ratio conſiderabilis eſt, & in tertio, tantomagis ſi propter legitimum aliquod impedimentum, in facto poſſet conſiderari, abſq; culpa fuiſſe articulum hermoditiatum. Negari tandem non poterit ſummam equitatem eſſe vt in omni caſu inſtantia non ſit peremptа, cum vere ſit certitudo periculi inſtantię, & cuius ſit, poſt deciſū articulū, vel tādē per hermoditū finitū de tegatur; & in dubio ſēper pronūtiādū eſt, inſtantiam non eſſe peremptam, ex prælegata deciſ. Caſtren. cum quo cæteri omnes conueniunt in d.l. prima, ff. ſi quis cau.

Prędicta omnia quę dicimus circa inſtātias has exequutiuas notāda sūt; quia non reperiētur ab alio diſcuſſa, & mod. ſcrib. in eis ſic copede tranſierunt, contēti quibus dam paucis triuialibus tantum de quibus ſupra mentionem fecimus, & nonnullis alijs de quibus per eos c. 57. ſecundum eorum ordinem num. 100. cum ſeq.

QVÆSTIO VIII.

1 *Inſtātia cauſæ quæ expeditur pervia cēdu le q̄, & qualis ſit. Et à quo actu incipiat.*

2 *Actus primus contradictorius an dicatur habere vim litis conteſtatæ, & quis ſit iſte actus qui habet hanc vim.*

3 *Præſentatio capitulorum eſt actus qui habet vim litis conteſtatæ in modo procedendi per viam cedulæ.*

1 EXPEDITI de hijs, quæ circa inſtantias cauſarum exequutiuarū occurrerunt. Quęritur nc tauo principaliter de inſtantia cauſarum, quę modo, & via cędulę cōdemnatorię pertractantur: Primò tamen aduertimus, non eſſe neceſſe diſputare, quanta ſit iſta inſtantia; quia de iure communi eſſet triennalis l. properandum C. de iuditijs, in Regno autem eſt biennalis, & in hoc concurrit cum alijs inſtantijs virtute capituli nouiſſimi nec ſuper hoc in Regno eſt aliqua con-

controuersia aut difficultas. Secundò est aduertendum quantum attinet ad ea quæ præsenti loco dicturi sumus, (reliqua enim loco suo tractabuntur,) in modo isto procedendi seruatur, quòd primo loco sit cędula, de cuius forma tractat de Gregorio de iud. cau. feud. q. 321. & ponunt etiam mod. scrib. super capitulo 132. Ritus; quà cędula subsignata per Iudicem, transmicti tur parti, eaq; recepta infrà terminum datum in cędula, qui est dierum quindecim, per actorem præsentatur capitula loco libelli, & proceditur causa. Punctus ergo difficultatis, est, quale sit initium talis instantię, & à quo actu incipiat.

Dominus de Gregorio in prędallegata quęst. 21. ver. 2. aduertendum est, concludit in proposito themate, quòd quando iudex subsignat cędulam condemnatoriã, & de eius mandato recipitur in actis p. citata; dicatur incipere tractare de meritis causę, & consequenter secundum eum ab isto actu habente vim litis contestatæ, necesse esse summi initium instantiæ: per ea quę tradit Fely. in cap. insinuante de off. deleg. antea tamen in principio veluti cęspitans dixerat in hijs in quibus verè lis non contestatur, † actum publicum contradictorium habere vim litis contestatæ, & in hoc allegat Fely. illatinè, tamen dicit quod talis actus erit, præsentatio capitulorum vel ille actus, qui fit quando iudex incipit tractare merita; concludit demum vt dixi, in hoc modo procedendi, actum esse illum qui fit à iudice subsignando cędulam, iuncta receptione ipsius, vt supra dictum est. volui hæc dicta referre, quia iste Doctor (salua eius pace) in multis cęspitauit illum simpliciter more eorum, & ad alia non aduertentes referunt, & sequuntur mod. scrib. d. c. 132. num. 84. licet ex intentione eiusdem Gregorij, alternatiuè loquantur, volentes actum habentem vim litis contestatæ, esse præsentationem capitulorum, vel quando iudex in pede cędulę condemnat conuentum, sequuta receptione, post consimilem parti traditam: subdunt rationem quia cędula illa condemnatoria concernit merita (& non processum) & sic residentes.

Ego in primis pro iunioribus, & pro zelo veritatis, circa theoricam, & veram praxim Mag. Cur. aduertendum censeo, non bene intelligi terminum cędulę condemnatorię, & qualiter à Iudice reus condemnatur, & ob id prędicti mod. paulò ante num. 82. & 83. satis obscurè, dicunt in cędula peti reum condemnari, & Curia condemnat; sed in capitulis postea petita cędula purificari, nihil aliud dicunt. Profectò incauti iuuenes, ex hijs verbis nil boni haurire possunt, quinimò in graues errores incidunt. Aduertendum est ergo, quòd licet in cędula petatur condemnatio imò ex stilo dicitur, quòd curia condemnauit, & condemnat conuentum; nihilominus in eadē cędula ponitur illa clausula, nisi infra terminum dierum quindecim, probauerit de solutione, vel legitimis exceptionibus: & licet vt aliàs dixi, nonnulli curiales in cędula ponunt per viam iniunctionis, vt infrà illos dies quindecim, ostendat conuentus solutiones, &c. tamen communis stilus est, per illam clausulam nisi (hæc tamen dicto nisi præsertim in sententijs importat cōditionem vt tradit Bal. in rub. C. com. vel epist. Imol. & Doct. in l. iudex ff. de re iud. plenè Alex. & alij in l. si cum §. qui iuriuriarum ff. si quis cau. hinc infertur quòd illa condemnatio, de qua in cędula dicatur conditionalis; quinimò cautiludices in eorum subsignatione, non dicunt simpliciter recipiatur in vim cędulę condemnatorię; sed addunt clausulam, si ex hijs, & alijs condemnatio oriatur, hinc quo que subinfertur ratio, quare incapitulis petatur cędulam purificari, & in sententiaque fertur in causa instantię, Iudices primo loco declarant, cędulam purificari debere, qua purificata condemnant; nam cum ex processu resoluta est illa conditio, nisi &c. ac purificata: ob id ita dicitur, & hęc est vera intelligentia, & ratio terminorum ad quam non aduerterunt etiam in principali quęstione de Gregorio nec moderni scribentes. Hijs ergo præsuppositis dicimus prędallegatos Doctores in multis errasse: Primò quia ex proposito ponentes quęstionem non bene respondent, dum alternatiuè dicunt actum habentem vim litis contestatæ, esse præsentationem capitulorum, vel actum quando iudex condemnat, sequuta receptione cędulæ; nam dubia satis, & perplexa est hæc resolutio, cum referat etiam de die in diem, scire certitudinaliter, quale sit initium instantiæ, tam obseruandas sententias obscuras, tam propter prorogationes, & tam propter alia infinita, vt de se patet: præsertim quia hæc duo nō fiunt eodem tēpore, quin imò ex stilo necesse est, quòd fiat vnū post aliud ex internallo addo quòd præsētatio

capitulorum sit de necessitate post transmissionem, & receptionem cædulæ, ergo aut vnum, aut alterum esse debet, & impossibile est ambos actus posse, vim habere litis contestatæ, quia duæ essent litis contestationes, & de iure est impossibile, late Bolognett. consi. 28. quod fuit in causa de Gisulfo in Regia visita, & licèt in causis summarijs plures actus possunt habere vim hanc litis contestationis, tamen id est, vt loco suo dicemus, quia in eis necessitas non est, vt vnum fiat loco alterius, quia, ea data necesse certe alterum tantum talem effectum operari, vt in terminis quæstionis nostræ, verè tamen ego non negarem de Gregorio non concludere dubie, & alternatiuè prout moderni referunt: sed de Gregorio ante illationem: quam facit in casu cædulæ, refert illas opiniones varias, de quibus per Felyn. in c. insinuante de off. deleg. quarum vna est, quòd esset actus litis contestationis actus primus cum traditorius, & tunc esset præsentatio capitulorum, subdit Gregorius: alia est, quòd sit ille actus, in quo iudex incipit tractare de meritis, & deinde declarat, quando iudex hoc dicatur facere, & in hac vltima opinione videtur residere, & ita alias in facti contingentia dictum eius allegatum fuit, nec omittio etiam alium errorem de Greg dù pro actu contradictorio ponit præsentationé capitulorũ, nã actus contradictorius a Doctoribus indifferenter intelligitur ille, qui fit ab ipso conuento, præsentatio autem capitulorum fit ab actore: est ergo error manifestissimus. Vtcunque tamen sit inquantum Gregorius, & moderni volunt instantiam currere á receptione cædulæ falsum dicunt, primo quia, vt diximus, cædula ipsa tota & Iudicis subsignatio, conditionales sunt nihilque ponunt in esse prout natura conditionis est l. cedere diem ff. de verbor. obligatio. ergo impossibile est ex eis inferri actum litis contestationis quæ præsupponit certam petitionem, & certam responsionem, siuè expressam, siuè tacitam, vt loco opportuniori dicemus.

Secundò, & fortius impossibile est, dari litis contestationem, vel actum, qui fortiatur vicem illius, nisi demus actorem, reum, & Iudicem in iudicio; ille enim actus fundamentum iuditij est quodillas tres personas requirit vulg. capitulo forus cum vulg. quando ergo Iudex subsignat cædulam, & pro in cædula condemnat, conuentus non adest, nec adfuit, quia nondum citatus, ne sciens præsupponitur, & si dicatur, iam Gregorius requirit, quòd cædula recipiatur post transmissionem, factam parti de ipsa cædula, ego tunc quæro ab eo illa receptio non est nisi purus actus, factus de mandato Iudicis, parte citata, & illa transmissio non est, nisi pura notificatio, facta parti de condemnatione illa facta, nec est petitio, quę in Regno habet vim libelli cap. præterea de dilat. dico libelli, qui de iure communi erat ædendus ante litem contestatam l. edita cum simili. C. de edend licet in Regno libellus vocetur ille, qui præsentatur post litem contestatam, sed de his loco suo dicemus. Quomodo ergo possunt hæc habere vim litis contestatæ, & licèt in summarijs, & alijs, in quibus verè lis non contestatur, præsentatio memorialis, seu receptio testium, vel similes hunc effectum operentur, tamen id est alia ratione, vt nos loco suo dicemus.

Tertiò considero, quòd lis contestatur super petitione quæ aliam non expectat, alioquin non esset fundamentum Iudicis, & super ea petitione debet ferri sententia super qua lis est contestata, notoria sunt hęc etiam lippis, & tonsoribus; si ergo post condemnationem factam, & post receptionem cædulæ expectatur petitio alia, quę fit quòd cædula purificetur, &c. ergo ante hanc petitionem impossibile est, dici litem, esse contestatam, quòd autem diuersa sit petitio, quæ fit in memoriale ab illa, quæ fit in cędula apparet manifestè, hijs qui sciunt actum purum diuersum esse á conditionali.

Quinimò, vt loquamur iuxta veros, & proprios terminos vera petitio non est, nisi in memoriali, qui præsentatur infra terminum, de quo in cædula, nam quod in cedula fit est condemnatio conditionalis, & non petitio, ideò dicitur quæ cur. &c. condemnauit, & condemnat, &c. & ita iudex mandat, recipi cædulam condemnatoriam; & licèt hoc fuerit factum ad petitionem partis tamen pars iuxta petita habuit condemnationem, super hac condemnatione, exinde ita facta est necessaria alia petitio, quæ fit vt purificetur illa condemnatio, & super hac petitione respondere tenetur conuentus, & super ea fit processus, & fertur sententia clara, & certa alioquin si super prima petitione, de qua in cædula condemnatoria ferenda esset, oporteret quoque esse con-

di-

ditionalem ad tradita in l.de quare iudic. Concludendum est ergo, fallissimum esse initium instantiæ in causa per modum cedulæ sumi ab ipsa cædula, nec ab ipsa receptione, quæ sit citata parte, & ita in hoc aliàs in facti contigentia obtinui ego contra de Gregorio prob. Culle contra tunc Baronem Racalmici in Sãcto Officio Coram Francisco Saladino, nunc Regente Siciliæ meritissimo, & de supremo consilio suæ Maiestatis, fuitque in anno 1574. circiter mensem Decembris, vel Ianuarij. Scio quoque aliàs casum contigisse in eodem Sancto Offitio inter quosdam de Ortusa, & Pompilium de Leosante, de decisione tamen non memini: videndum est ergo quale sit initium. Repetio ego de Bonorno super Ritu dicto capitulo 132. referre Prothonota. Alliata in causa Augustæ tenuisse, initium esse à primo actu contradictorio, & quòd ità per testes constiterat seruari in Magna Curia, in qua fuerat petitus Comitatus Augustæ per viã cædulæ condemnatoriæ, & ego habeo quasdam allegationes eiusdem Prothonotarij in ea causa: sed de hijs nihil in libro meo de Bonorno; licèt anteà videatur tenere aliam opinionem de qua statim dicemus, tamen non audet reprobare opinionem Prothonotarij. Mihi tamen similiter videtur falsa hæc opinio, quinimò attento cõmuni stilo causarum est in practicabilis; nam transmissa cædula communiter, non sit alius actus contradictorius, sed expectat conuentus præsentationem capitulorum, quæ vt loco suo dicemus præsentantur infrà terminum dierum quindecim, à die receptionis cædulæ: nec aliter conatur conuentus infrà illum terminum sibi datum se defendere, nisi post præsentationem capitulorum, & datis sibi terminis, iuxtà naturam causæ, aliter fortè transmissa cedula supplicaretur quandoque aduersus modum procedendi, talis actus contradictorius talem effectum operari non potest, per ea, quæ nos latius dicemus inferius, dum de causis per modum posse tractabimus. Rursus opinio Prothonotarij fundatur super ea opinione, quæ habet in alijs casibus, in quibus verè lis contestatur, actum contradictorium habere vim litis contestatæ sed nos alibi ostendemus hanc opinionem, esse falsam, & communiter reprobatam, tametsi eam multi sequuti fuerint, & iuxtà hanc opinionem alios etiam iudicando errasse credimus.

3 Veram igitur opinionem arbitror esse illam, quam tenere videtur Bonornus loco præallegato, & de qua etiam licèt cespitando mentionem facit de Gregorio d. quæst. 1. eaque est, quòd præsentatio capitulorum seu memorialis, seu libelli, hæc enim omnia pro sinonimis appello secundum quòd vulgo vno, vel alio modo appellare solent. Mouetur de Bonorno quia in Regno libellus non solet, nec potest præsentari, nisi post litem contestatam, ob id igitur sequitur, quòd cum illa præsentatio sit actus quòd non soleat nec possit fieri nisi post litem contestatam, meritò dicitur habere vim litis contestatæ, per doctrinam Imolæ in clem. 1. de causa post & prop. Fely. in capit. insinuante de off. deleg. quibus ego addo, quòd in ista præsentatione verè incipiat tractare de meritis causæ ab actore, citator iam, & vocato reo, & coram ipso Iudice, & talis actus etiam vim habet litis contestatæ, secundum præallegato Docto. & eundem de Gregorio. Addo etiam, quòd ante hanc præsentationem, nullus alius actus, solet ex communi stilo præcedere, in hac causa per modum cedulæ, post ipsius receptionem.

Posset tamen opinio Prothonotarij in vno casu verificari, quando scilicet infrà terminum, de quo in cedula reus conuentus compareret exceptiones, vel aliàs de fensiones præsentandæ, nolens, expectare, quòd actor sua capitula præsentet, in eo enim casu, faterer ego instantiam initium sumere, non ea ratione, quia actus sit contradictorius: sed quia est actus qui in ordinarijs non fit, neque fieri potest, nisi post litem contestatam, vel ex eo quia est primus actus, per quem incipit tractari de meritis causæ, verum quia casus hic communiter non solet contingere, vt dixi, & Reus solet expectare præsentationem capitulorum actoris, ob id dixi acten to communi cursu causarum verè initium sumi à præsentatione capitulorum quæ dicitur verus libellus, qui in ordinarijs vt dixi post litem contestatam immediatè præsentari in Regno, solet & testatur etiam de Bonorno loco præcitato; hæc omnia, quę diximus, clarius elucidabuntur ex hijs quę inferius tractabimus circa examinationem opinionum in summarijs, & alijs casus in quibus verè lis non contestatur, quasi non actus sit, qui vim habeat litis contestationis, quæ omnia notanda sunt, quia ab alijs non reperiuntur, ità distinctè, &

vt arbitror ſecundum veram Theoricam, ac praxim enucleata.

QVÆSTIO IX.

1 *Inſtantia poſſeſſorij ſummarijſſimi ſuper feudis quæ, & quanta ſit.*

2 *Capitulum de inſtantia poſſeſſorij ſumarijſſimi an habeat locum etiam in cauſis poſſeſſorijs rerum allodialium.*

3 *Terminus de quo in c.90. dierum an faciat inſtantiam particularem adeo vt ſententia lata extrà eam ſit nulla.*

4 *Capitulum iſtud de inſtantia poſſeſſorij an debeat intelligi vniuerſaliter.*

AGREDIAMVR modo inſtantias cauſarũ, quę ſummarie dicuntur, iuxta formam Ritus, vtilis autem eſt hec materia; licèt prima fronte hodie videatur vana, cum ex forma Regię Pragmaticæ cauſæ omnes allodiales ſint ſummariæ ſola facti veritate inſpecta; ſed vltra quòd in omnibus non procedit hęc concluſio, vt loco ſuo dicemus, eſt etiam vtilis, & neceſſaria quia in hijs ſummarijs ex forma Ritus aliqua particularia dicenda ſunt circa materiam inſtantiarum, quæ nullatenus ſunt alteratæ à Regia Pragmatica prędicta, Circumſcripta promodo; quæritur nono principaliter, quanta ſit inſtantia harum cauſarum, ſi loquamur regulariter, facilis eſt reſolutio, quia virtute capituli nouiſſimi de inſtantijs, editi à Carolo Quinto Imperatore, & eſt 193. in ordine in ciuilibus eſt biennium, & in criminalibus per annum, & hoc regulariter eſt expeditiſſimum: verum ab iſta regula excipiuntur cauſę poſſeſſorię, quæ inter ſummarias connumerantur in Ritu capit. 133. prout etiam de iure communi ſummariè ſunt Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo ſummariè, Deci. Pedamonta. 1. nu. 5. non tamen dico omnes tales cauſæ ſed illas tantum, quæ ſummarijſſimi poſſeſſorij nuncupantur, in iſtis enim ex diſpoſitione capituli nouiſſimi Regis Philippi Domini noſtri in ordine 19. certa datur inſtantia nempè 90. dierum.

3 Pro intelligentia tamen dicendorum aduertendum eſt ad multa, primum non eſt referre, quòd cauſę iſtæ poſſeſſoriæ ſint ſuper feudis quo minus dicantur ſummariæ, nam vltra quòd Ritus generaliter loquitur de cauſis poſſeſſorijs, ità in Regno inter prætatum eſt, vt patet in ſpolio de recenti quia tales cauſas nulli dubium eſt eſſe ſummarias ex forma Ritus quantum cumque ſint de feudis quod alibi loco ſuo latius dicemus, ſed in ſpetie in ſummarijſſimo poſſeſſorio comitatus Chiuſæ inter Ducem Bisbonæ, & Donnam Carlierinã de Cardona ità proceſſum eſt, & ob id diſputatum fuit an competebat appellatio, de quo articulo loco ſuo dicemus multa. Secundò eſt aduertendum in pleriſque alijs poſſeſſorijs ſimilibus fuiſſe alio modo proceſſum, prout nos loco ſuo latius dicemus, ſed pro modo occurrit dicendum, id fuiſſe ex eo, quia, vt plurimum obtineri, ſolent literę, ſuper manutentione poſſeſſionis, & quandoque pro vna, & altera parte ſunt exorate, & hinc inde mittitur ſuper reuocatione litteratum; qui modus eſt ex abrupto, & viſione ſetipturarum, eſt beneuerum, quòd, vt inſacto poſſit aliquid probari, ſolet dari terminus extraordinarius, prout in cauſa Marchionatus Iarrata nę, in cauſa Biſcari, & pleriſque alijs cauſis temporibus noſtris factum eſt: quandoq; etiam ſtante ſequeſtro facto per cutiam neutra pars, ne fiat actor, vult in iudicio vocare aduerſarium, ſed ſolet mitti, quòd tollatur ſequeſtrum, citato procuratore Regij Fiſci, prout fuit in cauſa ſendorum Caſtellutij, Granerij, & aliorum inter Cæſarem de Marchiſi, & Marchioniſſam Miluelli in quibus, & alijs cauſis ſortè non eſt ſeruata forma dicti capituli nouiſſimi, & in modo etiam procedendi, rationibus de quibus ſupra, eſt alio modo proceſſum Cauſæ ergo ſummarijſſimi poſſeſſorij ſi principaliter tentarentur nullis exiſtentibus literis, & pars non conſentiret in alio modo ex abrupto, vel non deciſo, aliqua particulari ratione noneſſe tali modo procedendum, eſſent ſummariè ex forma ritus, & haberent inſtantiam prędictam trium menſium, & iſto modo, iſtoq; tempore deciſa fuit cauſa poſſeſſorij Baronis Verię contra D. Vincentium Abbatem, & de Marchetto, & eſſet quoque conſiderandum, quòd hodie ſtante Pragmatica Regia, quòad modum procedendi, cum illa excipiat cauſas feudales, quales ſunt iſtæ cauſæ poſſeſſorij feudorum, cum in eis proceſſum eſt ſemper per quatuor Iudices, & facta relatione, & via recognoſcendi ad Regem, prout in feudalibus, hoc tamen in-

inferius loco oportuniori examinabimus. Pro modo ergo, quo ad instantiam concludendum est, tales causas habere meam & instantiam trium mensium.

2 In primis tamen occurrit quærere, an capitulum loquatur etiam in causis possessorijs rerum allodialium, quòd enim loquatur de causis feudalibus tantùm apparet ex petitione Regni, & rationibus in capitulo adiectis, tanto magis quia extrà feudalia non reperitur fortè Reg. Curia cæpisse possessionem loco sequestri; in contrarium videtur facere generalis prouisio in decretata, quæ non est conformis petitioni, sed generaliter prouidet, quod causę super possessorio vertentes intra 90. dies expediantur: facitque ratio à fortiori quia si in feudis est abreuiata instantia, quę regulariter solet esse longior etiam in Regno, vt dicitur alibi, multo magis videtur, debeti, abrauiari in allodialibus. Resolutio est satis dubia, quia vere inrentio, & Regni petentis, & Regis concedentis videtur fuisse in feudalibus tantum; tum ratione maioris periculi, & interesse, tum quia frequentius in eis accidebat, quod in capitulo dicitur, & ideo pro modo cogitandum relinquo.

3 Remanet tamen adhuc difficultas aliàs discussa, & ventilata in causa prædicta Baronis Verię, an terminus de quo in capitulo prędicto, faciat verè nos esse in instantia particulari adeo quod sentrentia lata extra eam, sit nulla, vel tantum fuerit per capitulum, datus terminus Iudicibus, iuxta tradita, cap. de causis de off. deleg. Breuiter, licet multæ sint opiniones, omnibus missis multis, concludendum est, capitulum prę figere certam, & peculiarem instantiam, quando quidem, quando ilatutum præfigit certum tempus expeditioni causæ magis communis opinio est, quod illud tempus sit subrogatum loco triennij, & ob id regulatur, prour instantia iuris communis, ita Saly. & Paul. de Cast. dicunt communiorem opinionem esse, & eam sequitur Cort. Iun. nu. 49. & sequ. in l. properandum in princ. C. de iudicijs Bero. in cap. de causis nn. 48. de off. deleg. plures congerit Rimin. Iun. consi. 144. col. 1. in 2. vol. vbi etiam id dicit procedere, quando essemus in dubio, post Docto in d. l. properandum & Rimina sen. consi 90. in 1. vol. Addo etiam, quòd in capitulo est illud verbum omninò, ibi omninò terminentur, quod considerat in specie Bal. in d. l. properandum col pen. in princ. & ita pro instantia, habitus fuit terminus prędictus in d. causa Verię, nam ob periculum peremptionis fuit data sententia obscura, de cuius nullitate actum fuit inter cęteras ex eo, quia non eramus in casu instantię, & tandem fuit decisum quòd sentrentia esset valida in Magna Curia, in qua inter cęteros tunc sedebat non infimi nominis iure consultus Gregorius de Centurione.

Fuit etiam in ea causa adhuc discussum an potuerit illo modo obscurè pronùtiari, cum capitulum videatur, velle, quòd omnino causa expediatur clarè, & non obscurè; nihilominus illud non fuit habitum in consideratione, ex eo, quia sententia obscura iam terminat causam, prour in omnibus alijs instantijs, de quo aliàs tractabimus.

4 Postremo non est ommittendum quod etiam in eadem causa tractatum fuit, an capitulum prędictum loquatur indifferenter, vel tantum in casu: de quo in prętatione, & petitione, nempè, quando moritur Baro sine filijs, & descendentibus, & transuersales capiunt possessionem in quo etiam fuit conclusum capitulum debere intelligi vniuersaliter, tùm quia decretata non se restringit, sed generaliter loquitur de causis possessorijs, tùm etiam in petitione sunt illa verba *succedendo simili casi:* & sic de alijs vltra expressum, quia nullum simile est idem, tantò magis quia loquitur in plurali numero. Non obstat, quòd fuit facta mentio de vno casu, quia ille veluti frequentior, & magis verisimilis, non excludit alios casus per ea, quę tradit Ias. pro limitatione l. cum prętor ff. de iudicijs in l. 1. nu. 33. ff. solu. matr. quos, & alios refert, & sequitur Rimin. Iun. inst. quibus alie. licèt, vel non §. 1. in fine quę omnia sunt notanda in practica prointellectu dicti capituli nouissimi, & ab alijs non reperiuntur discussa.

Illud etiam obitet pro modo est notandum, quòd prępsupposita forma Ritus, & capituli nouissimi, si de consensu partium aliter procederetur, posset tractari de nullitate ex hijs, quę tradit decis. Pedamon. 1. nu. 19. sed quia alibi cadit opportunius hęc disputatio, pro modo aliter non est insistendum.

QVAESTIO X.

1 *Instantia à capitulo nouissimo prefixa super possessorijs an possit de consensu partium*

tium prorogari.

2 *Et an ſit dari cautela vt poſſit prorogari.*

1 DECIMO non inutiliter quęritur, an talis inſtãtia prefixa á capitulo nouiſſimo, poſſit de cõſenſu partium protogari. Abbas Pan. in cap. de cauſis in 3. notab. detetminat, quod quia in fauorem partium videtur tempus inſtantiæ triennalis abreuiatum, videtur, poſſe eas tali fauore renuntiare, c. ad apoſtolicam de reg iur. l. ſi quis in conſcribendo, cum ibi nota, C. de pactis. Sed Beto. in d. cap. de cauſis, nu. 8. voluit, ſine Iudicis conſenſu non deberi, nec poſſe tali termino renuntiari, quia talis abreuiatio dicitur facta, ne dum fauore partium, ſed etiam fauore Iudicis allegat gloſſ. Bar. & omnes ità tenere in d. l. 2. §. ſi Iudex, ff. de re iud. addit etiam rationem, quia ſi iuriſditio Iudicis extenditur, dicitur agi de ſuo intereſſe, & generaliter eius conſenſus eſt requitendus Reperio tamen quod Riminal. Iun. d. conſ. 144. n. 12. nulla facta mentione, Abb. & Beto. detetminat contratium, quod ttadit eſſe pertritum, quia inquit tale tempus cenſeri loco inſtantię ttiennalis, quam partes non poſſunt ptorogare ſecundum Bero & omnes in d. l. properandum, ità nec tempus loco illius ſubrogatum, allegat Io. And. in add. ad ſpec. tit. de appell. §. nunc bretiter Imol. in l. 4. in princ. ff de damn. infect. Alex. conſ 23. in 4. Riminal. ſen. conſ. 346. num. 7. quibus ego addo Socc. Iun. idem pro claro tenentem, conſ. 133. in princ. in 2. vol. & Bologneit. conſ. 28. nu. 44. & ſeq. & hanc eſſe magis communem teſtatur Iacobinus in d. l. ptopetandum in princ. num. 11. à qua ſubdit non eſſe in iudicando recedendum, licet referat Saly. velle, poſſe prorogati vſque ad tempus inſtantiæ triennalis, quam opinionem dicit in ſecreto iuris eſſe veriorem, vide tamen Marant. in Spec. in verſ. & omnia fiant durante inſtantia, nu. 25.

Ego quic quid ſit in alijs caſibus, in terminis quęſtionis noſtrę arbitror non poſſe per pattes, nec etiam accedente conſenſu Iudicis prorogati terminum 90. dierum, de quibus in cap. nouiſſimo. Moueor quia capitulum vtitur illo verbo pręciſo, omninò tetminentur, quę verba tollunt poteſtatem partibus, & iudicibus vlterius prorogandi; alioquin ſruſtatoriæ fuiſſet facta talis ptæfixio termini, & talibus verbis.

Secundò moueor, quia Regnum non petebat talem tetminum præfigi, ſed eius poſitio alió tendebat vt in capitulo, & ratio petitionis etat maximum intereſſe, quod fiebat toti Regno; ob id ſua Maieſtas volens indemnitati Regni prouidere ſtatuit, illo modo eſſe cauſas terminandas, & expreſsè illud facere pto quiete Regni, & ne incolæ fatigentur. Videtur ergo talis ptouiſio reſpicere vtilitatem publicam, cui per conſenſum partium non poteſt derogari, vulgatis iuribus: & hæc eſt ratio Doctorum in d. l. properandum, dum loquuntur de inſtantia triennij, ad id vide notabiliter Iacobi. ibidem nu. 10. & 11.

Cogitandum eſt tamen ſuper hijs, quia renera in pleriſque cauſis poſſeſſorijs vidi, non fuiſſe animaduerſum ad tempus dicti capituli, & id forte ex errore vel quia arbitrati ſunt aliqui, nedum ex expreſso conſenſu, ſed etiam tacito partium poſſe, alterari illius capituli diſpoſitionem, ſed vt dixi, ex præmiſſis ſatis dubito fuiſſe erratum.

3 Sed an ſit dare cauthelam, per quã partes poſſint talem inſtantiam prorogare Iacobin. in d. l. properandum nu. 9. & 10. ponit duas cauthelas, quas vide, ptęlertim, dũ ponit illã de recenſendis actis, de quo nos opportunius locodicemus aliqua notabilia, circa cauthelas Iacobin. Videas Abb. in cap. venetabilis nu. 14. & 15. de iudicijs, & Marant. in Spec. & omnia fiant durante inſtantia, n. 23. & ſeq.

QVÆSTIO X.

1 *Inſtantia in ſummarijs à quo incipiat actu, quando ſunt iuxta formam ritus.*

2 *Litis conteſtatio requiritur in ſummarijs iuxta formam ritus.*

3 *Lis conteſtatur in cauſis ſpolij priuilegiati*

4 *Statutum præfigens terminum interpetratur ſecundum ius commune vt inſtantia incipiat à lite conteſtata.*

1 VNDECIMO quęritur à quo actu incipiat inſtantia in cauſis ſummarijs ex Ritus, & pto intelligentia quæſtionis, aduertatur pto modo nos loqui quo ad eas cauſas, quæ remanent ſum-

ſummariè iuxta formam Ritus, etiam hodie non obſtante Regia Pragmatica, prout eſt cauſa ſpolij priuilegiati de recenti, ſecundum veram opinionem, de qua dicemus loco ſuo,& prout ſunt etiam cauſæ poſſeſſoriæ feudales, vt ſuperius tactum eſt,& loco ſuo latius explicabimus; Pro reſponſione igitur quiſpiam ad pauca reſpiciens, ſubito diceret, quæſtionem eſſe terminandam iuxta tradita in cap. inſinuante de off. deleg. quia cum in ſummarijs verè lis non conteſtetur, habebit talem effectum vt dicit actus, qui fit poſt litem conteſtatam, vel actus contradictorius, ſecundum varias opiniones de quibus alibi dicemus: ſed error in hoc eſt manifeſtus, in quem vidi ego incidere pleroſq; non infimi nominis aduocatos Magnæ Curiæ. † Nam in ſummarijs iuxta formam Ritus, quæ differunt a ſummarijs ex commiſſione, lis verè, & propriè conteſtatur, prout in ordinarijs: doctrina eſt Bar. loquendo in cauſis ſummarijs de iure communi, vel etiam ſi ſunt commiſſæ abſque alia clauſula in extraua. ad reprim. in verſ. ſummariè, ſequitur Alex. in l. intra dies col. fin. ff. de re iud. Iaſo. in l. in ſummam nu. 1. ff. de condict. indeb. Coru. conſi. 5. n. 4. in 2. & latè in deciſ. Pedam. 1. in princ. dum vult clauſulam ſummariè non tollere ſubſtantialia iuditij, inter quæ eſt litis conteſtatio. Docto. in rub. & l. 1. C. de lit conteſt. & ob id videmus in practica in cauſis ſpolij de recenti, litem conteſtari, ſimiliter in cauſis poſſeſſorijs, in quibus proceſſum eſt, & procedi debet, iuxta formam Ritus; & iuxta formam capituli nouiſſimi, his conteſtatur, nam illud abreuiat inſtantiam, & non tollit ſubſtantialia, prout in proceſſibus ſindicatus, & alijs ſimilibus in Regno expeditum eſt, † nam ſtatutum præfigens terminum interpretatur ſecundum ius commune, vt inſtantia incipiat à lite conteſtata, glo. in l. clericus quoque C. de epiſc. & cler. vbi Bal. col 2. Iaſ. in d. l. properandum in princ. nu. 5. & ibi etiam dicit Bald. col. penult. quòd ſi ſtatutum diceret incipere inſtantiam à citatione, eſſet correctorium iuris communis, quia eſſet dare nouam formam, quod etiam tradit Caſtr. in d. l. properandum nu. 5. & ità lite conteſtata, proceſſum fuit in cauſa prædicta Comitatus Cluſij, quę litis conteſtatio prębuit anſam cuidam magno aduocato dicendi, quòd cauſa illa erat appellabilis in Magna Curia quia non fuerat proceſſum ſummariè ſed ordinariè idq; fundabat, quia fuerat lis cõteſtata; ſed errabat maniteſtè in intell gentia terminorum, alibi tamen opportunius diſcutiemus multa quę in d. cauſa cluſę tractata fuerunt, me parrocinante, pro Donna Catherina Cardona.

Ex præmiſſis igitur apparet reſpõſio ad quęſtionem quia initium inſtauriæ erit à die litis conteſtatæ, prout in ordinarijs, & in quibus lis verè conteſtatur, eſt expeditiſſimum apud omnes Docto. in d. l. properandum, & hoc eſt extra omnem difficultatem, & controuerſiam.

QVÆSTIO XII.

1 *Inſtantia in cauſis in quibus proceditur per modum poſtæ à quo actu incipiat, vbi variæ opiniones.*

2 *Actus quod ſtent loco poſtæ an habeat vim litis conteſtatæ & quid ſi fuerit factus inſtante reo.*

DVODECIMO quæritur, & eſt notabilis, & quotidiana quæſtio nè dum in ſummariis, verum etiam in ordinarijs quando cauſæ expediuntur, & pertractantur per modum poſtæ à quo die, & à quo actu initium ſumat inſtantia, nam in tali modo lis verè, & propriè non conteſtatur, ſuitque hæc quæſtio pleuè diſcuſſa in cauſa prædicta Baronię Vcrię, in qua ego defendebam partes Don Vincentij Abbari. Primò tamen eſt aduertendum pro inuioribus quod iſte modus procedendi per modum poſtæ, non eſt diuerſus ab ordinario ſeu ſummario, nam non mutat naturam cauſę, vt tradit d. Gregorio in tract. de iud. cauſ. feud. quæſt. 20. circa finem, & ob id ſi cauſa ſummaria eſt, poteſt ſuccedere quod ſcripturę ſtent loco poſtæ, & idem ſi ordinaria, & variatis quibuſdam vt ſtatim dicetur in reliquis in cauſa proceditur ſecundum ſui naturam.

Habuit tamen initium hic modus ex eo quòd in Regno ſolet quandoq; procedi viſione ſcripturarum, quando pars actrix prætendit ex ſcripturis publicis habere intentionem fundatam, & ideò mittit ad effectũ, quòd talis cõdemnetur, vel quod aliud fiat, in tali modo poſſet pars contra-

ria consentire, & stante consensu, determinaretur causa illo modo, & multi orirentur effectus, de quibus die sua dicemus. Quia tamen pars non tenetur in tali modo consentire (nisi tantum in certis casibus, prout diximus in prima quæstione huius secúdi libri;&dicemus deo dãte loco suo plenius)solet supplicari quòd non consentit in modo procedendi, ob quem dissensum sine periculo nullitatis non potest procedi vlterius super scripturis missis quando causa verè est talis, in qua debuit procedi summariè, vel ordinariè, & quia attenta dispositione iuris communis, stante dissensu partis, deberet ab initio pars citari super petitione lis contestari, & demum præsentari libellus; inoleuit in Regno practica, quæ lites abreuiat, vt actor non cogatur illa omnia facere sed coram Iudice comparens, petit quòd scripturæ per eum missæ ad effectum, stent loco posse, & notificata parte, fit actus de mandato Iudicis, ethimologia autem illorum verborum loco poste est, ideſt, loco qualis, qualis petitionis, vt declarat d.de Gregorio d. quæst. 20. & latinè credo, quòd deberet, dici loco positæ, supple petitionis, vel barbarè imporaret, loco poste, ideſt loco fundamenti, seu basis.

Addo tamen ego hunc terminum esse à Doctoribus cognitum, & de eo mentionem facit Socc.Sen. consil. 96. nu. 2. in fi. vbi ex communi sententia Doctorum, dicit in summarijs, requiri simplicem petitionem per viam poste, & idem Socc. etiam post glo. in clem. sæpè de verb. sig.de hoc nomine facit mentionem in c. qualiter,& quando num. 117. versi. nam,& in causis summarijs extrà.de accus. Practica autem hęc sumpta est à gloss. in d.clem. sæpe in ver. necessariò, quæ determinat, quòd licet in iudicio necessaria sit petitio tamen,quòd fiat in modum libelli vel per petitionem pœnes acta, quocunq; modo fiat,satisfactum est prouisioni iuris,& licèt parte aliter petente, vel in ordinarijs saltem de iure communi posset habere aliquam difficultatem in Regno, tamen, vt dixi, practica est clara, siue in summarijs siue in ordinarijs, nec potest pars contraria aliter dissentire, vt ille scripturæ non stent loco poste.

Quinimò,&aliud notabilius addo,quòd licèt regulariter talis actus fieri soleat ad instantiam actoris qui miserat scripturas; tamen quandoq;fit,instante reo conuento & acta in causa prędicta Vcrię factum fuit, & quidem videbatur non potuisse fieri, quia intererat actoris declarare, quando volebat procedere, & si forte vel volebat instare, quòd procederetur visione scripturarum, quia forte erat de casibus, vel forte ab initio incipere facta petitione, lite contestata, & prout in ordinarijs,tanto magis, quia videtur reus conuentus, nimis festinanter velle procedere,&posset fieri præiuditium actori in tali modo procedendi. Vrdixi, in causa prædicta actus fuit factus instante conuento, & fuit admissus,& processum in causa illo modo:potuit tamen defendi,vel ex eo, quia ex forma stili pars vtraquè non potest dissentire, ne fiat talis actus,vel quia,& hæc est ratio generalis in omnibus casibus similibus, quę possent contingere, nempè, quòd in causa non erat aliter procedendum,& ob id siverè actor non potest dissentire,attenta natura causæ,arbitrarer parum refert, an actus fiat ad instantiam actoris,an verò ad instantiam rei conuenti; facto igitur acto datur terminus non tamen communis vtriq; parti, prout declarat d.de Gregorio d. q.20. sed in hoc non est insistendum pro modo.

Hijs igitur ita explanatis subintrat quæstio, nam vt vides, in hoc procedendi modo, expresè, & verè lis non contestatur, pulchrum est igitur, videre qualis actus habeat vim litis contestatæ, vt ab eo dicatur, initium sumere instantia talis causæ. Aduocati illius de Marchetto in causa prędicta Baroniæ Vcriæ prętendentes senteriam obscure latam esse nullam quia extra instantiam considerabant in ea causa litem incepisse à varijs actis, nec benè inter se concordabant, aliqui volebant incepisse à die sequestri, facti per Regiam Curiam. sed hęc opinio erat manifestè erronea,cum ille actus non fuerit actus partiũ litigãtiũ,sed ex officio per Regiã Curiã timore,ne partes venirẽt ad arma factũ,de quo sequestro,cũ hodie in plerisq;casibus satis inaduertẽter fiat, aliqua dicemus loco suo oportunioris: ergo partes nihil habuerunt in illo actu quomodo potest dici habere vim litis cõtestatę. Aliqui volebãt litẽ initiũ sũpsisse à quibusdã supplicationibus hinc inde Principi factis, sed nec ista opinio fuit vera,quia dum supplicatur principi, adhuc partes non dicuntur, dare initium instantiæ, tametsi ille habeant mul-

multos effectus, inter quos est ille perpetuationis de quo in l. 1. C. quando lib. principi datus, & practicamus quotidiè in causa spolij in qua non obstante supplicatione facta, spolium non dicitur habere initium respectu instantiæ, nisi procedatur ad litis contestationem, vt dicetur inferius.

Aliqui volebant litem initium cæpisse, quoad instantiam, à die contumaciæ incusatæ, ad effectum in scripturis contentum, & super hoc allegabatur. Docto. de Gregorio in d. tract. de iud. caus. seu. q. 20. Sed omissis pro modo multis, quæ dicenda sunt omninò pro declaratione, & correctione eorum quæ d. de Greg. in d. q. 20. dixit, quantum attinet ad terminum quæstionis nostræ, hæc opinio nec etiam vera est; nam, vt aliàs dicemus, quando mittitur ad effectum, & in causa proceditur eo modo visione scripturarum, vel ex eo, quia pars consensit, vel quia ita debeat procedi in casibus, de quibus aliàs tetigimus, & Deo dante plenius dicemus loco suo, tunc disputari, & teneri potest illud, quod tradit Gregorius circa initium litis, & instantiæ in eo modo procedendi, sed quando causæ natura non est talis, vt pars contraria, debeat consentire in tali modo procedendi, actor tamen ita incipit litem, vel vt forte contrariam partem decipiat, vel vt exploret, si vult consentire, vel tandem, vt eo dissentiente, fiat actus, quòd scripturæ stent loco poste, tunc impossibile est quòd incusatio contumatiæ, ad effectum in scripturis contentum habeat vim litis contestatæ idque ex pluribus, nam in ea non extat, nisi citatio super petitione, quæ in omni inditio necessaria est, & reus oportet habere inducias ad deliberandum, iuxta tradita in l. 1. C. de lit. contestat. & in l. edita. C. de edend. hinc est, quòd ante octo dies non potest procedi ad decisionem dictarum scripturarum ex forma pandectarum, & praxis Regni, & id, vt pars citata deliberet, vel consentiendo in tali modo procedendi, vel in dissentiendo, nec potest interim tractari de instantia, iam cepta, & de lite quasi contestata cũ certi nõ simus quomodo debeat procedi, nã cum pars posset dissentire, & stante eius dissensu, dicebamus esse variari modũ, ob id sequitur necessarium antè dissensũ, & verũ initium causæ non posse, tractari de instantia, nec quoq; verum est, litẽ dici contestari, quando pars dissensit in modo procedendi, prout etiam alij volebant in dicta causa; nam ex authoritate illorũ qui dicunt quòd in causis in quibus lis non contestatur expressè, primus actus contradictorius habere vim litis contestatæ, de qua opinione in cap. insinuante de off. deleg. & in l. properandum in prin. C. de iudiciis, nam vltra quòd hæc opinio non est vera, vt dicemus inferius, dum tractabimus de instantijs in causis summarijs, sola facti veritate inspecta: adhuc in terminis, de quibus agimus non potest procedere; quia illa opinio ne cessariò intelligenda de actu contradictorio, quod fieret circa merita illius causæ, quando verò pars citata ad effectum non vult in illo modo consentire, & supplicat dissentiendo: talis contradictio non est circa merita, quinimò dissensus ille tacit, vt lis incepta illo modo totaliter resoluatur, cum aliàs non potest dici subsistere, nisi parte consentiente, & ob id est necessè vel quod actor de nouo incipiat, prout in ordinarijs, vel aliter iuxta naturam causæ illius, vel fiat actus ille per modum poste, tanto magis in causa illa Veriæ; quia cum (vt dictum est supra) fuerit factus actus instante reo conuento; ex parte actoris fuit factus articulus super deletione dicti actus, & tandem fuit decisum quod procederetur stante illo actu; & consequenter non potest interim dici lis contestata cum certus non esset modus procedendi inter partes. Nec quoque potuit dici instantiam cepisse à die, quo fuit mãdatum per Iudicem, quod fieret actus prædictus, quia similiter militant rationes, de quibus supra incertitudinis, cum illud sit mandatum Iudicis ad instantiam vnius partis, sicuti in simili non diceremus instantiam incipere, ex eo, quòd Iudex mãdaret, quod lis contestaretur, nam nisi mandatum exequatur, non dicitur lis contestari, nec incipit vt de se patet ad sensum, nec similiter dici potuit in causa prædicta, instantiam cœpisse á die termini extraordinarij, quia ille fuit deletus, stante quòd fuit declaratum non debuisse procedi illo modo, sed per modum poste, & ob id debuerunt dari termini ordinarij, vt dictum est superius.

2 Dicebamus ergo in ea causa instantiam cæpisse á die quo fuit actus, stent loco poste, quo die etiam fuit datus terminus ad defendendum, iuxta ea, quæ de Gregorio dixit in d. q. 20. Nam in hoc casu ter-

peritur facta petitio, quæ illo modo inscripturis stat loco postulatus ille fit cum notificatione partis, & de mandato Iudicis, & datur terminus ad defendendum, qui non potest dari in ordinarijs, nisi lite contestata, ob id clarissimum est, instantiam ab illis incepisse, quia eo ocurrunt ea omnia, quæ necessaria sunt ad litis contestationem, & cum ab illo die fuerit effluxum trimestre, data sententia obscura, fuit declaratum super validitate ipsius, & sic rectè decisum instantiam cæpisse ab illo die per Magnam Curiam.

Remanet adhuc tamen scrupulus pro resolutione principalis questionis, nempè quid dicendum sit, quando fieret actus loco poste de mandato Iudicis, & parte citata, nullo dato termino, nec præsentatis capitulis, nec aliquo alio facto, & solus ille actus dicatur haberem vim litis contestate, & ab eo initium sumere instantia. Sed aduertendum est, quia si ille actus fuerit instante reo, prout diximus, fuisse in causa prædicta Veriæ, tunc fine dubio ille actus solus sufficeret, vt diceretur lis contestata, quia reus instans quòd fiat talis actus, nihil aliud vult, nisi declarare, quòd ipse vult contendere super illa petitione, & quia adest petitio, facta ab actore, & actus fit ad instantiam rei, de mandato Iudicis, & data notitia actori, verè diceretur litem contestari, cum vera litis contestatio nec ad alium finem fuit introducta, nec alium effectum potest operari: quando autem, prout communiter contingit, actus fieret instante actore, licèt de mandato Iudicis, & reo citato, aliqua esset difficultas, nam in effectu totus iste actus isto modo factus, aliud non importat nisi stet petitio proposita, aduersus quam adhuc reus nihil dicit, nec animum contendendi explicauit, posset tamen teneri, quòd solus ille actus dicatur litis contestatio, quia reus, qui habuit notitiam actus, nihil dicendo, declarare dicatur animum contendendi, sicuti quando mittitur ad effectum de quo Greg d. q. 20. Cauthela tamen esset ad tollendam difficultatem, quod eadem die daretur terminus, vel præsentaretur memoriale, vel capitula, ad finem, vt fiat actus aliquis, qui in ordinarijs fit post litem contestatam, sicuti in criminalibus solitum est fieri, quia eadem die præsentatur libellus, super quo reus subit, & eodem die datur terminus: sed in praxi, præsuppositio, quod pars actrix habuerit intentionem fundatam ex scripturis, non videtur posse applicari præsentatio capitulorum, vel aliqua testium receptio, maxime quia non datur terminus communis vtrique parti; sed tantum ad defendendum aduersario, vt dicit d.de Gregorio d.q.20. & idco posset fieri difficultas, an in tali modo procedendi, sint admictenda capitula, sed cum non sint præsentis speculationis, de hoc tractare ad tempus magis opportunum reseruabimus.

Postremo nec est ommictendum in ea causa, non potuisse dici tempus instantiæ cucurrisse à die, quo fuerit coram parte coram Iudice, per ea, quæ dicit Bero. post allos in d. cap. de cautis, nu. 22. cum seq. de offit. deleg quia illa theorica est quando præfigitur terminus Iudici, tunc enim terminus ille datus, currit à die præsentationis, & comparitionis, & posset practicari in terminis duorum mensium præfixo, pro declaratione sententiæ obscuræ, de quo aliàs: in casu autem nostro, quia ille terminus 90. dierum non est præfixus Iudici, sed causæ vt supra determinauimus, ob id cessat difficultas, & hæc omnia notanda sunt, quia quotidiana, & ab alijs non discussa.

QVÆSTIO XIII.

Instantia spolij priuilegiati cui pereat, & an conuento detur noua instantia, & à quo tempore dicatur incipere talis instantia.

DECIMOTERTIO quæritur, quia inter causas summarias ex forma Ritus est causa spolij, quod spolium in Regno infra bimestre est priuilegiatum, & antequa spolians audiatur oportet restitutionem facere, & facta restitutio ne, fit prosequutio causæ, quotidianum dubium, & notabile, & quomodo instantia currat, & cui pereat, & à quo tempore incipiat instantia in causa, quam appellamus meritorium spolij.

Pro intelligentia tamen dicendorum, tangemus aliqua, quę nullam habent difficultatem, etsi haberent, non sunt discutienda in proposito. In spolio enim de recenti, instantia incipit à litis contestatio.

tione, quæ in ea causa fit, tametsi summaria dicatur, quod in Regno ante Regiam Pragmaticam erat expeditissimum, post eam verò nou est sine difficultate; cum illa noluerit alterare causas priuilegiatas ex forma Ritus, super quo semel, & iterũ scio in Magna Curia fuisse controuersum, sed non præsentis speculationis. Instantia autem hæc biennalis est ex forma nouissimi capituli de instantijs in allodialibus, in feudalibus verò triennalis, & istud similiter non habet difficultatem ab ipso initio similiter sine difficultate perit actori, & spoliato, qui agit spolio, quia tamen obtenta sententia à spoliato, nullis auditis defensionibus, conuencti, & facta restitutione ex forma Ritus, spolians conuentus, potest audiri in suis defensionibus, Practica in Regno est, quod spolians præsentet suas exceptiones, & procedatur ad vlteriora. Stantibus igitur hijs, occurrit difficultas cui pereat, & an conuento detur noua instantia, & à quo tempore dicatur incipere; Primum caput difficultatis faciliter resolnitur ex hijs, quæ nos determinauimus superius in instantia causæ oppositorię decisa articulo, quod oppositiones reijciatur, nã consimilitudinẽ habet præsẽs difficultas cũ ea, & rationes pariter procedunt, & demũ in Regno est sine dubio receptum, quod instantia pereat spolianti conuento, lata sententia spolij priuilegiati, sicuti periret opponenti reiectis oppositionibus per interlocutoriam in articulo, rationes autem videndæ suut loco citato, nè bis idem repetatur.

Secuudum caput difficultatis, aliã rationem habet, quia in opponente, & oppositio fuit facta particularis prouisio per Regni capitula, quæ non militant, nec recepta vnquam fuerunt in casu de quo agimus quod autem noua instantia dari debeat, ex eo viderur suadeti, quia satis impium videretur, dicere, quod antequam cõuentus, sit certus de instantia, sibi currat. Rursus quia cum ipse ex forma Ritus nullatenus possit, audiri in defensionibus, nec possit prosequi causam, non valens agere, nulla deberet sibi currere instantia per vulgaria Tertiò quia diceremus in electione actoris, & spoliati esse se artare in finem instantiæ, demum obtempta sententia, instantiam dimittere conuento, ex quo multa absurda sequi possent. Tutius ergo, & rationalibus videretur dicendum, quod detur nora instantia, vel à die factæ restitutionis, & sic à die quo spolians posset agere, vel saltem à die sententiæ latæ in causa spolij priuilegiati, à quo die oritur certitudo, quod spoliauti currit instantia.

Dominus Ferdinandus Boniornus in quibusdam allegationibus, quæ à penna, & in manibus Aduocatorum circumferuntur, refert bis fuisse sibi, vti aduocato, occursum istum casum, semel erat pro spoliato aduersus spoliantem, prætendebat instantiam perijsse tamquam inceptã à prima litis contestatione: sed inquit succubuisse, & fuisse declaratum, instantiam non fuisse peremptam. Alia vice, cum esset pro spoliante conuento, & prætenderetur idem; ad huc dicit fuisse decisum pro non peremptione. Videretur itaque, & ex rationibus supradictis. & quia ita fuit bis decisum, sine difficultate tenenda talis opinio.

Verum, cum, non sint multi menses, fuissem requisitus pro eadem parte consulere in causa spolij, vertente inter Don Siluium Alagona, & quosdam de Cannizaro, & consortes de Ciuitate Miuei recusaui, quinimò tenui contrarium, non obstantibus deductis per d. Boniornum, secundum quam meam opinionem fuit decisum in Magna Curia: & petita reuisione decisum in Consistorio S. R. C. circiter mensem Ianuarij, & Februarij in anno 1586.

Fundatur autem hæc opinio clarissimè primo ex praxi comuni, quæ habet q; facta restitutione ab ipso spoliãte, ipse veluti originaliter conuentus, absque alio præsentat suas exceptiones; & sic præsuppositа petitione iam facta, procurat se defendere in causa. ergo impossibile est, dare nouam instantiam, quia non potest inchoare absque noua petitione, & absque noua litis contestatione, vera, vel ficta; instantia enim pro fundamento, & basi requirit litis contestationem, omnes in authen. offeratur, & in l. prima, C. de litis cõtest. litis autem contest. requirit petitionem, vt est etiam tritissimum, & expeditissimum.

Præterea monebar ego, quia tentata lite super spolio, & lite contestata, instantia cepit, currere, nec potest per Iudicem nec per partes reparari talis cursus, vt tradit post alios Bologn tt. conf. 8. num. 37. quod latius alibi examinabimus dum tractabitur an per impedimenta impediatur cursus instantiarum, maximè in Regno, stan-

ſtante diſpoſitione capituli nouiſſimi; quicquid dicant mod. ſcrib. ſuper Rit. cap. 28. nu. 64. & ſeq. Si ergo instantia currere eſt neceſſè, quod finem habeat habitu reſpectu ad tempus, quo incepit, nec dicatur, quod prima inſtantia finem habuit. per deciſionem cauſæ, ad quod poſſent allegati multa, præſertim quod ſententia perimit inſtantiam, tanto magis, quia in vna, & eadem inſtantia non poſſunt ferri duæ ſententiæ diffinjtiuæ, vt habetur in l. . . . . .

Nam hæc, & ſimilia, benè procederẽt attenta diſpoſitione iuris communis, ſed in ſpolio ex diſpoſitione Ritus aliud dicẽdum eſt, vt latius explicabimus loco ſuo. Nec in Regno poteſt dubitari, quod lata ſententia in ſpolio de recenti, non procedatur ex inde in meritis ſpolij ex eadem inſtantia; quia, vt dixi, praxis eſt clara, quod ſtatim abſque aliò præſentantur exceptiones directò aduerſus primam petitionem, & principalem litis conteſtationem. Quę praxis iuditio meo fundatur, & concludentiſſimè probatur in diſpoſitione Ritus; nam Ritus ponens modum, & formam procedendi in ſummarijs, ſubdit, quod in caſu ſpolij aliter obſeruati conſueuit; hoc eſt, quod conſtito (& ſi ſimus infra bimeſtre) antequam audiatur in defenſionibus ſuis aduerſarius ſit reſtitutio, qua facta auditur: ſi verò infra bimeſtre, tunc non fit reſtitutio, niſi factis probationibus vtriuſque partis. Ritus ergo in proceſſu ſpolij infra bimeſtre nihil aliud alterat, niſi quod fiat reſtitutio ante proceſſus compilationem; ſentit ergò immò diſponit, quod fiat proceſſus vnicus, & conſequenter ex eo infertur, quod ſit vnica cauſa, & vnica inſtantia quę irreparabiliter currit ab ipſo initio; alteratur tamen & variatur ſecundum deciſionem ſpolij priuilegiati, quia ſicuti ab initio currebat ſpoliato actori, & curreret etiam ſi non decideretur in ſui fauorem, ità è conuerſo deciſo ſpolio currit ſpolianti, & conuento, prout in articulo reijciantur, & cauſa oppoſitoria diximus aliàs. Quomodo autem infra eandem inſtantiã poſſint duę ſententię diffinitiuę ferri, habet aliqualem difficultatem; ſed oportet dicere ità in Regno ex ſtilo introductum eſſe, vel & rectius dicendum eſt, ſententiam, quę fertur in ſpolio priuilegiato, non eſſe diffinitiuam, ſed potius interloquutoriam, & reuera non videtur aliud importare, niſi illud idem, quod importat interloquutoria reijciantur oppoſitiones, & facta ſolutione audiatur; & ob id ego alias in cauſa Magnę importantię dicebam, non dici cauſam feudalem, ſed articulum, dum diſputatur de ſpolio priuilegiato; & ob id inferebam ad literas ordinarias Suę Catholicę Maieſtatis, quę mandat caulas aduocati via recognoſcendi, ſi cauſę ſunt feudales; de quo tamen alibi opportunius. video tamen in tali deciſione ſeruari requiſitam in cauſis feudalibus, prout requiritur in prolatione ſententię diffinitiuę, & ideo eſt neceſſè, dicere quod in hoc derogatum ſit ex praxi, & ſtilo Regni cuicunque diſpoſitioni iuris communis, Ad contraria autem ex præmiſſis poteſt capi reſpõſio, præſertim quia in odium ſpoliantis poteſt dici, non eſſe cuncandum de hijs, & alijs inconuenientibus, quæ etiam militabant antiquitus in cauſa oppoſitoria, & tamen ſi non ſuiſſet particulariter prouiſum, cogeremur dicere, quod debitor debeat ſtare cautus, & vigilare & ſolucre, prout promiſit, alioquin contra eum eſſet rigor, l. contra maiores, cum ibi teaditis, C. de inoffic. teſtam. Concludendum eſt ergo ſecundum veram opinionem, quod inſtantia ſpolij incipit à litis conteſtatione, quæ irreparabiliter ab ipſo initio cenſetur cucurriſſe, & currere ipſi ſpolianti, & conuento, facta deciſione ſuper ſpolio priuilegiato, ſicuti è contrario petiret actori ſi ſuper eo non decideretur vel ſi decideretur inſanorem conuenti, & demum eo modo, & forma, prout in cauſa oppoſitoria, & articulo diximus; & in caſu de quo agimus procedunt, quæ ibi determinauimus ſtantibus prorogationibus, imò multo magis, quia in cauſa ſpolij non eſt dare inſtantiã ſeparatam, prout in cauſa oppoſitoria, & articulo; ſed eadẽ vnica inſtantia ſemper prorogatur, & prorogationes ſunt communes, adeò quod ſpolianti remanet reſiduum inſtantię, quod reperitur, tempore quo eſt deciſum contra eum, ex qua deciſione detegitur inſtantiam ſibi perite per ſupradicta. Nec obſtat, quod alias fuerat deciſum, prout refert Boniornus, quia nec bene conſtat quaratione fuerit deciſum, et ſi ſimus in eodem caſu: & plerumque deciditur, vna ratione nota Iudici, & non Aduocatis, licet Aduocati credant fuiſſe deciſũ ex rationibus per eos deductis; quod experientia pluries nos docuit, & quicquid

ſit

ſit prætualere deberent dictæ vltimæ interloquutoriæ latè pro hac opinione, tanto magis, quia circum ſcriptis interloquutorijs, cũ exẽplis non ſit iudicandum, prædicta opinio eſt veriſſima, & contraria nullum habet legitimum fundamentum.

QVAESTIO XIV.

1 *Cauſa quando eſt, & circa allodialia, & circa feudalia, eius inſtantia an ſit biennalis vel triennalis, vbi ponit caſus quatuor.*

2 *Actor an poſſit contra plures quo ad diuerſa bona vnico libello & proceſſu agere, remiſſiuè.*

3 *Cauſa indiuidua & inſtantia indiuidua.*

1 DECIMOQVARTOque rendum eſt de inſtantijs cauſarum, quæ ordinariæ dicuntur, in quibus paucis nos expedimus; quandoquidem quo ad cauſas allodiales hodie deſijt talis modus procedendi, ſtante Regia Pragmatica, & ſic de inſtantijs illarum, quãdo incipiut tractandum eſt in ſequenti capite; quo verò ad cauſas feudales clarum eſt eam non comprehendi, immò excipi à dicta Pragmatica; in eis ergo procedit diſpoſitio capituli nouiſſimi de inſtantijs, in quo capitulo eſt diſpoſitum, quod inſtantiæ feudales ſunt triennales, prout erant ante ex diſpoſitione iuris communis; l. properandum cum materia, C. de iudicijs; in eis etiam, quia ordinariè procæditur, eſt clarum, initium inſtantiæ capi à die litis conteſtatæ, & hoc eſt expeditiſſimum; quatenus autem in eis procederetur per modum poſte pariter determinatum eſt per ea, quæ diximus in ſuperioribus quæſtionibus i adeò quod verè quoad eas cauſas nihil videretur remanſiſſe dicendum.

Verum non eſt omittenda diſcuſſio notabilis quæſtionis, quæ alias ventilata fuit, & quotidie poſſet in practica contingere: nam quando cauſa eſt merè allodialis, vel merè feudalis, ſed vt clarius loquamur, quando eſt circa res allodiales tantum, vel circa feudalia tantum, res eſt ſine controuerſia per ea, quæ ſupradicta ſunt; ſi autem in petitione quis peteret coniunctim allodialia, & feudalia, in tantum, quod quoad feudalia diceretur cauſa feudalis ſecundum ea quæ tradit Gregorius de Iud. cau. feud. In primis quæſtionibus, & nos alias dicemus † tunc ſubijcitur notabilis quæſtio, quomodo dijudicanda ſit talis inſtantia, an dicatur in totum biennalis, an triennalis, vel quo ad feudalia ſit triennalis, & quo ad allodialia biennalis. Augetur difficultas, quia primum caput quæſtionis poteſt eſſe quando petitio dirigeretur contra vnam, eandemque perſonam ideo requirendum eſt, & ſecundò quid ſi iudicium tenteretur contra plures vnica petitione, & vnico libello, & contra vnum quo ad allodialia, & quo ad alium ſeu alios quo ad feudalia, quomodo inſtancia hæc iudicanda ſit. Sed hæc queſtio quoad primũ, & ſm̃ caput præſuponit aliã quæſtionẽ, nõ minus notabilẽ, quomodo ſcilicet ſit procedendum in præſuppoſito themathe, an ſummariè iuxta formam pragmaticæ, an ordinarie ratione mixturæ feudalium, vel quo ad allodialia vno modo, quo ad feudalia alio modo, quod vltimum eſſet cauſa magnæ intricationis, & perplexitatis proceſſuum. Sed pro modo hoc diſcutiendum reſeruamus, dum tractabimus de cauſis ſummarijs iuxta formam pragmaticæ. † Quo verò ad ſecundum caput, tantum præſupponit, quod actor poſſit contra plures, quo ad diuerſa bona vnico libello, & vnico proceſſu agere, & ideo videndum eſſet, an hoc indiſtinctè procedat etiam inuitis conuentis, & quomodo illi poſſint & debeãt ſe defendere, quod aliàs habuimus incauſa Reuerendiſſimi Epiſcopi Paẽenſis contra plures Terræ Bricari in cauſa petitionis decimarum, ſed cum non ſint præſentis ſpeculationis ſufficit remiſſiuè dicere eſſe videndos Docto. in l. edita, C. de eden vbi præſertim Pupur. nu. 147. cum ſeq. Cagn. nu. 193. & Ronchegall. in l. eandem in princ. nu. 312. cum ſeq ff. de duo. reis, & in l. 3. §. vbi duo, nu. 69. & ſeq. ff. eo tit. & pulchrè. Socc. in cap. 1. num. 143. & ſeq. de lib. obla. & aliorum quos inferius in reſolutione queſtionis citabimus.

Pro reſolutione igiturqueſtionis, primus caſus eſſe poteſt, quando ageretur contra vnam, & eandem perſonam, & ab ea peterentur allodialia, & feudalia vnica actione, puta ex fideicommiſſo, vel actione hypotecaria, (nam in vtroque caſu præſupponimus pro modò quo ad feudalia

1 in primis quæſtionibus, & nos alias dicemus † tunc ſubijcitur notabilis quæſtio, quomodo dijudicanda ſit talis inſtantia, an dicatur in totum biennalis, an triennalis, vel quo ad feudalia ſit triennalis, & quo ad allodialia biennalis. Augetur difficultas, quia primum caput quæſtionis poteſt eſſe quando petitio dirigeretur contra vnam, eandemque perſonam ideo requirendum eſt, & ſecundò quid ſi iudicium tenteretur contra plures vnica petitione, & vnico libello, & contra vnum quo ad allodialia, & quo ad alium ſeu alios quo ad feudalia, quomodo inſtancia hæc iudicanda ſit. Sed hæc queſtio quoad primũ, & ſm̃ caput præſuponit aliã quæſtionẽ, nõ minus notabilẽ, quomodo ſcilicet ſit procedendum in præſuppoſito themathe, an ſummariè iuxta formam pragmaticæ, an ordinarie ratione mixturæ feudalium, vel quo ad allodialia vno modo, quo ad feudalia alio modo, quod vltimum eſſet cauſa magnæ intricationis, & perplexitatis proceſſuum. Sed pro modo hoc diſcutiendum reſeruamus, dum tractabimus de cauſis ſummarijs iuxta formam pragmaticæ. † Quo verò ad ſecundum caput, tantum præſupponit, quod actor poſſit contra plures, quo ad diuerſa bona vnico libello, & vnico proceſſu agere, & ideo videndum eſſet, an hoc indiſtinctè procedat etiam inuitis conuentis, & quomodo illi poſſint & debeãt ſe defendere, quod aliàs habuimus incauſa Reuerendiſſimi Epiſcopi Paẽenſis contra plures Terræ Bricari in cauſa petitionis decimarum, ſed cum non ſint præſentis ſpeculationis ſufficit remiſſiuè dicere eſſe videndos Docto. in l. edita, C. de eden vbi præſertim Pupur. nu. 147. cum ſeq. Cagn. nu. 193. & Ronchegall. in l. eandem in princ. nu. 312. cum ſeq ff. de duo. reis, & in l. 3. §. vbi duo, nu. 69. & ſeq. ff. eo tit. & pulchrè. Socc. in cap. 1. num. 143. & ſeq. de lib. obla. & aliorum quos inferius in reſolutione queſtionis citabimus.

Pro reſolutione igiturqueſtionis, primus caſus eſſe poteſt, quando ageretur contra vnam, & eandem perſonam, & ab ea peterentur allodialia, & feudalia vnica actione, puta ex fideicommiſſo, vel actione hypotecaria, (nam in vtroque caſu præſupponimus pro modò quo ad feudalia

lia cauſam dici feudalem, licet non me lateat eſſe aliquatenus controuerſiam, de qua aliàs tractabimus) vel alio ſimili iure: † tunc enim cum cauſa dicatur indiuidua, tùm ratione perſonæ, tùm etiam ratione iuris per theoricam, Bal. in l. an plures, C. de appell. cum ſimilibus; pariter dicetur inſtantiam eſſe indiuiduam: doctrina eſt eiuſdem Bal. in l. in hoc iudicio, ff. famil. herciſ. qui regulat inſtantiam, prout ſententiam, quę indiuidua eſt d. l. in hoc iudicio, cum concordantibus. Eſt ergo neceſsè, quod inſtantia ſit vnius, & eiuſdem naturæ, & quod in totum, aut ſit bien nalis, aut triennalis, nam ſi quò ad allodialia eſſet biennalis, neceſſe eſſet dicere quod in fine biennij eſſe determinanda, vel obſcurè, vel clarè, & ſic petitio, & cauſa diuideretur, & multa etiam inconuenientia ſequi poſſent, tum ratione ſuſpectionis iudicis; tùm etiam quod illę vnicus proceſſus eſſet ſcindēdus ratione appellationis, quæ interponeretur, & aliis etiam modis ſequerentur intricationes, & perplexitates, quo ad dationem terminorum, & alia, quæ diuerſimodè ſeruantur in allodialibus, & feudalibus: ſi verò diceremus in totum cauſam eſſe triennalem, adhuc ſequerentur inconuenientia, tùm ratione longioris inſtantiæ, quo ad allodialia, tùm etiam quia ſi cauſa peteretur via recognoſcendi tranſmiſſi ad Curiam Suæ Maieſtatis, fieret contra Regni capitula, & cauſæ extraherētur à Regno: ſimiliter eſſet procedendum in omnibus terminis dupplicatis, & ſeruatis omnibus quæ in feudalibus ſunt neceſſaria in Regno. Vndique igitur apparet eſſe angultias, & reſolutio apud nos eſt difficilis: ſed pro modo crederem, eſſe dicendum, inſtantiam debere iudicari in totum feudalem, & ſic triennalem per regulam quæ habet, quod dignius trahit ad ſe minus dignum, de qua per Docto. in l. præcipimus, C. de appell. per Fely. in cap. primo de præſcrip. laſ. & alios in l. ſi emancipati, C. de coll. ſed in particulari quando agimus de lite in qua ſunt feudalia, & allodialia, quod in totum dicatur feudalis, nè poſſet decidi, niſi a magiſtratu competenti in feudalibus, eſt notabilis deciſio Alciati, conſ. 410. vbi mouetur ratione vnitatis litis, & ne continentia cauſæ diuidatur, & demum ea ratione, quia dignus trahit ad ſe minus dignum, & repera negari non poteſt, quod innumera inconuenientia ſequuntur rē tempta hac opinione, quàm ſi diceremus inſtantiam eſſe diſformem ſecūdum qualitatem bonorum, vt dictum eſt ſupra: tanto magis, quia quo ad terminos dupplicandos, & alia neceſſaria in feudalibus grauamen, & onus eſt reſpectu actoris, qui ſibi imputare habet, quod voluit illo modo & vnico proceſſu agere; & conuenētis nihil videtur nocere; quia maiores dilationes habent. Quod verò dicebamus de extractione cauſæ, alibi examinabimus, quia pro modo arbitror non eſſe neceſſarió inſtrcendum; quod quo ad allodalia, cauſa deberet tranſmitti. Sed occurrit ſubitò vnum inconueniens; quia ſi quo ad allodialia non eſſet facienda tranſmiſſio, eſſet neceſsè quod deueniretur ad prolationem ſententiæ, & ſic per indirectum propalarētur vota Iudicium, quo ad feudalia etiam; quod fieri non poteſt in caſu quo eſt tranſmittenda cauſa via recognoſcendi, vt tradit Gregorius de Iudit. cauſ. feud. q. . . . . & in Regno eſt expeditiſſimum, & ideo ſubſiſtendum eſt, & cogitandum circa iſtud vltimum.

Secundus caſus eſt, quando lis fieret, & tentaretur contra plures conuentos, eodem tamen iure, & eadem actione, puta contra plures poſſeſſores bonorum, prout alias contingit caſus inter Carolum de Platamone agentem, & Franciſcum de Nahone, & conſortes: agebatur tamen contra eos actione hypotecaria, veluti contra poſſeſſores diuerſorum bonorum, & inter cęteros aliqui erant, qui poſſidebant certa bona feudalia, & cum ageretur de peremptione inſtantiæ, quo ad poſſeſſores bonorum allodialium dicebatur, non eſſe peremptam quia in totum & contra omnes, cauſa erat feudalis, & ſic triennalis, & memini fuiſſe declaratam, inſtantiam, vniformem fuiſſe, & conſequenter non peremptam. Et in hoc etiam caſu ſubſtineri poteſt hæc opinio ratione vnitatis, & indiuiduitatis eiuſdem cauſæ, ad quod optimè facit quod conſuluit Aret. conſ. 83. verſ. vltimo dicebam, nu. 7. & quod ex regula l. ſi communem, ff. quemadmod. ſeru. ammitt. tradit poſt infinitos, præſertim Grau. conſ. 272. Couarr. lib. pract. queſt. cap. 34. nu 2.

Tertius caſus eſt, quando ageretur contra eandem perſonam, ſed diuerſis actionibus ad allodialia, & feudalia, & cauſa verē

rè diceretur diuidua, præsuppoſito, quod ſumus in caſu, quo cumulatio eſſet licita, vel quando pars conuenta non opponeret contra talem cumulationem, de quo in d. l. edita, C. de eden. & in hoc omiſſis multis quæ in hoc non videntur eſſe præſentis ſpeculationis. Concludendum eſt inſtantias eſſe diſformes quantumcumque vnico, & eodem libello fieret petitio, & vnica eſſet litis conteſtatio per tegulam tex. in l. ſcire debemus, ff. rei oblig. namquot ſunt res deductæ, & quot actiones diuerſentes, tot ſunt libelli iudicia, ſententiæ, & inſtantiæ, l. aſ. in d. l. ſcire debemus, & declarat notabiliter Cagnol. poſt alios defendendo opinionem Barr. licet ipſe dicat contrarium alias tenuiſſe in d. l. edita, num. 254. & 255. nam negari non poteſt q̃ ſententia diceretur diuidua, & poſſet pro parte valere, & pro parte nõ, vt tradit Bal. in d. l. hoc iudicio & conſequenter inſtantia cauſarum diuidua; pariter ità dicimus in decretis vt per Doct. in l. . . . .

Quartus, & vltimus caſus, & faciliot eſt; quando pluribus actionibus diuerſis ageretur contra plures, in caſu tamen permiſſæ cumulationis, vel ſi non opponererur, de quo vtra alios pulchrè ponit Socc. in d. cap. 1. nu. 145. delib. obl. In quo caſu vt ſuperius concluſum eſt, inſtantiæ erunt diuerſæ, & diſformes & quo ad poſſeſſores bonorum allodialium erit biennalis, quo verò ad feudalium poſſeſſores erit triennalis.

QVÆSTIO XV.

Inſtantia in cauſis ſumarijs ſola facti veritate inſpecta à quo actu incipiat, vbi diuerſæ opiniones.

2 *Quod incipiat à citatione.*

3 *Quod incipiat ab actu contradictorio.*

Quod incipiat ab actu qui ſolet fieri poſt litis conteſtationem in ordinarijs.

Actus primus qui fit ad meritorium cognitionem habet vim litis conteſtatæ in ſummarijs, & quilibet actus qui in ordinarijs non poteſt fieri niſi lite conteſtata.

DECIMOQVINTO quærendum eſt de inſtantijs cauſarum, quæ hodie ex forma Regiæ Pragmaticæ ſunt ſummariæ facti veritate inſpecta: pro modo tamen non eſt tractandum, quæ ſint iſtæ cauſæ, quia loco ſuo al. qua dicemus; nec ſimiliter tractandum eſt, quanta ſit inſtantia, quia hoc etiam expeditiſſimum eſt in Regno, quod ſit biennalis, iuxta formam capituli nouiſſimi, cui in hoc per Regiam Pragmaticam non eſt in aliquo derogatum, & in Regno ceſſat difficultas, quam examinant laſ. & Curt. Iun. in l. properandum in principio, vt in ſummarijs detur inſtantia. Solum ſupereſt diſcutiendum de initio inſtantiæ in talibus cauſis, cum in eis verè & propriè lis non conteſtetur, & hoc eſt etiam clariſſimum. De initio verò, tùm ob varietatem opinionum, tùm etiam quia diuerſimodè poteſt dici litem haberi pro conteſtata ex varietate actuum, eſt aliqualis difficultas, & ego vidi etiam in iudicando plerosque erraſſe.

2 Prima igitur opinio fuit Romani in l. prima, col. 2. nu. 3. ff. de aib. vbi vult inſtantias in ſummarijs, in quibus lis non conteſtatur, incipere à citatione, allegat gloſſ. in authen. qui ſemel, C. quomodo & quando Iudex, ex quo inferr, licet ſub verbo fotrè, quod præſcriptio in eis pariter per citationem interrumpetur, quam opinionem ſequutus eſt, Bero. in cap. quoniam contra num. 108. & 111. de probat. dicens eamdem ſequi Imol. in l. ex duobus de duob. reis. Sed iſta opinio falſa eſt; prour, & infideles telato res ſunt, qui eam ſequuntur: nam gloſſ. in d. authen. qui ſemel non dicit id, ad quod allegatur à Rom. vt apud eam videre eſt ſimiliter Imol. allegans à Bero. non modo non dicit id, quod Bero. Verum etiam de direct ò tenet contrarium; quia verſ. & attende, expreſſè vult primum actum contradictorium circa merita cauſæ, eſſe litis conteſtationem in hijs ſummarijs, quinimò Ron chegall. in d. l. ex duob num. 14. intelligit Imol. non præcisè de actu contradictorio; ſed generaliter de actu iudiciali concernente merita cauſæ. Clarum eſt ergo pro modo talem actum non dici citationem. Sed pro opinione Romani videtur facere quod tradit Alberi. in d. l. properandum in prin. ver. pro declaratione regulæ, vbi vult, quod inſtantia in ſummarijs incipiat à die motæ contronerſiæ, & ſic à die citationis; ſed ipſe ſe remittit ad norata per eum in l. nulla C. de procura. vbi aliter dicit, de quo inferius. Melius etiam facit pro iſta opinione, quod poſt Socc. quem refert, dixit Affli&. in conſtitutione hac lege num. 9. dum vult à prima comparitione incipere inſtantiam

quia partes incipiunt, tractare de cauſa in prima comparatione.

5 Secunda principalis opinio ſuit, quòd incipiat ab actu contradictorio, quod voluit Imol. in d. l. ex duobus verſic. & attẽde, & fuit opinio Cyn. quem refert, & ſequi videtur Caſtrenſ. in d. l. properandum in princ. nu. 6. ſed Cyn. ibi tantum dicit, ſecundum aliquos inſtantiam incipere à tempore conteſtatæ controuerſiæ, vt vtar eius verbis, ſe remittit tamen ad dicenda, per eum in l. 1. C. vbi de crimin. agi. oportet, quo loci nec verbum de hoc dicit, ſuit quoque opinio Alber. in l. nulla C. de procurat. vbi voluit, actum equipollentem liti conteſtatæ eſſe qualem qualem, petitionem, & contradictionem ſequutam, & ad iſtum locum ſe remiſit in d. l. properandum, vbi dixerat, inſtantiam incipere à die moræ controuerſiæ in quam opinionem, licet non bene firmet viſus eſt ſemper inclinaſſe d. de Gregorio inſæpius citato tractat. de iud. cauſ. feud. quæſtio. 20. & eam dicit tenuiſſe d. Prothonota. Alliata in cauſa Auguſtæ d. Bonior. ſuper Ritu capit. 132. de quo diximus in ſuperioribus quę opinio ſicuti eſt malè intellecta communiter, ita communiter habetur in ore.

4 Tertia opinio ſuit quòd lis in hijs dicatur conteſtari per actum, qui in ordinarijs vbi verè lis conteſtatur, fieri ſolet poſt litis conteſtationem, ita Bart. & communiter Doct. in d. l. properandum C. de iuditijs, & multi alij quos inſerius citabo.

Quarta opinio ſuit quòd lis dicatur conteſtari quando reus conuentus præſentat exceptiones ſuas, quam audiui allegari teneri à Franciſco Marco in deciſ. Delſ. 717. in prima parte.

Sed vt ad veritatis inueſtigationem citius accedamus ego arbitror ex ploſa prima opinione, cęteras non eſſe contrarias, imo omnes in vnam conuenire, tametſi verbis videamus differre, & malè temporibus noſtris intelligantur, & peius in practica exerceantur. Putò igitur in primis etiam præſupponendum in ordinarijs, in quibus verè lis conteſtatur nec à partibus nec à iudice poſſe de meritis pacto aliquo cognoſci, nec diſcuti, niſi lite conteſtata, quandoquidem ante litis conteſtationem preparatoria tantum examinantur, eſt clariſſima opinio omnium in capit. quoniam ſi quenter vt lit. non conteſt. in autent. offeratur C. de litis conteſt. & in ſexcentis alijs locis; ob id petitiones, quas nos capitula, vel memoriale, vel libellum appellamus non poſſunt præſentari, niſi lite conteſtata. Similiter teſtium receptio, exceptiones, & id genus non niſi lite conteſtata fiunt d. cap. frequenter: pariter ſi reus quicquid vellet negare, vel contradicendo actori affirmare, non niſi lite conteſtata admittitur: quoniam omnium ratio ea eſt, vulgaris, quia litis conteſtatio eſt baſis angularis, & fundamentum Iudicis, & non facto fundamento non poteſt pacto aliquo ædificari, nec in hoc differentia eſt inter ſummarias, & ordinarias cauſas; quia licet expreſſe, & verè lis non conteſtetur, tamen ex eadem ratione neceſſitatis fundamenti iudicij, & neceſſarium antecedens, volunt omnes, litem haberi pro conteſtata quando fit actus, qui in ordinarijs ſolet fieri, imò dico ego, debet fieri poſt litem conteſtatam: quia verò non poteſt dari certa regula in hijs actis, & neceſſarió non debent omnes fieri, vel ordinatim vnus poſt alium, quia hoc importat procedi ſine nogura iudicij, & quandoque vnus actus, quandoque alius vt dicemus ſtatim, poteſt primo loco repræſentari in iudicio: ob id Doctor. regulam certam non potuerunt dare, loquendo de cauſis in abſtracto, tametſi in concreto ſecundum cauſas aliquas, & factorum contingentiam aliquem actum nominauerunt. Ob id magis communiter conueniunt, vt dicant inſtantiam incipere ab actu, in quo incipiunt merita diſcuti, imò Bart. in d. l. properandum §. 1. in prin. vult incipere inſtantiam ab ea die, in qua incipiunt tractari merita, nec aliud in effectu voluit Cyn. ibidem dum referens quosdam, dicit inſtantiam incipere à tempore conteſtatæ controuerſiæ, licèt verba obſcura ſint, & barbara, nec aliud ſonant niſi à tempore litis conteſtatæ & ob id malè Caſtrenſ. eum intelligit, dum refert ipſum velle quòd à tempore contradictionis. Verum ego, & Caſtrenſ. & Alber. etiam in d. l. nulla C. de procur. non intelligo, vt actus æquipollens liti conteſtatæ, debeat de neceſſitate, eſſet contradictorius, & quòd ſine contradictione, non poſſit lis haberi pro conteſtata, ſed quòd ſecùdum facti contingentiam poſſit talis actus contradictorius talem effectum operari, vt docemus ſtatim, & ita quoq; intelligo Imolã in d. l. ex duobus ver. & atten de quẽ ità etiã videtur intelligere Rõchegal.

gal. ibi numero 14. & ſupra tetigimus. Bal. etiam in d. l. properandum §. primo cum opinione Bar. ad literam concurrit dicit. que ità Doctor, tenere. & allegat in id Cyn. in l. nihil C. de Procur. qui in libro meo nec verbum de hoc dicit Saly. in d. l. properandum in princ. numero. 1. dicit, inſtantiam incipere à prima contradictione, quæ fit ſuper meritis cauſæ, argumento eorum, quæ ipſe dixit in l. nihil, & in l. nulla C. de procurat. ſed in l. nihil obſcurè loquitur in l. vero nulla clarius, quia inquit litem conteſtari per primum actum cauſidicum, merita cauſę concernentem, cum aduerſario agitatum quod intelligit de actu valido, & non de nullo, ex cuius Saly. doctrina colligitur aperitiſſimè ipsũ non contradicere Bartol. Bald. & alijs quinimò aperit, & declarat, quod nos dicebamus non requiri contradictionem; vt ſit lis conteſtata; tametſi ſi illa interceſſerit circa merita tamen talis effectus reſultabit, iſtud quoque voluit Fulgoſ. in d. l. properandum in principio, nu. 2. vbi expreſſè vult primum actum iudiciarium habere vim litis conteſtatę, & ità dicit, tenere Doctores. Iſtud, etiam mihi apertiſſimè probat Alexan. & ſatis notabiliter in l. nulla C. de procur. vbi primo loco citata opinione Bartol. Bald. & aliorum, qui volunt inſtantiam incipere. quando merita, tractantur: quia, inquit, cauſa dicitur illa, quę concernit merita, & negotium principale; exinde dicit, attendi, debere doctrinam gloſſ. in cap. 1. in verb. abſentię de elect. in 6. quę vult quòd primus actus, qui in ordinarijs ſolet fieri poſtlitis conteſtationem, debet in ſummarijs operari effectus, quos in illis operatur litis conteſtatio: & ideò inquit Alexand. poſt Bartol. in extrauagan. ad reprim. in ver. figura, ſi legitimatis perſonis, preſentarentur exceptiones peremptorię vel fierent petitiones vel articuli idem eſſet dicendum, & idem tradit Alexan. in d. l. properandum in princ. vbi ad id allegat, & Cyn. & Salyc. Iſtud quoque clariſſimè tenet Iaſo. in d. l. nulla, ſed clarius in d. l. properandum numero 7. vbi vult quòd vim litis conteſtatę habet primus actus, qui fiet; nam ſubdit quod primus actus, qui tractat de meritis cauſę habet vim litis conteſtatę, cum Bar. etiam in d. l. properandum & in d. extrauag. ad reprimendum in ver. figura concurrit Curt. Iun. d. l. nulla nu. 5. licèt quo ad intellectum d. l. nulla dicit Bart. & Doctо. non bene loqui quod etiam voluit idem Curt. Iun. in d. l. properandum num. 7. vbi tamen vult initium eſſe ab ea hora, in qua incipiunt tractari merita, ad quod etiam citat Cyn. & Saly. qui videbantur velle contradictionem. Idem quoque voluit Iacobinus in d. l. properandum in princ. col. 1. Canoniſta ſimiliter, in eandem ſententiam tuerunt inter quos Abba. in c. venerabilis circa finem de iudicijs Fely. in capit. inſinuante col. pen. & fin. & in d. c. venerabilis col. pen. in fin. & Bero. in d. cap. venerabilis num. 77. vbi inter cætera exemplificat de receptione teſtium. In eandem quoque opinionem iuit, & melius. Rom. conſi. 174. Idem Alex. conſi. 50. nu. 9. & 19. in 2. vol. vbi refert ità communiter Doctores tenere Maranta etiam in Speculo idem voluit in ver. & omnia fiunt durante inſtantia nu. 4. & in duobus alijs locis relatis ab Horatio Mandos. in add. ad Roma. d. conſi. 174. vbi etiam ad id allegat Lapum alleg. 122. & Bald. in tract. præſcript. in 3. par. vltimæ partis ante nu. 33. Et itidem etiam voluit Aſſict. in d. conſtit. hac lege nu. 10. in fin. tametſi nu. 9. aliter videatur ſentire cum Socc. quem allegat, vt ſupra adnotatum eſt. Sed talis opinio aut falſa eſt, aut debet reduci ad concordiã cum prędictis, & demum in hanc opinionem iuit poſt alios ab eo relatos Roncheg. in d. l. ex duobus num. 14. ff. de duo. reis.

Apparet igitur ex hijs clariſſimè Doctores magis communiter in hanc vnam ſententiam conuenire, quòd in ſummarijs litis conteſtationis effectum operatur actus qui primus fit ad meritorum cognitionem & tractatum; ex quibus reprobatur prima opinio quę dicebat citationem hunc effectum operari quia citatio non eſt actus in quo incipiunt tractari merita, ſed eſt vocatio ad iudicium, & quandoq; poſt citationem ſolent allegari, & diſcuti exceptiones aliquæ dilatoriæ, & præparatoriæ iudicij, quæ omnia ante litem conteſtatam tractantur vt de ſe patet. Similiter reprobatur opinio illorum qui dicebant primã cõparitionẽ, & cõtrouerſiã motã hũc effectum operari, nam ſimiliter ex præmiſſis apparet de falſitate, & ineptitudine talium opinionum. Reprobatur quoque ſecunda opinio principalis quatenus ex ea infertur quemlibet actum contradictorium

rium ſufficere ; nam Doctores communiter requirunt actum contradictorium circa merita cauſæ vt diximus ſupra. Similiter reprobatur quatenus, ex ea aliqui inferunt requiri de neceſſitate quòd ſit actus contradictorius partis , vt dicatur lis haberi pro conteſtata quaſi quòd ſine contradictione non fiat, nam multi actus talem eſſectum operantur, qui verè actus cauſidici & iudiciarij ſunt, & non ſolent nec poſſunt fieri niſi lite cõtẽſtata, & tamen nulla adeſt in eis partis contrariæ contradictio, vt eſt preſentatio capitulorum ſeu poſitionum, vel teſtium receptio & ſimilia. Reprobatur quoq; quarta & vltima opinio; quatenus ſe cundum aliquos ex ea inſertur non ante nec aliter litem conteſtari niſi præſentatis exceptionibus; prout non multi dies ſunt, allegari audiebam à nonnullis dicentibus ex hoc in facti contingentiam inſtantiam non cepiſſe à preſentatione libelli, ſed ab exceptionibus ſatis poſt preſentatis, quæ opinio falſiſſima eſt, & contra veros termi nos iuris: nam ſine dubio ſecundum omnes preſentatio libelli eſt actus cauſidicus ſeu iudiciarius, & in eo incipiunt tractari merita, quinimò non ſolet, imò dico ego, non poteſt preſentari niſi lite conteſtata in Regno; prout eſt communis praxis & indubitata, & conſequenter talis preſentatio libelli operata eſt litis conteſtationem. Impoſſibile eſt ergo quod ex eo actu non incipiat inſtantia, imò ea ſemel cepta, & lite ſemel conteſtata, alia litis conteſtatio dari non poteſt, nec debet, nec ſolet etiã in Regno; imò de iure dicitur hoc monſtrum eſſe; ſicuti ſi homo haberet duo capita gloſſ. in l. & poſt edictam in ver. inſtantia ff. de iudicijs Bald. Imol. Cyn. & alij in l. procurator §. ſi dominus ff de oper. nou. nunt. & tradit Bolognett. conſilio. 28. nu. 8. Ioquens propriè in Regnõ, & ſuit in cauſa Auguſtini Giſulfi proſequuti tunc in Regia viſita, Marchionis ordeoli.

Vt igitur amplius in hijs non inmoremur, & quæſtione m abſoluamus: arbitramur ſine aliqua controuerſia debere dici ſecundum veriorem, & receptiorem doctorum ſententiam, in hijs ſummarijs, & alijs in quibus verè lis non conteſtatur; litis cõteſtationem operari quilibet actus, qui in ordinarijs non ſolet, nec poteſt fieri niſi lite conteſtata; & quòd inimum faceret in tractatu, & cognitione meritorum. Iſta ergo eſt opinio vera, & receptior in theorica illam tamen ad praxim Regni, noſtram reducendo, dicim us non poſſe dari certitudinem talis actus, tum quia non ſemper requiritur quòd fiat, & procedatur vno modo, tum etiam quia in diuerſis actibus qui ſolent eſſe talis naturę non datur ordo ali quis; tum quia ſtilus varius eſt, & diuerſus, tum etiam quia cum procedatur ſine figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, certa forma in faciendis actibus non datur: & vt ad exempla quę magis rem claram faciunt deueniamus. Petitione facta in ſummarijs iſtis; quæ hodiè iuxta regiam Pragmaticam neceſſaria eſt, & debet eſſe clara eaque parti notificata vel aliter citato aduerſario quandoq; actor ſolet preſentare libellum vel memoriale vel capitula, vel poſitiones, hęc enim quatuor pro ſinonimis habeo, & iuxta theoricam iuris, & praxim Regni, de qua preſentatione fit actus de mandato Iudicis vel in iudicio dum Curia regitur, vel extra illud parte citata, tũc ſine dubio lis erit conteſtata, quia iſte eſt actus iuridicus ſeu iudiciarius, & cauſidicus vt vtar verbis Saly. in d. l. nulla C. de procur. Rurſus eſt actus qui non ſolet fieri in ordinarijs niſi lite conteſtata, imò dico ego non poteſt fieri aliter, vt ſupra dictum eſt, & demum in eo incipiunt tractari merita cauſę; & in ſpecie quòd talis præſentatio hęc operetur eſt doctrina Bar. ind. ver. & figura, quem alij ſequuntur, vt ſupra diximus. Quandoq; de tali preſentatione nõ fit actus, nec in effectu talia capitula preſentantur, ſed tantum fit memoriale ad informationem commiſſarij ad effectum recipiendi teſtes, & teſtes recipiuntur parte citata, de mandato etiam Iudicis, tunc effectus litis conteſtationis, & initium inſtãtiæ erit talis teſtium receptio, quia ante hunc actum qui in actis appareat, alius nõ reperitur, & pariter nec ſolet, nec poteſt fieri talis teſtium receptio, niſi lite conteſtata d. ca. quoniam frequenter, & ſine dubio tractantur merita cauſæ. Quandoque poteſt euenire quòd in primo actu preſentetur incartamentum vel ſcripturę, ex quibus actor ſundare intendit intentionem, & pariter eo actu reſultabit effectus. Quandoq; ſuper memorialis pars prętendit quòd aduerſarius ſubeat ſobitiones adhuc talem effectum operabuntur. Quandoq; antequã actor quid faciat reus conuentus compa ret, vel ſupplicando, vel alium actum faciendo contradicit petitioni actoris; aliquid in meritis allegando pro ſua liberatione, & defenſione, & pariter talis contradictio

ope-

operabitur prędictum effectum, & hoc modo concordantur, & intelligendi sunt Doct. qui in secunda opinione citati voluerunt actum contradictorium habere vim litis contestatæ. Quandoq; & vltimo reus desiderans liberationem non vult expectare quòd actor quid faciat, sed suas exceptiones præsentat, & tunc eum talis actus habeat omnes contradictiones de quibus supra, & actus alius non præcedat, meritò tales exceptiones talẽ effectũ operabũtur & ita procedat opinio Fráciſci Marci d. de cis. 717. qui ꝓprie in hijs terminis loquitur cũ dicat in casu suo fuisse inceptũ tractari de meritis per præsentationẽ capitulorum exceptionalium. Si ergo inceptum est, necessariò præsupponitur alium actum fimilem non præcessisse, & ità quoq; intelligẽdus est Alex. in d. l. properandum dum post Bart. in ver. figura, similiter exemplificat de præsentatione exceptionum. Istorum ergo actuum, & similium qui possent in facti contingentia occurrere, vel secundum stilum procuratoris causæ, vel secundum libitum litigãtium: cum in hijs non detur certa forma, vt dixim⁹, qui primus fiet operabitur litis contestationem, & dabit instantiæ illi initium: & istud est quod verè voluit Iaso. in d. l. properandũ nume. 7. dum loquitur de primo actu qui fiet, &c. & semel dato initio per vnum de actibus prędictis, reliqui qui sequũtur nec alterant, nec nouant initium iam factum Ità quoq; secũdum hanc doctrinam intelligendus est de Gregorio in d. tractat. de Iudic. causarum feudalium quæst. 21. dum alternatim loquitur de actibus, vt per eũ. Ità quoque intelligendus est Prothonotarius Alliata allegatus à Bontorno d. capi. Ritus 130. Nam verum est quòd actus cõtradictorius circà merita operatur litis cõtestationem secundum facti contingentiã: sed non dicit, etsi diceret falsum asseret, quòd de necessitate talis contradictio requiratur. Ex quibus, & opiniones sanè intellectę ad concordiam reducuntur & vera datur intelligentia ad dicta Doctorum: quæ omnia notanda sunt, tùm quia non ab alijs discussa, & quotidiana sunt, & deseruiunt nedum in summarijs, verum & in causis omnibus, in quibus verè lis non cõtestatur, quales sunt, quæ modo procedẽdi ex abrupto examinantur, vt loco suo etiám annotabimus.

QVAESTIO XVI.

Instantia in causis quæ ex abrupto expediuntur à quo incipiant actu.

SVPEREST, vt de instantijs aliqua dicamus causarum ciuilũ, quæ modo procedendi ex abrupto pertractantur; verum non de omnibus erit præsens sermo, sed tantum quando procedit visione scripturarum simpliciter, vel, dato termino extraordinario. Quo enim ad alias, quæ sub tali modo procedendi continentur, iuxta ea quę nos annotauimus in prima quæstione huius secundi libri: iam ex traditis in præcedentibus quæstionibus põt haberi resolutio.

Causæ igitur quę visione scripturarum tractantur possunt esse & allodiales, & feudales, & illę quę continentur sub causis summarijs ex forma Ritus & forma Pragmaticæ, & demum ordinariè. Nam cùm talis modus procedendi in Regno parte consentiente approbatus sit in omnibus causis talis consensus operatur, & in feudalibus de quibus maius dubium esse videtur, loquitur d. de Gregor. in d. tract. de iud. caus. seu. q 20. Potest. quoq; vt alias diximus talis modus considerari etiam parte dissentiente, quando examinandus esset merus iuris articulus, & partes in facto essent concordes, vel si quid probandum esset dandus esset terminus extraordinarius, de quibus omnibus quando cõtingere possunt, & quomodo secundum iuris theoricam defendantur, & in praxi admittenda sint, loco suo dicemus. Promodò præsuppositis casis talibus modis pertractatis; videndum etiam de instantijs earum, & erit quæstio sexradecima: & quidem quo ad metam, & tempus ipsarum non est difficultas aliqua, quia regulariter secundum formam capituli nouissimi in allodialibus iuxtà dispositionem iuris; in feudalibus, & in alijs iuxtà particulares instãtias in Regno assignatas prout in summarijssimo possessorio, aliás diximus, & demum iuxtà nouam qualitatem causæ terminabitur instantia, Difficultas est in principio cursus talium instantiarum d. de Gregorio, d. q. 20. loquens de modo procedendi parte consentiente appsobato; qui fit per missionem scrip-

ſcripturarum ad Iudices cum effectu indorſo carum; in quo narratur petitio citato aduerſario ad effectum in ſcripturis contentum, & in quibus (vt etiam ipſe dicit, & in praxi veriſſimũ eſt) nulli dantur termini, nec ex forma Ritus nec ex diſpoſitione iuris communis: volnit actũ qui habeat vim litis conteſtatæ pro initio inſtantiæ, eſſe contumaciam incurſatam aduerſario, ad effectum in ſcripturis contentum, maximè ſubdit aduocato rei reſpondente, & ſcripta tali reſponſione impede contumaciæ, & ità dicit ſeruari. Quę opinio, & declaratione indiget, & correctione in multis, vt ex infra dicendis apparebit. Inprimis ergo ex verbis Gregorij appatet ipſum velle ſolam incuſationẽ contumaciæ talem effectum operari abſq; reſponſione, quia cum dicit maximè aduocato reſpondente illa dictio maximè non excludit primum caſum licèt explicet ſecundum, veluti minus dubitabilem vt traditur per . . . . . & ex modo loquendi etiam clarum eſt, quo themate retento non videtur talis opinio ſubſtinenda cum nullo iure fundetur. Nã incuſatio contumaciæ aliud non eſt niſi quòd, citatio facta redigitur in actis nè circumducatur; per ea quæ ipſemet eodem tract. dixit in q. 15. in ea igitur nihil fit ab aduerſario: nec inceptum eſt tractari de meritis cauſæ, prout intelligunt Doctores de quibus in præcedenti quæſtione: nec eſt actus qui ſolet fieri poſt litem cõteſtatam, immò regulariter in omni lite fit antè litem conteſtatam, & ob id videmus, quòd incuſata contumacia ſolent allegari, & diſcuti exceptiones dilatoriæ, declinatoriæ fori, & ſimiles quę antè litem conteſtatam tractandæ ſunt de neceſſitate. Rurſus hæc opinio falſa eſt, quia ſi poſt incuſatam contumaciam poteſt reus pro vt communiter fit comparere, & diſſentire in modo procedendi, quo diſſenſu ſtante non poteſt amplius illo modo procedi quomodo ergo dicemus poſſe ſubſtineri quòd interim lis dicatur conteſtata: etſi diceretur hoc eſſe quando non diſſentiretur; ſed cabo igitur nullũ interim eſſe iudicium fundatum, & generaliter nullus effectus litis conteſtationis, ſed ſtabit in pedeoti donec reus conſenſerit vel diſſenſerit; nec in iure, & apud Doctores ego reperi poſſe dari effectum litis conteſtationis, niſi ſuper certo veluti ſuper baſi, & fundamento iacto in lite. Præterea niſi in codice hic error ſit, videtur Gregorius incipe loqui; dum pro ratione ſubdit quod talis actus incuſationis contumaciæ ſit primus actus contradictorius, Iudice ſedente pro tribunali. Nam non eſt hoc verùm cum pars ſit abſens, & ideò tanquàm talis fingitur, & incuſatur contumacia, etiam ſi præſens ſit in iudicio, & ſi præſens reputatur, tamen alio non facto non dicitur hucuſq, contradicere. Ob id neceſſariò dicendũ eſt quòd ſit error in ſcriptura, & intentio d. Gregorij, ſit quòd incuſatio contumacia cũ reſponſione aduerſarij operetur litis conteſtationem quæ opinio videtur prima fronte vera, ſed aduertatur quia ſecundùm eã remanent multæ difficultates, & quæſtio principalis non habet reſolutionem. Nam tameth verum ſit quandoq; incuſata contumacia aduerſarium reſpondere per aduocatum; quandoq; tamen, imò à comuni iter contingentibus hoc non fit, & id, ea ratione per talem reſponſionem nat parti præiuditium in declinatoria fori, vel in modo procedendi, vel aliter; & ob id videmus in praxi nec in die incuſationis, nec poſt multos alios, ſaltem infrà octo dies datos à pandectis vt loco ſuo dicemus, quicquam fieri nec dici ab aduerſario citato. Mendoſa igitur eſt opinio quia hunc caſum, qui frequentius accidit non determinat: Rurſus reſponſio quæ quandoque fit incuſata contumacia ſolet eſſe vt plurimum, immò regulariter; niſi incauti ſint aduocati, & litigates cum clauſula prima die, cũ protestatione mittendi, quæ operatur multa circa præiudicialia; & ſenſus eſt quia aduerſarius reſpondens proteſtatur quòd vult deliberare, & proponere vſq; ad primam diem iuridicam quod intẽdit & conſequenter petitio eſt iudiciaria quæ regulariter de iure datur ante litem conteſtatam etiam in praxi, & in ordinarijs cauſis; quomodo ergo talis reſponſio poterit operari effectum litis conteſtatę? Quapropter neceſſe eſt dicere opinionem Gregorij in eo tamen caſu poſſe in practica defendi, quando aduocatus reſponderet ſimplicitet; tunc enim talis reſponſio operaretur effectum litis conteſtationis; quaſi diceret quòd vult contendere, & tunc ſine dubio lis conteſtaretur, ſed hic caſus rarò aut nunquam contingit, & conſequenter opinio eſt pro determinatione caſus rarò aut nunquàm contingentis; contra regulam quæ habet quod ad eą

quę

quæ frequentius accidunt leges adaptantur l. nam ea ff. de legib.

Pro resolutione igitur ego arbitror debere considerari quinq; casus. Primus casus erit quando missis scripturis, ad effectum, & incusata contumacia parti, illa simpliciter respondet absq; protestatione, & in hoc casu, vt supra dictum est, potest teneri opinio Gregorij, vt talis responsio inducat litis contestationem. Remanet tamen scrupulus, quia non obstante tali responsione simplici non arbitror ego parari præiudicium, saltem circa modum procedendi, nempè vt non possit dissentire quia illà responsio fit ad effectum euitandi contumaciam, & fortè posset opetari quoad declinatoriam fori: si ergo ad hoc modus procedendi est impendenti non videtur cessare difficultas ex hijs, quæ superius diximus Verùm dici potest quòd saltem non facto dissensu operabitur illa responsio vt lis dicatur quasi contestata, & licèt in electione rei possit dici esse, vt modus ille resoluatur, tamen cogitandum est.

Secundus casus quando in responsione est adiecta clausula illa prima die cum protestatione mictendi, & tunc arbitrater quòd non induceretur litis contestatio, saltem vsque ad primam diem iuridicam infrà quam aut dissentiet aut consentiet, & tunc tenendum est quod dicam in sequentibus casibus. Aut verò nec dissentiet nec consentiet, & tunc quia tacitè videtur declarasse se velle contendere sub illo modo procedendi, operabitur etiam illa responsio effectum litis contestationis: & in hoc adhuc remaneat scrupulus à quo die talis effectus resultabit vt possimus nos habere initium instantiæ cogita, & vide quæ inferius diceremus.

Tertius casus est: si expressè consentit pars aduersa, quòd fit mictendo ad contrarium effectum, & quia tùc amplius non potest dissentire, sine dubio talis missio operabitur effectum litis contestationis, immò, & effectum conclusionis in causa, vt aliàs dicemus.

Quartus casus est, quando pars citata expressè dissentit in modo procedendi, & tunc sine dubio arbitror non posse tractari de instantia, quia ille modus procedendi est resolutus; & expectandum est quomodo actor voluerit se dirigere; fortè dando terminum prout in summarijs, vel præfeotando capitula, vel facto actu quòd scripturè stent loco posse, & tunc quid dicendum sit de instantia, iam ex superioribus apparet.

Quintus, & vltimus casus quando citatus nec expræsse dissentit, nec consentit, nec aliquo modo respondet sed tacet; quod non semel vidi ego euenisse: & iste casus quantum attinet ad id de quò modò quærimus apud me est valde dubius: rationes autem dubitandi sunt, quia licèt elapsis octo diebus possit procedi ad decisionem scripturarum, etiam si nihil dixerit, aut præsentauerit citatus, tamen, & eis elapsis, & satis post, quandocunque vsque ad instans decisionis scripturarum potest comparere, & dissentire in modo procedendi, quò dissensu sequuto omnia resoluuntur; Verum est ergò dicere quod interim modus ille stat impendenti, & iudicium non videtur habuisse fundamentum aliquòd, vt possit considerari initium instantiæ Præterea, cum reus nihil fecerit nec respooderit licet vocatus ad iudicium non video quomodo possit dici lis contestari, quia desunt omnes ille conditiones consideratæ à Doctoribus de quibus in præcedenti quæstione: & in isto casu nullatenus videtur posse substineri quod dicit Gregorius; quod citatio, & incusatio contumaciæ operatur effectum litis contestationis.

Cogitabam igitur pro resolutione meliori tam istius vltimi casus quam omnium aliorum; posse dici explosa sententia Gregorij, quòd tunc lis diceretur cootestari, quando actor præsentat scripturas, & effectum coram iudice, nam in practica solet primo loco citari reus, & post citationem incusatur contumacia, à quo die est necesse eidem actori infra octo dies alios præsentare, & apportare scripturas Iudici, ex forma ordinationum Pandectarum, alioquin illa citatio circumduceretur, & interloquutoria, quę daretur esset nulla veluti lata parte incitata: ob id in practica fit quod apportatis scripturis, iudex solet an notare diem apporrationis Ista ergo præsentatio scripturarum dicerem ego esse illum actum qui vim litis contestationis habet, quia fit post citationem partis in iuditio, & sic parte citata. Item coram iudice, & per præsentationem scripturarum, dicitur tractari de meritis causæ. Itè est actus qui in ordinarijs solet fieri post litem contestaram Immò debet fieri vt patet ex hijs, quæ in præcedenti quæstione diximus, & sic concurrunt omnes ille

con

conditiones de quibus per Doctores. Ab iſto ergo die initium ſumet inſtantia, & quia quandoq; vel per in curiam vel quia iudex ſtatim videt, & viſio per mag. notarium notatur vt appareat infra octo dies, tunc ob incertitudinem diei apportationis; dicemus inſtantiam currere á die viſionis factæ per Iudicem quæ viſio alium effectum operatur de quo per Gregorium prælegata quæſt. 20. de quo alibi dicemus. Et ex hac theorica quæ fundata eſt in deciſionibus Doctorum tollunt omnes ſcrupuli, & difficultates in omnibus caſibus ſupraponitis; eſt beneverum quòd ex hijs non tollitur facultas reo diſſentiendi in modo procedendi, & ideò ſequuto diſſenſu omnia reſoluuntur (vtſupra dictum eſt) & licet de iure communi facta litis conteſtatione non liceat reo diſſentire; quia dicitur quaſi contrahi vt tradit Socc. in cap. 1. num. 143. de libel. obla. & Docto. in l. . . . . Tamen in Regno hoc eſt aduertendum poſſe fieri; quia per talem modum non proceditur in inuitum, ſed in volentem quod ſecus eſt inſpecta diſpoſitione iuris communis: & in Regno etiam vbi parte inuita certo modo eſt procedendum; quia tunc, cum non poſſit pars rea diſſentire vna ſemel lite conteſtata vel quaſi; iudicium mittere ſuo decurrit in hoc caſu tamen de quo agitur voluntas rei totum facit: & ideò tollerandum eſt, & expectandum donec vel ipſa diſſentiat, vel cauſa debito tempore terminetur: & interim dicitur facta litis conteſtatio prout fieri pôt, ſecundum ſubiectam materiam: & ità arbitror per hanc theoricam omnia reſoluta eſſe, ad quam nec Gregorius aduertit, nec alius quem ego adhuc viderim, & video eſſe bene fundatam in iure. Cogitandum tamen eſt.

Ex præmiſſis quoq; reſoluitur alia difficultas quę eſt quando in tali modo procedendi pars citata non poteſt diſſentire, prout in caſibus ſupra conſideratis, & nos dicemus latius loco ſuo: nam tanto magis illa præſentatio ſcripturarum operabitur talem effectum; cum iudicium reddatur in inuitum per ea quę ſupra diximus Sed pulchra difficultas eſt, an, illud idem dicendum ſit quando eſſet oandus terminus extraordinarius ſtante diſſenſu partis, ſequutá interloquutoria iudicum; quod in multis caſibus in Regno eſt receptum prout loco ſuo dicemus. Quando ergo in tali themate dicetur inſtantia incipere. Poſſet adhuc dici inſtantiam iam fuiſſe ceptam per præſentationem ſcripturarum prout ſupra diximus nec eſt inconueniens quòd ea cepta daretur terminus parti ad faciendas defenſiones. Sed in contrarium facit, quia ſtante diſſenſu non poteſt negari nó poſſe nec dici amplius procedi illo modo electo ab actore, nempè viſione ſcripturarũ, ſed alio modo ex abrupto, qui vulgariter dicitur per termini ex traordinarij dationem: & ideò in termino ſolét præſentari capitula; recipi teſtes hinc inde, immò ſolent dari plures termini vt receptum eſt etiam in Magna Curia: non obſtante quòd interloquutoria dicat procedatur dato termino extraordinario, vt loco ſuo etiam dicemus & demũ compilatur proceſſus in quo proceditur facta collatione, & deciditur in modum ſententiæ, & in modum interloquutoriæ. Si ergo variatus eſt modus procedendi, prima conteſtatio videtur reſoluta, & inſtantia noua in iſto modo incipiat à die dationis termini, non autem ab ipſa interloquutoria vt quandoq; aliqui voluerunt; quia interloquutoria licèt determinet quomodo debeat procedi; tamen non dicitur eſſe de actis cauſæ, prout verè eſt terminus. Et ità arbitror eſſe concludendum in præmiſſis interim poteris cogitare ſi quid melius inuenire poſſeris.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

TYPOGRAPHVS LECTORI BENEVOLO.

FLORVIT hac noſtra ætate D. Petrus Corſettus Octauij filius, & ita floruit, vt abſit verbo inuidia ſuperiorem habuerit neminem, pares quidem perpaucos, ſi.n. dotes ingenij ac doctrinarum ſupellectilem exquiras, ſane cum primis in quouis genere doctiſſimis viris facile eſt comparandus, ſi maturi iudicij excellentiam cum incredibili celeritate coniunctam vix alium æqualem inuenias, adeo in offenſo pede Principibus æqualibus, ſubiectis gratus ſemper, omnes ferme reipublicæ partes adminiſtrauit. Etenim iuris prudentiæ cui à primis annis veluti hæreditario campo colendo dedit operam, & in qua laude primas partes tulit ſumma ſemper omnium ordinum commendatione ac celebritate, ita cæterarum doctrinarum eximias addidit facultates vt facile dixeris bonarum artium ornamenta ita in homine enituiſſe perinde ac extantia emblemata Prygio contexta opere longe ſuperant pretio ac artificio auream ſubſtratam telam; Reliquit .n. magni Ingenij congeſtas diuitias ingentia volumina ſua manu conſcripta de omnigenarum doctrinarum gaza, Nam Ariſtotelis libros Æthicos, ac Politicos perpetuo illuſtrauit commentario Philoſophos qui de re politica ac moribus ſcripſerunt non modo diligenter euoluit, ſedetiam ex illis quos legit ſumptuoſam ſibi concinnauit bibliothecam addito cuiuſque auctoris iudicio ac cenſura ipſe .n. ictu oculi homo emunctæ naris introſpiciebat quid vitij, quid excellentiæ in vnoquoque eſſet ſcriptore, imitatus Photium Conſtantinopolitanum, & Magnum Hieronymum qui cenſuram exercuerunt de doctorum hominum monumentis. Excreuit in plures ingentes codices, quos Penu Politicum appellauit, id quod excerpſit & in aptum digeſſit ordinem à probatis auctoribus in ſano certe labore ad rem politicam illuſtrandam Hiſtoricos veteres, & recentes, tum eos qui rerum geſtarum memoriam non vnius gentis ſed vniuerſi terrarum orbis poſteris tradiderunt, tum eos qui vnius Nationis facta & fortunas ſtilo conſcripſerunt, ita percurrit, vt eos digeſſerit aptiſſime ſeruata cronotaxi vt vnus auctor alteri ſuccederet, adeo vt præ oculis præmanibus habebat cum poſtularet vſus alternantis cuiuſque imperij progreſſiones, ortum, atque obitum, vnde factum vt ſiue ſententiam diceret Reipublicæ conſulens, ſiue blandiſſimos haberet ſermones cum amicis eruditis qui illius domum frequentabant paſſim proferret exempla, factaue ac dicta aculeata quæ ex aſſidua illa lectione fœcunda ſubmittebat memoria; Quis crederet hominē togatum etiam de re bellica de Machinis, de ludis erudite ſcripſiſſe; quis vnquam ſibi poſſet perſuadere virum grauiſſimum magnis

reipublicæ curis vſque quaque diſtentum, & implicatum ſemper à prima ętate etiam in Muſarum amenos receſſus diuertiſſe? panxit & ipſe carmina, luſit & in Parnaſſi virctis modo latino, modo Hetruſco molliori verſu, volumen integrum reliquit academicis hiſce luſibus proſa & ligata oratione refertum, quod fortaſſe aliquando videbit lucem. Sacram doctrinam iam Epiſcopus factus attigit, & ita in eaſe immerſit vt nihil reliquerit propemodum intactum, etenim in tria magna volumina congeſſit quæ de Sacramentis, de Cenſuris, de Chriſtiani hominis officijs accurate diſputant doctores, etiam ſi diuis placet ſubtiliora penetrauit Gratiæ myſteria, & Prędeſtinationis arcana, & per labyrinteos illos flexus nullo regente filum magiſtro ſecurus ſe dedit, ſolo comite ingenio, & induſtria, in qua re a S. Thoma Suario, & alijs ſubtilioris notæ Theologis in ſuum vſum ac memorię ſubſidiū excerpſit quę deduxit in notas: Certe ſi docti viri huiuſce monumenta in lucem hominum prodirent, non ſine admiratione haberent quæ ſuſpicerent viri eruditi. Ex ingenti igitur manuſcriptorum aceruo quem in pluteis ſeruant nepotes, opellam hanc quam vides, Humaniſſime Lector ſe legimus vt typis euulgaretur, non quia potior, & limatior ingenij illius fœtura ſed quia breuior, & concinnior ad vſum Epiſcoporum facta, quam fortaſſe ad manus habere ſacros Præſules erit operæ pretium, quare ad Octauij Patris viri clariſſimi opera quę iterum ad prælum vocamus additamentum placuit adnectere, vt qua ope poſſemus, tanti Viri non excideret memoria. Multa eaq; præclara poſſent narrari de illius virtutibus, Chriſtiano homine dignis, de muneribus quibus in reipublicæ luce incorrupta ſemper fama promicuit, de honoribus etiam ſupremis quibus à Rege, à Pontifice Maximo fuit cohoneſtatus, ſed inſtitutæ proluſionis fines vereor ne transgrediamur, quis .n. breui compendio valeat includere mentis altitudinem, qua humana quæq; ad quæ anhelant Mortales, dexpexit, ſemel atq; iterū ſe magiſtratu honorifico abdicare tentauit, etiam Epiſcopatum, quo nil ſanctius, & auguſtins in Eccleſiaſtica nitet Hierarchia, deponere cogitauit, cogitauit, inquam? imo ſerio, & reuera perduxit ad exitum, & impetrauit datis ad Regem & Pontificem litteris nulla ſibi reſeruata fructuum penſione, ſatis contentus paucis nummullis in diem, vt dicere ſolebat hilaris, & familiariter ad amicos tot plane quot ſimplici Sacerdoti sūt ſatis ne pereat, adeo illi vſq; quaq; fuit liber animus ab omni auaritię aut cupiditatis inquinamento, tamen liberalis munificentia Regis non eſt deſiderata, iuſſit .n. vt in ſingulos annos vltro illi darentur quattuor millia aureorum, cum ſatis conſtaret domeſticum cenſum nullum ſibi ſupereſſe cum quod à parentibus ex hæreditate habuerat, viuens adhuc in filios diſtribuerit, vt nullum relinqueret locum teſtamento condendo: Profecto non modo ex aere publico

fu-

funus illi foret procurandum, vt Romano illi contigit, probitatis antiquę monumento ſed etiam vt vitam toleraret tantus vir ei ſubueniendū ex ærario fuit. Pietatem ſi narrauero vix calamum cohibere poſſum quin excurrat in immenſum, exercitamenta virtutis adeo firma et conſtanti voluntate retinuit, vt plane dubitauerit nemo nihil eum habuiſſe antiquius quam Deum colere, & Chriſtianam innocentiam etiam in primis reipublicę ſubſellijs inuiolatam ſeruare. Ante lucem vidiſſes integras horas orationi ac ſacræ meditationi deſtinare, vt die illuceſcente ſe totum traderet publicis curis, & aures faciles, & vacuas daret cuicumq; ex infima plebe nullo adhibito per amicos aut cognatos vt fit plerumq; interuentore, ſtatis diebus nunqnam inter turbato ordine ſacram frequentabar ſinaxim, apertis conſcientiæ arcanis confeſſario viro prudenti, & graui cui nihil de ſuis rebus volebat occultum, vt nihil propemodum tentare auderet ſine illius nutu ac conſenſu. Modeſtia fuit in illo adeo propria vt dictum illud poetæ in eo vno mire quadraret:

Intra fortunam qui cupit eſſe ſuam

Pretioſa non fuit vnquam illi ſupellex, non ingens famulorum ad pompam & luxum officioſus comitatus, nunquam de appellatioue honorifica, vel de digniori loco certatum ab illo eſt, irridebat excelſo illo animo minuta hæc ambitionis lenocinia; idq; non modo cum ſtaret priuatus, verum etiam cum ſupremas occuparet ſedes, vel Siciliæ vniuerſæ Gubernator ſupremus, vel iam factus Epiſcopus; Illud etiam moderati animi non leue indicium, quod cum ex honeſtiſſimis procreatus eſſet familijs, nunquam neq; ſerio, neque periocum vel iactauit nobilitatem, vel auos proauoſq; ſollicitauit, vt fit ab ijs qui è puluere ac blattis excuſſis peruetuſtis tabularijs eunt indagatum generis claritudinem ad equleum non raro vocatis membranis vt è ſententia reſponderent acerrimæ quæſtioni; Poterat, n. pulcherrime commendare paternum genus Corſettiorum a peruetuſta Neti Vrbe Panormum aduectum, vbi ſtatim refloruit in eam indolem quam hauſerat è natiuo ſolo, vbi cum primoribus familijs ad prima Ciuitatis munera, vel etiam ad ſupremas inſulas fuerat per antę acta tempora cohoneſtatum, vt Incorruptæ publicæ fidei tabulæ, & antiqua quæ adhuc extant monumenta cum eorum gentilitio ſtemmate palam teſtantur: poterat Maternum Auguſtinorum ſanguinem de prædicare, qui ex Aragonia Hiſpaniarum tempore Caroli V. Maximi Imperatoris in Siciliam per Petrum de Auguſtino ſeniorem transfuſus, & honeſtiſſimis connubijs propagatus, cum Nobiliſſimis familijs Migliazzis, Filingerijs Bellaceris, & alijs eiusdem claritudinis inſertus, primis proinde floruit in ſubſellijs, cum iam inde veluti iure hæreditario (quod per vnum, & eo amplius ſeculum continenter in poſteris ſeruatum eſt) & Regijs

gijs rationibus magiſter & Vrbis Mazzariæ cum ampliſſimis prærogatiuis ſit cõſtitutus Prçfectus,& inde Petrus alter iunior ſenioris filius Prętor extiterit Panormi Vrbe Regia Magna vbiq; prudentiæ laude & apud regem inclytum gratioſus ſemper,ſed generoſus animus maiora ſpectat quã ea quæ in pretio habent mortales,hinc de ſe ac ſuis rebus altum ſilentiũ, de virtutibus,de rebus geſtis eorum qui per eximias animi dotes floruerunt, frequens ſermo.His pleriſq; alijs bonis artibus à prima pueritia imbutus ſtatim vt ad rempublicã acceſſit,protinus ad ſe omnium oculos attraxit,vix eſt aliquod præclarum munus aut magiſtratus qui illi vltra nõ fuerit oblatus, omnes illico percurrit honorum gradus,tanta celeritate vt vnus alium inſequeretur,perinde ac vnus alterum trudens, & poſterior prioris premens veſtigia ad altiorem proueheret aſcenſum.Illud vero recordatione dignum quod in ea curia vbi ipſe ſemel vel iudex,vel aequo cum ſocijs ordine conſedit,ibi & Preſes,& caput fuit, Denique ad ſupremum apud Regem in Hiſpanijs Italiæ Concilium aduocatus ibi ad grauiſſima tractanda negotia cum primoribus viris adſcitus, quæ turbolentiſſima illa tempora tulerũt ſub mortem Philippi III.& initium Philippi IV. nunc fœliciter regnantis,magnum vbiq; dedit ſpecimen & integritatis & prudentiæ,Nec finis factus honoribus, cum .n.mortua vxore lectiſſima fœmina honeſtum ſpectaret otium, vacationem petijt à publicis curis & vt liberius Deo vacaret ſacris ſe initiare ordinibus conſtituit facta eſt illico poteſtas à Rege,ſed vt ſimul Epiſcopatum Cephaludenſem ſuſciperet qui eo temporis vacabat, nec tamen ſolum id muneris quantum eſt,ſed vt etiam remaneret ſupremus Præſes in Magna Regis Curia, idq; vt per Pontificem liceret enixe Rex ipie ad ſuum legatum Romam ſcripſit,vt omni ope adniteretur, tanti hominem faciebat,vt eo viuo noluerit eo rem publicam orbari, demum cum vix vno aut altero elapſo anno totum ſe traderet paſtoralibus curis ad vniuerſi Regni tractandas habenas abſente per ea tempora Prorege iterum aduocatur vbi Gubernator ſupremus ita Dei ac Regis tractauit rationes vt vtrique raro exemplo probaret ſuam operam bonorum plauſu,ac vitam lõgæuam de ſuis annis deprecante populo, quod non raro vſu venit frequenti plebe.Magiſtratu depoſito dum pene ſolus circumiret vrbem nullo faſtu,nulla pompa,ferme detrita penula. Ita breui magnum de ſe poſteris reliquit deſiderium. hæc habui quæ te monitum volui humane lector.

SY-

SYNOPSIS
ERRORVM PRAECAVENDORVM
AB EPISCOPO IN FVNCTIONIBVS
tum Ordinis, tum Iurisdictionis.

ILLVSTRISS. D.

D. PETRI CORSECTI
EPISCOPI CEPHALEDITANI.

ERROR, ne scientia, & ignorantia differunt sic, quod ne scientia simplicem negationem scientiæ importat: Ignorantia verò quandoque scientiæ priuationem significat tunc enim ignorantia est carentia scientiæ, quam quis natus est habere quod est de ratione cuiuslibet priuationis. Quandoque cum ignorantia est aliquid scientiæ contrarium, quæ ignorantia peruersæ dispositionis dicitur puta cum quis habitum falsorum principiorum, & falsarum opinionum habet ex quibus à scientia veritatis impeditur; Error autem est approbatio falsorum pro veris, addit tamen actum quendam super ignorantiam. potest enim esse ignorantia absque eo, quod aliquis de ignotis sententiam ferat tunc sanè ignorans est, & errans. at quando iam falsam sententiam de his quæ nescit enuntiat tunc propriè errare, dicitur ex D. Thoma in quæst. de malo, quæst. 3. art. 3.

At quod pertinet ad præsentis instituti explicationem: Error dictum, vel factum vel omissum præter, vel contra id, quod debet fieri forte dixerimus vel dici, vel non omitti quod recta ratio præscribit.

1 IN functione Sacramenti ordinis solet errare Episcopus, in materiæ contactu nam de præcepto ita est necessarius contactus, vt si ordinandus vel Episcopus omittat scienter, lethaliter vterque peccet, cap. Præsbyter de Sacr. non iterand. vbi Greg. VIIII Apostolica traditione in ordinationibus necessariam esse astruit, tum quia hæc esset transgressio in materia graui ideoque omnes Episcopi omnesq; cæremoniarum præfecti valde soliciti cautiq; de huiusmodi contactu esse debent, sed an talis contactus Physicus sit necessarius, necessitate Sacramenti bipartita est opinio: aliqui censent ita esse necessarium, vt sine eo nullum fiat Sacramentum, plures adducit *Marchin. de Sacra ordinis fol.* 27. quod Caeran. quadruplici ratione confirmat. S. Thom. in 4 dist. 24. quæst. 2. art. 1. & in add. ad 3. part. q. 44. art. 1. sor. ibidem q. 1. art.

1. ar.2.§. vnum tamen. Henriq. lib.10.de ord cap.10. Val. disput 9. quæst. 1. punt.5. §. quarta quæstio. Victor. in summ. quæst. 230. Aegid coninch.de Sacr.disp.20. dub. 7. Secunda opinio negat talis contactus necessitatem,docetque sufficere, si ordinandus extensione manuum, vel alio signo sensibili æquipollente significet talem materiam illi ab Episcopo allatam acceptare; hæc opinio à multis probatur & præcipue à S.Thoma licet probabilis sit prima opinio ideoq; secundum eam non errabit Episcopus vna, vel altera posita opinione hanc sententiam refert D. Tho. loco præcitato Sot. & Victor. vbi supra sequitur Albert. in 4.dist.24.art.38.Armilla.v. ordo nu.4. Henriquez lib.10. lit. B. Vasq. to.3. in 3.part.disp.246.Ant.Diana mor. resolut. 183. & in miscel. tract. 3, resol.3.

2 Iuxta mentem Caetani, errabit Episcopus, si eodem tempore contactus formam non proferat verborum, contactus significantium; nulla inquit oratio verificatur,& impletur, nisi significatum ponatur, in tempore consignificato; sed tempus consignificatum per orationem quæ est forma ordinis non se extendit extra totum tempus prolationis verborum;ergo nisi contactus importatus per illa verba fit in eodem tempore cum verbotum prolatione, talis oratio deficeret à veritate,& sic nullum esset Sacramentum.Marchin arbitratur; neque ad substantiam Sacramenti, imo neque ad præceptum ad implendum requiri, vt talis contactus simul sit in eodem instanti Mathematico cum prolatione verborum;sed sufficere vt sit in eodem tempore morali quadam ratione; & consequenter prolatio verborum,ante,vel paulò post contactum facta nihil referri; quemadmodum Situs, Victoria, Valent,& Henriquez optimè observarunt.ideoq;depositaEpiscopus opinione Caetani, non errabit, si simul in instanti Mathematico non proferat verborum formam,cum contactu.

Hinc sequitur non esse omnino improbandam illorum Episcoporum consuetudinem quidquid Caetanus acriter eos reprehendat, qui multos eodem ordine initia tuiros, ne nimium ordinatio differatur, verba formæ in numero plurali: Accipit e potestatem &c.simul proferunt, aliqui bus solis materiam contingentibus deinde cæteris succeſſiue, licet notabile temporis spatium, puta etiam quarte horæ dimidium, inter ipsum contactum, et verborum prolationem elabatur: mora liter tamen censetur esse simul,dummodo continuatione quadam talis contactus peragatur, et ita hanc ordinationem esse validam Romæ inquadam congregatione fuit declaratum teste, Mario Ferrario, in add. ad Toletum de sacr. ordin. cap. 1 num.5.

3 Sacerdotalem ordinem sumpturus,debet de Sacramenti necessitate simul cum Calice, et Patena hostiam illi super imposita contingere,tutior est hæc opinio et errabit Episcopus si hostiam ordinandus non contingeret iuxta hanc opinionem.at hic. contactus debet moraliter obseruari,& qui tangit calicem & patenam, hostiam, & vinum etiam tangere vt detur quia vas tangens etiam tangit materiam in eo cõtentam tenent Theologi omnes. Pet. de ledes: in sum. tom. 1. tit. de sacram.Valet tom. 4. dis. 9. quæst. prima Vasq. in sum. tom. 2.cap. 57.ecc.disp. 246. cap.2.nu.19. 20.Bonac:de Sacram.disp. 8. quæst.1.punt. 3. Henriq.& alij supra allegati.

4 Errabit Episcopus si instrumenta,quæ ordinandis traduntur tangenda ab eo immediatè non tradantur; sed per alium ministrum; vt si per alium tradantur; & Episcopus proferat formam si hoc fiat,in ordinibus minoribus.valida erit ordinatio,si vero in maioribus nulla dicitur cap. subdiaconus distin. 23. de minoribus est text.cap. Acolytus dist. 24.San. Thom. in 4.dist.25.quæst.1. art.1.ad secund. & inadd. ad 3. partem quæst. 38. ar. 1.Suar: de censur. disp.42.test.3.num. 13.

5 Errabit Episcopus ordinans puerum non habentem vsum rationis, vel amentem secundum Durand. qui docet vsum rationis non solum requiri necessitate præcepti sed etiam necessitate Sacramenti attenta tamen D. Thomæ in 4. distinc. 25. quæst. 2. & aliorum sententia puerum, & amentem, verum Characterem recipere,& adueniente vsu rationis, & cessante amentia non esse reiterandum ordinem,& tum quæritur valent tom.4 disp.9.quæst.4.Vasq. tom.3. in tertia par. disp.246.an Episcopus peccet secundum aliquos distinguendum esset,vt si ordinatur puer ad minores si in eo eluceat spes ad maiores Episcopus non peccati si vero ad maiores peccet. refert distinctionem diui Thom. Marchisi de Sacram.

cram.ordin. par. 4. cap.4. nu 6.

6 Errat Episcopus ordinans in presbiteratum, vel ad alios ordines prorsus illiteratum. Gelas. Papa. in cap. 1. dist. 6. illiteratos non secus ac corpore vitiatos ab ordinibus repellit. concil. Tolet. habetur in cap. 1. ignorantia mater cunctorum errorum maxime in Sacerdotibus, & mater est omniu vitiorū;ca.ignorantiadist.38.

7 Errat Episcopus ordinans habentem defectum ętatis,à Sacro Cōcil.Decretæ in singulis ordinibus punitur Episcopus pœna suspensionis. cap. vel non est compos detemp. ord. & nunc certum est ex bull. Pij. ac Alex. 6. & Innoc. 8. in hanc suspensionem in currere ipso iure.

8 Errat Episcopus ordinans non suum subditum sine mandato, &literis dimissorijs Episcopi, ordinato imprimitur character nec reiterandus est ordo sed tantum suspenditur vsus, & restituitur approbante proprio Episcopo comprehenduntur etiam regulares, qui non possunt à quocunque Episcopo ordinari sed solum ab eo in cuius Diœcesi positū est monasteriū pœna suspensionis est ad beneplacitum Prælati proprij vel Sum. Pont. cap. lugdunentes 9. quest. 2. & cap. eas qui detemp. ord. in 6. conc. Triden. sess. 6. cap. 5. sess. 14. cap. 2. sess. 23. cap. 8. de reform.

9 Errat Episcopus confirmando nō suos subditos etiam in sua diœcesi, licet sint qui dicant id licere, sed sunt non nulli existimantes Episcopum esse puniendum pœna arbitraria nec excusari ex præsumpta ratihabitione proprij Episcopi, quia mittunt falcem in messem alienam Ant. Dian. moral. resolut. par. 4. tratt. 4. resol. 30. contra Bonac. de sacram. disp. 3. punct. 2. nu. 10. Mazoli de sact. ordin. part. 5. tratt. 1. cap. 5. nu. 7.

10 Errat Episcopus ordinans filium alibi natū, ratione originis, habentem originariū loci Diœcesis ordinātis vt si patrē habeat originariū loci diœcesis ordinationis sed multiplex est sententia; vna absolute negat id licere Iacob de Grassis decis. par. 2. lib. 3. tit. de cleric. circa ordines. cap. 23. n. 4. & lib. 1. cons. 2. de temp. ord. num. 15. Henriq. lib. 10. ca. 22. Quaranta verbo ordo Cæsar Graff. decis. 15 Dicit Romæ ita esse resolutum. Secunda sententia docet ante factum non licere sed post factum tenere. Tertiam sententiam tenet Marchi. p. 5. cap. 6. n. 6. sufficere inquit originem patris. allegat Nauarr. de temp. ordin. cons. 11. & in noua edit. 14. Azor. Tertia par. lib. 13. cap. 15. Barbos de pre Epist. p. 1. alleg. 4. n. 7. Bonac. de Sacr. disp. 8. quæst. un. Vasq; to. 3. in tertiam part. disp. 243.

11 Error Episcopi est, nam ratione domicilij tantummodo potest aliquem prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiare, non verò alijs ordinibus vbi Episcopus originis eundem ordinasset ad titulum beneficij requirentis residentiam, vel ad titulum patrimonij necessitate & vtilitate Ecclesiæ tunc enim, & si dictus clericus domicilium ad alium Episcopatum transferret non posset ab Episcopo ratione domicilij contracti promoueri ad diaconatum & presbiteratum, quia tunc remitti. debet ad priorem Episcopum vt in seruiat Ecclesię cui fuit prius ascriptus ex Triden. sess. 23. cap. 16.

12 Erraret Episcopus secundum vnam opinionem ordinans ad titulum beneficij simplicis si posset tamen ad titulum beneficij requirentis residentiam; sic Abbas in cap. 1. defor. compet: Felin. ibidem Mar. Ant. Gen: in sua praxi cap. 48. nu. 3. nam contrariam tenet Henriq; in summa lib. 10. c. 21. §. 1. in glos. Quaranta in. v. ordo. Hicgolin de off. Epis. cap. 26. §. 3. Garcias de benef. par. 2. cap. 4. de benef. Barbos. de pot. Episc. alleg. 4. num. 46. March. de sacr. ord. par. 5. cap. 8. ti. 4. vbi de ampliationibus huius sententiæ.

13 Errat Episcopus ordinans non subditum prætextu quod habeat pensionem in sua Diœcesi Garcias vbi supra num. 7. qui etiam subdit non posse eum ordinari ratione capellaniæ etiam perpetuæ.

14 Errat Episcopus ordinans habentem patrimonium in sua Diœcesi. sub titulo patrimonij si alias non sit subditus suus. Marchin. de sacr. ordin. par. 5. cap. 8. num. 11.

15 Errat Episcopus dispensans circa interstitia, aliquem qui alibi domicilium haberet, ratione beneficij, nam ad domicilium ordinarium pertinet hæc dispensatio. Nauarr. lib. 1. consil. de temp. ordin. cons. 26. Mar. Ant. vbi supra at oppositum tenet Garc. p. 2. de benef. cap. 4. n. 14. Barbos de off. Epis. alleg. 4. n. 54. Marchi. de sacr. ord. p. 5. cap. 8. n. 13.

16 Errat Episcopus conferens ordinem ratione beneficij tenuissimi secundum vnam opinionem. Sotus de Iust. & Iur. lib. 11. quæst. 5. art. 4. Vgulinum vbi supra §. 3.

in fine. quaranta in .v. ordo. Molſet. in ſum. tract. 2. cap. 2. n. 7. contrarium tenet Garſias de bene. p. tit. 2. cap. 4. n. 8. Barboſ. de off. Epiſ. alleg. 4. n. 44. March. vbi ſupra num. 14.

37 Errat Epiſcopus ordinans ſuum triennalem familiarem ſi ei ſtatim non det ſuum beneficium, vel ſi tertius annus tantum ſit cœptus, vel ſi non fuerit continuatum triennium, & ſi iſte familiaris ſit abſens in regione remota. hæc facultas fuit conceſſa à Concil. Trid. ſeſſ. 23, cap. 9. de reformat ſed quomodo debeat intelligi concilium vide Marchin. de ſacr. ord. par. 5. cap. 9. n. 2. & ſeq.

38 Errat Epiſcopus ordinans quempiam qui ab alio Epiſcopo ſuſceperit ordines ratione originis domicilij, vel quauis ratione; non poterit enim in præiudicium alterius Epiſcopi, quod ordines dediſſet transferre ſe ordinandus ad alium Epiſcopum, quod aliqua ratione poſſet conferre ordines, niſi Epiſcopus qui illi priorem ordinem dediſſet conſentiret. Sic Archidiaconus, in cap. nec caprandæ de conceſſ. præb. Achilles de Graſſis. deciſ. 33. in tit. de penſ. Quaranta in .v. ordo Riccius in praxi tit. de ſacr. ord. deciſ. 306. Molſet. in ſum. tract. 2. cap. 2. nn. 10.

39 Errat Epiſcopus ſi primam tonſuram dederit, non ſubdito, & ſecundum vnam opinionem incurreret pœnam ſuſpenſionis, ſed negat Zecol. p. 1. ſuæ praxis. v. dimiſſoriæ. Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 49. nu. 4. Azor. inſtit. moral. par. 2 lib. 3. ca. 48. quæſt. 5. Machin. tamen, veriorem ſententiam exiſtimat contrariam quia prima tonſura ordo eſt par. 5. cap. 10. n. 8.

40 Errat Epiſcopus ſi conferet primam tonſuram in cubiculo priuato ſuis ſubditis in aliena Diœceſi ſecundum vnam opinionem Barboſ. de off. Epiſ. allegat 6. nu. 15. Sanches in opuſ. tom. 2. lib. 7. cap. 1. Diana par. 2. tract. 4. de Sacr. ordin. reſol 194. contrarium quod poſſit tuetur Henriq. lib. 3. cap 6. n. 6. Mar. Ant. Cucchus de temp. ordinat. lib. 4. tit. 13. n. 13. Bonac. de ſacr. diſput 8. quæſt. vnica pun. 4. n 28. Azor. mor. inſtit. p 2. lib. 3. cap. 48. quæſt. 5. Diana moral. reſol. par. 4. tract. 4 reſol. 143.

41 Errat Epiſcopus ſi quempiam ordinauerit ſub ſpe futuræ rati habitionis proprij ordinarij. Salzed. in praxi cap. 26. Rebuff. tit. de lit. dimiſſ. n. 11. Quaranta in .v. ordo; at poſt factum ratione bonæ fidei & in foro conſcientiæ excuſarentur tam ordinans quam ordinatus March. de ſacr. ord. par. 5. cap. 31. n. 12.

42 Errat Epiſcopus ſi ordinauerit clericum vltra montanum, etiam cum literis dimiſſorialibus à ſuo prælato, niſi etiam ille à nuntijs Apoſtolicis, vel a collectore in illis partibus commorante, deinde a Vicario Papæ in alma Vrbe in ſpiritualibus, & temporalibus generali examinatæ & probatæ fuerint, aliter ordinantibus per annum ab exercitio Pontificali ordinaris verò ſuſpenſionis pœnam indiſpenſabilem imponit Vrban. 8. vbi habetur, contra talem Clericum ordinatum cum dimiſſorijs falſis priuatio fori, & poteſtati ſeculari ſecuta iudicis declaratione, traditione, quæ bulla non comprehendit regulares vltra montanos ſecundum Marchin conſtitutionem Vrban. 8. tranſcribit de fact. ord. par. 5. cap vltimo fol 98.

43 Errat Epiſcopus ordinans Clericum non ſuæ Diœceſis, ſine dimiſſorijs ſui ordinarij proprij tunc incurrit ſuſpenſionē latæ ſententiæ; proinde quandohæc ſuſpenſio fuerit manifeſta ſubditos eximit ab obligatione petendi ab eo dimiſſorias; ſed pro libito poteſt ad propinquos Epiſcopos accedere abſque alijs dimiſſorijs ad quoſcunque ordines cap. eos de temp. ordin.

44 Errat Epiſcopus conferendo ordines minores eadem die ex trid. ſeſſ 23. cap. 11. nulla cauſa exiſtente rationabili qualis eſſet ſolitaria vita ætas nimium prouecta, vel cauſa ſtudij, vel arctatio beneficij recepti vel recipiendi niſi conſuetudo introduxerit; nec laudabiliter ſe gerunt qui in eadem hebdomada omnibus miniſtrare ſolent multominus licebit omnes ordines vna cum prima tonſura conferre.

45 Errat Epiſcopus ſi eadem die ab acolytatu ad Subdiaconatum quempiam ordinauerit cum debeat intercedere annus ex concil. Trid. ſeſſ 23. cap. 11.

46 Errat Epiſcopus diſpenſans in interſtitijs, cum hoc ſpectet ad proprium ordinarium, non ad ordinantem vigore dimiſſorialium ita ſorbus in comp. priuil mendic. titulo ordines ſacri Marchin. de ſacr. ord. par. 7. cap. 2. n. 5.

47 Errat Epiſcopus diſpenſans in interſtitijs ſine rationabili cauſa, nempe vtilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ, & ætatis prouectæ ſtudij ſanoris, & arctatio ad recipiendum Diaconatum, vel præsbyteratum

tatione

tatione beneficij recepti, vel recipiendi duæ reſeruntur cauſæ à Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 11. & 13. nempe neceſſitatis, & vtilitatis particularium eccleſiarum. vtilitatis iste intellige quando pauci ſunt miniſtri & debent ordinari ad eccleſiæ ornatum. neceſſitatis intellige quando deficerent miniſtri nec poſſet ſuppleri per ordinarios ſorbus in compen. priu. mendl. verbo ordines ſacri q relinquitur arbitrio Epiſcopi. Rodrig. de regul. tom. 3. q. 24. art. 6. Carol. de Graſs. de effect. clericat in prælud. nu. 334. March. de ſac. ord. pa. 7. cap. 3.

28 Errat Epiſcopus diſpenſans cum ſuo familiari in iorerſtijs alias non ſibi ſubdito; qula talis facultas noo competit cũ non ſuo, etiam quod ab eo poſſit ordinari vt ſubditus competit iſta facultas Epiſcopo proptio ordinario Nauarr. lib. 1. de temp. ordin. conſ. 26. à ſum. 27. & conſ. 28. Iannenſ in ptaxi Neap. cap. 33. num. 7. Ledeſma in ſum. rom. 1. de ſacr. ordin. cap. 8.

29 Errat Epiſcopus ordines minores extra tempora conferena io diebus dominicis ſi ordinatio appareat geoeralis, qualis erit ſi vltra nomerum duorum ordinandorum ſit, remittitur arbitrio prudentia cap. de eo. detemp. ordin. Silueſt. v. in ordo 2. qneſt. 6. Angal. in vero ordo 4. March. de ſac. ord. part. 7. cap. 5.

30 Errat Epiſcopus ordinans extra tempora vigore reſcripti Apoſtolici ſi ab examinatoribus noo reperiatur idoneus, quia gratia expirat, & euaneſcit & opua erit noua gratia, nec poteſt, ſubijci nouo examini & erraret Epiſcopus. vt ordinans extra tempora ar ſi examinatores non dederint vora poteſt dari tempus vt diſcat que neſcit im, erans reſcriptum qui ſoler con cedi cum hac clauſula, ſi per diligenrem examinatoiem, illum idoneum eſſe comperias, vel niſi aliquod canonicum impedimentum obſtiterit ſuper que poſtnlantis & Antiſtitis tui conſcientiam oneramus. Nicol. Garſia de benef part. 6. cap. 2. nn. 254. vidit obſeruari in Epiſcopatu Abulenſi, ſed dubitat idem Garſia nu. 255. Marchin. de fact. ord. part. 8. cap. 6. num 2.

31 Errat Epiſcopus ſi extra tempora ordinauerit, vigore priuilegij conceſſi ſocietati Ieſu à Gregorio 13. in communicabilis alijs regularibus ſuar de legib. lib 8. cap. 17. nu 8 Vaſq. tom. 3. in 3. partem diſput. 246. cap. 5. nn. 50. incommunicabile cenſet hoc priuilegium his etiam ſi in priuilegijs eiuſdem parricipent. Marchin. refert etiam his non obſtantibus, multos alios ordines, vt Theatinos, & Bernabitas hoc priuilegio frui tationem eſſe inquit, quia alij Pontifices poſt Greg. 13. priuilegia ſocietatis Ieſu multis ordinibus, abſq; illa limitatione conceſſerunt ita Marchin. de ſacr. ordin. par. 8. cap. 7. num. 4. fol. 121. Diana allegat, & Peregrin. in compendio priuilegiorum Theatinorum. at ſecundum ſuar. & Vaſq. errabit Epiſcopus iſtud priuilegium alijs communicandõ. cum rationes oppoſitæ non conuincant, generalis. n comunicatio noo alterat naturam priuilegij, vnde ſi à ſuo principio fuit à Pontifice aonceſſum ſub incommuni cabilitate non poterit ab alijs participari niſi fiat mentio & derogatio iſtius in communicabilitatis ſpecialis.

32 Errat Epiſcopus ordinans prima tonſura eos qui intentionem non habent ſeruire Deo, & aſcendere ad maiora ſi ſcienter hoc faciat, ar peccaret mortaliter. Marchi. de ſac. ord. par. 8. cap. 1 verius dicit ordinatum cum intentlone euadendi iudicium ſeculare, & licentioſam ducere peccare mortaliter, contra alij quos recenſet ipſemet, & ſuffragari dicit Concil. Triden. ſeſſ 23. cap. 4. de reform. infert Marchin. Clericum in tonſura vel minoribus conſtitutum beneficio carentem ſæpe monitum, vt ad ſacros ordines aſcendat, nec vlli ſeruientem Eccleſiæ poſſe ab Epiſcopo habiru clericali priuari, & vt laicum declarari: ratio eſt quia iſte cum t celeſiæ inutilis à Cleticorum cætu poteſt expelli eo maximè quod Trident. ſeſſ 23. cap. 11. de reform. moner eos ſolos ordinati de quibus ſit ſpes ad maiores ordines aſcenſuros. ſecundum opinionem Sanches lib. 2. de matr. diſp 31. n. 17. Coninch de Sacram. diſp. 20. dub. 10. n. 105. Bonac. de matr. quæſt. 3. par. 9. n. 5. Diana par. 1. tract. 29 reſol. 10. quæ opinio dicit Match. fauere, humanæ conditioni, & tẽporum corruptelæ tamen veriorem dicit contrariam.

33 Etrat Epiſcopus diſpenſans cum hæretico etiam occulto circa irregularitatem vt promoueatur ad ordinem ſecundum opinionem Maiol. cap. 46. n. 6. lib 5. de irregular. Bonac. diſp. 7. de cenſur. pun. 6. n. 11. Suarez de cenſur. diſput 43. ſec. 1. nu. 2. Penna quæſt. 113. & 126. tertia par. direct. Inquis. Nauarr. in man. ca p. 27. n. 107 To-

let

jet in sum. lib. 1. cap. 28. n. 1. qui denegant hanc potestatem Episcopo Marchin. de sacr. ord. par. 8. cap. 2. arbitratur non esse denegandam Episcopo hanc facultatem in hæresi occulta exteriori.

34 Errat Episcopus qui licet possit dispensare in quacunque irregularitate dependēte ex delicto occulto, si vtatur hac facultate in apostatis á fide vel ob timorem idolis immolantibus, etiam quo ad vsum ordinum, præsertim, si sint Sacerdotes cap. Presbiteros dist. 50. ratio est quia apostasia non potest esse occulta, & promotio hæc magnum scandalum toti ecclesiæ præberet. Marchin. de sacr. ord. par. 8. cap. 2. n. 14.

35 Errat Episcopus si alium Episcopum ab apostasia reuersum admitteret ad vsum Pontificalium, maxim ē cum causæ Episcoporum in materia hæresis summo Pontifici sint reseruatæ cap. inquisitores de hæretis bono.

36 Errat Episcopus dispensans ad ordines recipiendos filios, & nepotes hæreticorum ratio est quia huiusmodi irregularitas qua afficiuntur filij vel nepotes hæreticorum, non est ex delicto sed indecētia, at ex Episcopi virtute Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. solum habent facultatem dispensandi ab irregularitatibus ex delicto proprio. sed si. filij, & nepotes hæreticorum fuerint promoti ad ordines ante parentum delictum in iudicio probatum, vel notorium, non priuantur vsu ordinum iam susceptorum, sed solum ne possint ad superiores ascendere sic docet Sanchez lib. 2. oper. moral. cap. 28. quæst. 2. nu. 8. & 9.

37 Errat Episcopus absoluens à pœna suspensionis clericos concubinarios notorios qui si ante absolutionem exercerent actū ordinis incurrere in irregularitatē á solo Papa dispensabilē cēset March. vbi supra sciēdū est, omnes clericos in sacris cōstitutos notoriè concubinatos, vel fornicarios iure antiquo fuisse suspensos, ante vllam Episcopi monitionem expresse dēciditur in cap. vestra & in cap. fin. de cohabitatione clericorum & ex alijs probatur hæc sententia autoritate omnium canonistarum in d. cap. vestra Berman. de concubinarijs. Innoc. Host, Archidiac. Butr. quos refert & sequitur Azor. mor. inst. 6. par. 3. lib. 3. cap 6. Rebuff. in concordatis sub tit. de pub. concub. pœna. 9. & 13. Bernard. diaz. in practica crim. cap. 73. & ibidem sal sed. Guid. Papa decis. 558. silues. verbo concubinarius §. Gutter. can. lib. 1. num. 44. Nauarin manual. cap. 25. nu. 97. cap. 27. nu. 154. Couar. in clem. si furiosus part. 1. §. 1. March de sac. ord. par 8. cap. 3. num. 14. idem habetur. in concil. Trid. sess. 25. cap. 14. de reform. quod innouasse videtur canones antiquos his verbis alioquin pœnis á sacris canonibus vel statutis Ecclesiasticis in positis puniantur: & in hoc sensu hunc textū intellexit sacra congregatio, clericī etiam notoriè ipso iure sunt suspensi. Marchin. refert alias opiniones, & antiquos canones fuisse abrogatos contraria consuetudine & requiri præmonitiones Episcopi, nec suspensionem istam esse in vsu, quāsententiam tuetur procede re in clericis in minoribus constitutis hac sententia pro vera suppositā etrabit Episcopus vt supra.

38 Errat Episcopus si ad ordines altiores promoueat publicum & notorium clericum sodomitam licet non sit suspensus ab ordinis executione hanc esse communem sententiam pōst alios plures tradit Azor mor. inst. par. 3. lib. 3. cap. 19. quæst. 6. Marchi. de sacr. ord. par. 8. cap. 4. nu. 41.

39 Errat Episcopus dispensando in casibus exceptis à Concilio Trident. sed. 24. cap. 6. de reformat. quod concessit facultatem amplissimam dispensandi ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea, quæ prouenit exhomicidio voluntario

40 Errat Episcopus dispensando in homicidio voluntario quo ad vsum saltem minorum, vel ad simplex beneficium secundum vnam opinionem, licet Henriq. lib. 14. cap. 14. & lib. 13. cap. 1. censeat id licere Marchin. tamen par. 9. cap. 1. nu. 3. fol. 140. ad mittit quo ad beneficium simplex retinendum vel curatum. censet enim opinionē Henriques pugnare cum decretis Concil. Trid. Ant. diana par. 4. tract. 1. resol. 100. Barbos. alleg. 39. num. 61.

41 Errat Episcopus dispensans in irregularitate orta ex occulta mutilatione membri secundum opinionem Sanches lib. 1. operis moralis capit. 10. numero 49. sed Marchin. part. 9. cap. 1. numero 8. oppositum tenet, quod licet, quia Concil. Triden. solum prohibuit facultatem dispensandi in irregularitate orta ex homicidio quod non est mutilatio.

42 Errat Episcopus dispensando in homicidio

dio caſuali,quãdo non intendens occidere fecit aliquid ex quo caſu aliquo alterius mors ſequuta eſt ſi attendatur opinio Garſię de benef. cap. 11. num. 27. Barbos alleg. 39. num. 48. & Marchin. vbi ſupra nu. 3. licere *Epiſcopo* arbitratur.

43 Errat *Epiſcopus* diſpenſans cum accuſato de crimine cum non fuerit per ſententiam definitiuam abſolutus ſedtantum de repræſentando toties quoties iuxta declarationem congregationis relatam per Garſiam cap. 11. n. 47. patte ſeptima de beneficijs.

44 Errat *Epiſcopus* diſpenſando in homicidiovoluntario etiam etiam finita lite; & vt conuictus quis fuerit condemnatus, & punitus ſecundum opinionem Suar. de cenſur. diſput. 41. ſect. 2. n. primo. Sair. de cenſur. l. 6. 4. cap. 17. nu. 23. Barboſ. de pot. *Epiſcopi* alleg. 39. nu. 35. Marchin. ver ius eſſe dicit licere, niſi quis ſit infamis, & poſt ſententiam elapſo ſtrepitu iudiciali ab *Epiſcopo* poſſe diſpenſare, & ad ordines promoueri part 9. fol. 143. nu. 10. quod multorum doctorum auctoritate probat p. 10. cap. 4. n. 10. ſequitur Henriq. lib. 14. de irregul. cap 7. n. 5. Sanchez oper. moral. lib. 2. cap. 11. n. 25.

45 Errat *Epiſcopus* diſpenſans non cum propriis ſubditis vt loquitur conciliũm, ſed cum medicis mercatoribus, & ſecularibus domicilium habentibus in loco *Epiſcopi*. Sunt qui negant March. vide infra par. 9. fol. 144. n. 1. & ſeq.

46 Errat *Epiſcopus* diſpenſando cum ſuis ſubditis in irregularitate in quam incurrit accuſator vel teſtis, vel iudex in cauſa criminali, vel miles occidens in bello iuſto ſecundum opinionem magis communem inter Theologos. Marchin diſtinguit, quia concilium nihil diſponit fol. 150 n. 4. ſed ſolum de ea, quæ prouenit ex homicidio in iuſto vnde caſus de homicidio ininſto, vt puta defectu perfectæ lenitatis remanet indiſpoſitione iuris antiqui, proinde poſſe *Epiſcopum* in quacunque irregularitate prouenient ex defectu lenitatis de iure communi quod non eſt immutatum per ius nouum poſſe diſpenſare quo ad minores ordines, & poteſt diſpenſare ad retinendum beneficium parochiale iam obtentum licet ad illud obtinendum non poſſit ad ſimplex beneficium poteſt, ad ordines exercendos, ad ordines, minores ſed non poteſt diſpenſare ad beneficium curatum etiam retinendũ.

47 Errat *Epiſcopus* diſpenſans in delicto occulto reſeruato à Sixto V. in conſtitutione incipiente effrenatum, quam tamen moderauit Gregor. XIIII. qui conceſſit vt *Epiſcopus*, & quilibet approbatus confeſſarius ad hos caſus ab *Epiſcopo* deputatus, in ſolo conſcientiæ foro abſoluere valeant, remanentibus in ſuo robore pœnis, & aliis ab eodẽ Sixto V. latis; nẽpe priuationis vocis actiuę, & paſſiuæ, inhabilitatis ad dignitatem degradationis traditionis curiæ ſeculari, & prænentionis ſori, quando abortus ſequitur poſt fœtum animatum. Sed ſi fœtus non ſit animatus, & ſequatur ab ortus ſublata eſt omnino conſtitutio Six. V. & ad terminos iuris communis redacta.

48 Errat *Epiſcopus* abſoluens in duello, tam in terminis Concil. Trid. quam in Bulla *Sixti* V. & Clem. VIII. eſt enim reſeruata abſolutio omnino Papæ.

49 Errat *Epiſcopus* eo ipſo quod diſpenſat ad ordines aliquem irretium irregularitate, vel dat dimiſſorias ad alium non cenſetur velle quod ille *Epiſcopus* diſpenſet, ſecundum vnam opinionem, errare namque dicitur, quia non præuia diſpenſatione admittit ad ordines irregulares; ſed quod non cenſeatur diſpenſare tenet Sanchez lib. 8. de mat, diſp. 1. n 25. Nauar. in manuali cap. 27. n. 74 At Marchin. contrarium tenet, & opinionem affirmatiuam veriorem dicit, quod ampliat etiam ſinon canonicè promotus patiatur coram ſe celebrare March. vbi ſupra fol. 154. num. 3. & ſeq.

50 Errat *Epiſcopus* promouens ad ordines expoſitos cum præſumantur illegitimi, nec licebit facto ſufficienti examine an expoſitus ſit legitimus nec nẽvt atiqui cenſuere: nam vel iſti ſupponunt ex poſitos eſſe irregulares vel non eſſe; ſi hoc opus non habent diſpenſatione; ſi alterum non eſt in manu *Epiſcopi* diſpenſare, quia Papæ eſt reſeruatum Marchin. vbi ſupra fol. 161. verum oppoſitæ ſententiæ adhæret Paleotus de ſpur. cap. 63. n. 3. Menoch. de arbitr. c. 396. Gratian. diſce pt. p. prima cap. 15. Rodriq. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 13. art. 2. & quæſt. 14. art. 3. Aulla de cenſur. par. diſp. 3. dub 6 Baſil. pont. de Matr. lib. 11. cap. 9. per totum Diana mor. reſolut. par. 1. tract. 15. reſol. 22. & par. 4. tract. 3 reſol. 58. Marchinus tamen examinat hanc ſententiam p. 10. fol. 161.

51 Errat *Epiſcopus* diſpenſando cum illegitimis

gitimis ad ordines sacros, vel ad dignitates regulares, ad curatum beneficium, vel ad canonicatum, tantum possunt ad minores, & ad simplex beneficium cap. 2. de Fil presbyter. in 6.

52 *Errat Episcopus* d. spensans in defectu natalium occulto secundum vnam opinionem, quidquid dixerit Auila de censur. par. 7. dispur. 3. dub. 7. Diana moral. resolut. par. prima tract. 15. Miscell. resolut. 21. March. tamen p. 10. fol. 162. n. 14. censet hanc opinionem esse falsam allegat Nauar. Tolet. Vgolin. Sua. Sayr, Figliucciũ Bonacinã, & alios ratio est quia concil. tribuit *Episcopis* facultatẽ dispensandi in qua cũq; irregularitate exdelicto occulto, & nõ loquitur de impedimento natalium quod ex defectus non delictum.

53 *Errat Episcopus* dispensando Neophitum ad ordines, quia solum Papa potest cap. Quoniam dist. 84. à summis Pontificibus vetatum quos recenset March. de sacr. ordin. par. 10. fol. 168.

54 *Errat Episcopus* dispensans neophitũ ad ordines minores secundum opiuionem Couarr. in clem. furiosus parte 1. n. 7. Marchin censet quod possit, causa dispensandi est dupplex vna in opia sacerdotum & doctrina, & maxima probitas & integritas ordinandi. sed debet hoc impedimentum durare vide Marchin. fol. 168. num. 10. & seq.

55 *Errat Episcopus* ordinans, alterius seruum scienter absente, vel ignorante domino, & seruus fit liber, sed ordinans dupplicatum pretium soluet cap. si seruus absente dist. 53. cap. per venerabilem, qui solis sint legit, sed si seruus sciente, vel non contradicente domino ordines recepit secundum omnes libertatem consequitur.

56 *Errat Episcopus*, promouens infamem ad ordines cum hac distinctione vt si in famia oriatur ex delictis in quibus potest dispensare, eadem ratione licebit ei dispensare in infamia ex his consurgente cap. qui cum aliquo crimine dist. 52. cap. testes 2. quæst. 7. reg. 87. nn. 6. cap. inter fideles de consess. prælat. triplex est infamia. varij factum, & artis infames ob artẽ vilem sunt lictores, publici tabernarũ frequẽtatores. minolenti mimi histriones gladiatores, citharedi macellarij, satellites hi indigni sunt quibus sacri ordines concedantur.

57 *Errat Episcopus* dispensans cum in fami ad ordines sicet ad famam restitutus per principam secularem, dummodo quod etiam canonice non sit infamis, nam princeps secularis nullam habet Iurisdictionem in canonica irregularitate. Panor. in cap. cum te de sent. ex com. n. 17. Armill. v. in famis num. 7. Bona disp. 7. de cens. quæst. 3. par. 1. num. 26. Filli. cap. 9. nu. 224. Suar. de cens. disp. 48. sect. 3. num. 9. Marchi. par. 11. cap. 4. tom. 15. de sacr. ordin.

58 *Errat Episcopus* ordinans ad tenue beneficium, & extra patriam cui ad congruam substentationem coniugatur patrimonium. ordinatio enim spectabit ad vtrumque *Episcopum* scilicet patrimonij, & beneficij attamen iste non potest ordinari ab *Episcopo* beneficij, absque dimissorijs *Episcopi* patrimonij Stephan. quaranta in v. ord. Marchin. & Sacram. ordin. parr. 6. fol. 208, nu. 6.

59 *Errat Episcopus* ordinans ad titulum beneficij de futuro, nec ad titulum coadiutoriæ potest cum futura successione; nã qui affirmat posse manifestè Triden. aduersatur, quod requirit titulum de præsenti iam pacifice possessi licet aliqui asserun tnon errare *Episcopum* si faceret Concil. Trid. cap. 2. sess. 21. de reform. ergo non sufficit titulus de futuro Vgolin. de potest *Epis.* cap. 26. §. 8. n. 3. Rodriq. in sum. p. 2. cap. 15. n. 20. Garsias de benef. p. 2 cap. 5. n. 130. Barbos de pot. *Epis.* alleg. 19. n. 28. March. p. 6. fol. 209. n. 8.

60 *Errat Episcopus* promouens ad sacros ordines eum qui habeat beneficium, sed à iudice secuiari illius possessio impediatur secundum vnam opinionem quæ fundatur quod lex det formam ad susceptionem ordinum, & ideo sub lethali culpa seruanda est, sed Concilium ordinationẽ pacifici beneficij possessionem prærequirit. Contrarium tenet Rodiquez in summa par. 2. cap. 15. n. 11, opinionem negatiuam censet veriorem March. fol. 209. n. 13.

61 *Errat Episcopus* promouens ad ordines sacros ad titulum vicariæ temporalis, vel officij amouibilis secus si vicatia esset perpetua Glos. in cap. constitutus in v. perpetuus Vicarius, & ibi Abb. n. 5. desil. presbyter. Paris. de reseg. bon. lib. 2. quæst. 6. n. 3. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 17. §. 3. Barbos de pot. *Epis.* alleg. 19. n. 25.

62 *Errat Episcopus* promouens ad sacros ordines ad titulum non sufficientẽ ad sustentationem, etiam quod sufficiens reddi-

deretur de eleemoſinis, & miſsarum ſtipendijs quæ in dies occurrunt, ratio eſt quia hæc ſunt incerta, ſic decreuit ſacra congregatio refert March. fol. 210. nu. 27.

63 Errat Epiſcopus promouens quempiam ad ſacros ordines ad titulum obſequij alicuius Eccleſiæ, niſi conſentiret rector Eccleſiæ eum non poſſe amoueri Barbos depot. Epiſ. alleg. 19. n. 24 Concil. Trid. fol. 210 nu. 19.

64 Errat Epiſcopus promouens aliquem ad titulum ſeminarij ad ſacros ordines, quia iſte non eſt titulus perpetuo fragiſer verum ſi ex bonis beneficialis ſeminarij aliqua penſio aſſignatur poterunt Greg. XIII. reſolutum referente Menoch. fol. 210. n. 33.

65 Errat Epiſcopus promouens ad titulum menſæ Epiſcopalis, vel cuiuſmodi ſtipendij ab Epiſcopo, vel ab alijs aſſignati reſolutum in Congreg. refert Garſias de benef. cap. 5. n. 93. par. 1. n. 98.

66 Errat Epiſcopus promouens quempiam ad ordines ſacros abſque vllo titulo, quia ſit laureatus in Theologia vel in ſacris canonibus ſecundum vnam opinionem, licet aliqui teneant contrarium ſententiam in Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. de reſor. & ita declarauit ſacr. Congreg. Diana. moral. reſolut. par. 4. tract. 4. reſol. 52. Marchin. fol. 210. n. 37.

67 Errat Epiſcopus reſignans beneficium non impetrata ab Epiſcopo facultate abſque mentione tituli priuatur beneficio, & ordinarius qui eam admiſit tenetur ad alimenta clerico reſignanti præbere. Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. Marchin. par. 6. fol. 211, n. 38, & ſeq.

68 Errat Epiſcopus promouens ad ordines ſacros ad titulum patrimonij non ſubſiſtentes neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, ita Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.

69 Errat Epiſcopus promouens ad ſacros ordines ad titulum patr. monij non ſufficientis ad ſubſtentationem, quod arbitrio Epiſcopi reſeruat Concil. ſecundum qualitatem perſonæ loci, & temporis arbitrio boni viri, ledeſma in ſum. p. prima de ſacr. ordin. cap. 7. concluſ. 7. Garſias p. 2. de benef. cap. 5. n. 114. Marchin. fol. 213. n. 5.

70 Errat Epiſcopus ſi antequam admittat quempiam ad ſacros ordines ad titulum patrimonij non decernit publica edicta vt quis ius habeat contra bona aſſignanda patrimonio infra certum terminum compareat. Quarantain. v. ordo, & ſi prædecedentes diligentia creditores eminceret Epiſcopus ad nihil teneretur Nauar. conſ. 14 & 40. de temp. ordin. Molfer. in ſum. tract. 2. diſp. 3 2. n. 78.

71 Errat Epiſcopus promouens ad ſacros ordines ſine patrimonio ſufficiente, etiam ſi impetret abamico neceſſaria ad ſubſtentationem March fol. 213. verſ. ſecundo deducitur.

72 Errat Epiſcopus promouens ad ſacros ordines ad titulum legati conſequendi Marchin. vbi ſupra.

73 Errat Epiſcopus admittens ad ſacros ordines directum dominium habentem ſi alius habeat vtile Decius in cap. Epiſcopus de præb. n. 12. Marchin. fol. 214. verſ. quarto deducitur.

74 Errat Epiſcopus promouens ad ſacros ordines non habentem patrimonium etiam ſi pingue patrimonium expectet à patre ſecundum opinionem Vgolin. de off. Epiſ. cap. 26. §. 14. q nu. 3. Flam. de reſign. lib. 2. quæſt. 6. n. 18. Sanchez lib. 8. de mat. diſp. 19. n. 21. Barbos de pot. Epiſ. alleg. 19. nu. 60.

75 Errat Epiſcopus ſi admittat patrimonium in cenſu redimibili ſecundum opinionem Vgolin. cap. 26. §. 10. nu. 2. contrarium tenet. March. fol. 214.

76 Errat Epiſcopus admittens ad ſacros ordines ad titulum patrimonij conſequendi poſt dimiſſorias Graſſius de temp. ordin. conſ. 4. pro vtraque parte diſcuſſit Marchi. autè fol. 214. verſ. ſeptimo deducitur tenet debere conſtare de patrimonio ante dimiſſorias concedendas alia ordinatum incurrere in ſuſpenſionem.

77 Errat Epiſcopus promouens ad ſacros ordines ſine titulo beneficij vel patrimonij, & tenebitur Epiſcopas alere ordinatum cap. cum ſecundum de ætat. & qualit. ordin. & quid ſi Epiſcopus committat examinantibus, vel vicario, vt videant ſi patrimonium ſit ſufficiens, ipſi tenebuntur non Epiſcopus ita gloſ. in cap. in ſecundum de præsb. Quarantain bullar. in v. obligati Epiſcopi Marchi. fol. 215. verſ. ſecundo deducitur.

78 Errat Epiſcopus ſciendo pactum ordinato de non petendo victum vel cum præſentante, tunc omnes incidunt in pœnam cap. ſi quis ordinauerit deſimonia contra ordinantem ſtatuta pœna eſt, vt à collatione ordinis per triennium ſuſpendatur incidit in pœnam cap. ſi quis ordi-

nauerit de Simon. Matchin. fol. 217. num. 12.

79 Errat Episcopus in promouendo ad sacros ordines non considerans quanta cauthela prudentia, & discussio necessaria sit eum præ oculis primum habere debent quæ adhibuunt Apostoli in ordinatione de qua 6. actor. considerare dixerunt fratres, viros ex vobis boni testimonij septem plenos Spiritu Sancto, & sapientia quos constituimus superhoc opus & cum Apostoli quibus diuina lex effulgebat eligere potuissent quos ipsi dignos ad tale opus iudicarent, nihilominus cogitantes se homines esse, qui decipi possent, & perpendentes quanta Sanctitate ornatos eos esse deceret, qui sacra munera obire debent, ad successorum omnium exemplum scilicet Episcoporum, non solo proprio iudicio fidere volentes totius multitudinis iudicium, & sententiam postularunt. At pro dolor non definit Sancta Mater Ecclesia in pontificali similia verba in ore Episcoporũ ponere, sed hæc verba ore solũ dicuntur, & nihil præstatur quo assequi valeant Episcopi de Sanctitate, & sapientia ordinandorum. reducta est res ad meras ceremonias. insuper in ordinandis non requirebant Apostoli quamlibet sapientiam, sed etiam plenitudinis Spiritus Sancti. Hanc eandem Episcoporum in præserutandis moribus ordinandorum accuratam diligentiam manifestè testatur Aaronis ac sacerdotum veteris testamenti electio; quam Deus insigni quodam miraculo confirmauit num. 17. Præcepit dominus singulis tribus virgas suas Moisi tradere, in qua vnaqueq; tribus nomen suum notaret, omnes in tabernaculo fœderis simul reponi, postea subdit eum esse in sacerdotem eligendum cuius virga in tabernaculo reposita floreret. His peractis omnibus virgiuaridis sola Aaronis floserit. in domo Iesui, & turgentibus gemmis eruperunt flores qui in amygdalas efformati sunt, in amygdalas germinarunt, quod sicut flores amygdalarum ante arbores florent ita in diuinum ministerium eos esse eligendos, qui à teneris vugiculis, atq; in ipso ætatis suę primo vere Sanctitatis florem ostendunt. & sicut amygdalarum fructus duplici tegumento tegitur, quorũ vnum amarum est, & aliud durum sed vtrumque defendens quod intus latet saporis ac dulcedinis ita perfecta ministrorum Dei virtus, pœnitentiæ operibus quæ corpori amara sunt tegi solet, nec laboribus vitæ actiuæ quæ carni; duriores interdum videntur hac quidem ratione intus fouetur dulcis eorum, spiritus, & ijs quasi tegumentis ab omnibus hostium insidijs perpetuo conseruabitur demum vt Episcopi intelligant illos omnes, qui pœnitentia, modestia, pietate aliisque Christianæ religionis virtutibus arescunt à sacris ordinibus prorsus esse arcendos. At dicet aliquis non posse tot Sacerdotes, qui sacris mysterijs possunt mancipari inueniri, & sic messis magna careret messoribus, & cultoribus ita est sed nihilominus proponatur hæc idea ordinandorum ac omnem diligentiam adhibeant Episcopi vt saltem vt temporum deplorata calamitas quoquo modo ideam hanc attingant, & ad minus ne vitijs innodati sint hi quos ad ordines sacros admittunt Episcopi, atque ignorantiæ tenebris cimmerijs obruti reperiantur; atque vt benedixit sacra synodus Trid. onus scilicet Episcopale reformidandum esse, vel humeris angelicis vè, vè mihi, qui Episcopatum, & si non perij acceptaui imprudens, & grauissimè erraui in electione ministrorum quorũ mores non examinaui per me met ipsũ, sed alijs nimis confidens negotium istud demandaui; parcat mihi Deus misericors, & miserator.

80 Errat Episcopus indicans non vtilius esse Ecclesię Dei paucos optimos quam multos minus bonos ordinari ministros audiant Episcopi Innoc. III. cap. 10. de ætat. & qualit. ordinand. satius est paucos bonos quam multos malos habere ministros; qui cæcum cæcus diuit ambo in foueam dilabuntur; audiat Raimundum in summa cap. 1. de ordine.

Sanctius est paucos certa virtute probatos.
Quã multos prauos in templis esse ministros.
audiant ciuiles leges, & sacros canones, quid de clericorum numero statuerunt: nullus Episcopus multitudinem clericorum faciat; debet enim secundum redditũ Ecclesiarum, ita etiam numerum clericorũ magni moderari, & si quidem is qui sacrosanctam edificauit ecclesiam statuit abinitio numerum clericorum, qui deberent in eadem ecclesia consecrati ille numerus præfinitus non est, neque per amicitiam, neque per gratiam oneranda sacrosancta ecclesia est sed moderandus numerus erit

cura

cura,& ſolicitudine Patriarcharum,metro politanorum&aliorum Epiſcopotum. Ita habetur apud Imperatorem Iuſtinianum nouellia 7 cap. 8. & in Aut, vt determinatus ſit numerus cler. coll. prima &de menſura ordinandorum coll. 3. & in l plures de ſacr. ſanct. eccleſ. quæ determinationes licet certum ſit,non habere vim legis Principes enim non habent poteſtatem circa condendi illas, tamen ad imitationem rã bonarum conſtitutionem debent vt tanto malo conſulant ſe oſtendere ſeueriores,in promouendis ad ſacros ordines,in diſpenſando,in interſtitijs,valdeque vigente neceſſitate ille diſpẽſare. Singulorum cleſticorum optime cognoſcant; ſubditos ſuos ad alium Epiſcopum non tranſmittant,neque in ſua diœceſi plures quam ſemel, aut bis ad ſummum ſacras celebrent ordinationes, itaque antiquitus ſolo menſe Decembri peragi ſolitas vſque ad Papam ſimplicium,qui fuit à Sancto Petro trigeſimus nonus acta teſtantur. Recogitent Epiſcopi quos terminos antiqui Patres ad Sacerdotium per ordinum gradus præfixerint, etenim Romana ſynodus ſub Siluestro ca. 11. conſtituit;vt nullus ex laica perſona ad honorem accolyti ad Epiſcopatum ſubleuaretur, niſi ſuiſſet prius lector annis 30.deindevno die exoreiſta,& poſtea caperet onus acolyti,& faceret in eodẽ ordinẽ Acolyti,& decem vt acceperet onus ſubdiaconi, & in ſubdiaconatu eſſet annos quinque,deinde ad Diaconatus pertingeret fixus roganibus 30. presbyter cardinalis: quia à prima ſede erat conſtitutum, vt ſeruiret annos ſeptem; quod ſi quis deſideraret ordinem presbyterij ita exigetur,vt in ſeptem annis à cuncto clero Romano probaretur. Addi poſſint duo decreta Zoſimi,& Sirii apud Gratianum diſt.77.cap. in ſingulis, & cap. Quicunq; & epiſtolę duæ. S Cypriani lib. 2. epiſt. epiſ. 5. & lib. 4. Epiſ. 5. vbi tanti facit lectoratus officium, vt propter multorum vulnerũ cicatrices,& illuſtriores agones quos pro fide Chriſti in corpore ſuo.S. Aurelius & S. Celerinus cõfeſſores perpeſſi fuerint lectoratus gradũ ſufficiens illis præmiũ eſſe iudicauerit hęc omnia refert,& tranſtulit Matth. de Sacram. ordinis fol. 237. & ſeq.

81 Errat Epiſcopus ſi ad ſacros ordines promoueat,non facta prius denunciatione ad inueſtigandum mores ordinandorum iuxta formam Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 5. quomodo fieri debeãt V. March. f. 239. c. 11.

82 Errat Epiſcopus non ſuſpendẽdo ab exercitio ordinum ſacerdotes minus idoneos, ne dum ſacrilegos libidine contaminatos, aut alios peſſimos Dei miniſtros ad tempus ei beneuiſum,quam facultatem tribuit Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. Marchin. par. 6. fol. 239 n. 8.

83 Errat Epiſcopus, ſorte ſine culpa, ſi ex obliuione magiſter cæremoniarum iurium in calice non apponeret, quia illa ordinatio eſſet nulla ſecundum quandam opinionem,& iteranda: ſed hic notandum aliquid de materia ordinis ſententia triplex eſt doctorũ de materia presbyteratus

Prima docet materiam presbyteratus eſſe patenam cum pane, & calicem cum vino,manuum verò impoſitionem non eſſe de neceſſitate Sacramenti, ſed ritum accidentalem ſic Capreol in 4. diſt. 24. quæſt. 1. art. 3. Maior,eadem diſtinct. quæſt. 1. Ruardus contra Lutherum art. 17. Sotus ibidem quæſt. 1. art. 4. Greg. de Valent. to. 4. diſt. quæſt. 1. pun. 5. Didacus Nugnius ad 3. partem D. Thomæ quæſt. 37. art. 5. Bonacin de Sacra diſp. 8. quæſt. vn. punct. 3. n. 2. Ioan de la crux in ſuo directorio conſcientiæ par. 2. de Sacram. ordin. dub. 2. concluſ. 1. Diana moral. reſolut. par. 2. tract. 4. de Sacram. reſol. 187. fundamentum huius ſententiæ vnicum eſt ſcilicet ſumptum ex Concil. Florent. in inſtructione Armenorum vbi dicitur ſextum Sacramentum eſt ordo, cuius materia eſt illud per cujus traditionem conferrur ordo, ſicut Presbyteratur traditur per calicis cũ vino,& Patena cum pane porrectionem, ex quibus apparet Concilium non meminiſſe impoſitionis manuum: quia optimè tenebat hanc non eſſe de neceſſitate Sacramenti, ſed ritum accidentalem.

Secunda opinio docet, vtramque materiam nempe Calicem cum vino, & patenam cum pane eſſe materiam neceſſariam neceſſitate præcepti, quia etiam Miſſę ſacrificium ex Eccleſię præcepto ſub vtraque ſpecie perficiendum eſt in ſuper docet etiam panem ſeorſim acceptum, & item vinum ſeorſim acceptum eſſe ſufficientem huius ordinis materiam.quare ſi quis ſolo pane,& calice vacuo ex obliuione Magiſtri cæremoniarum Sacerdotio initiaretur ordo minime eſſet iterandus. Sic Henriq. lib. 10. de ordin. cap. 6. Bartolomæus de Angel. dialogo 8. de Sacra. Euchariſtię §. 352. Homobonus de examine Eccleſiaſtico tract. 4. cap. 9. quæſt. 75

quam sententiam vt probabiliorem approbat vt probabiliorem Tanner. in 3. part. disp. 7. quæst. 3. dub. 4. n. 99. Bonac. vbi supra Diana d. tra. 4. resol. 186. sauet huic opinioni D. Thomas in add. ad 3. partem quæst. 17. art. 5. in corpore; quatenus dicit in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata Sacerdotalem imprimi characterem, cum enim sanctus doctor non faciat mentionem panis videtur velle vtranque speciem seorsim acceptam esse sufficientem huius ordinis materiam Fundamentum huius sententiæ sumitur ex Inn. 8. quem non pauci scriptores testantur; de facto dispensasse cum Nonergis an 1490. vt Missæ Sacrificium sub sola panis specie celebraretur, eo quod vinum illuc asportatum, statim vel congelescat, vel acescat sic Volaterranus lib. 7. cap. 4. Genebrar. in chronologia. Zaper. art. 4. contra Lutherum. Honofr. in sua chronologia, & idem fuisse, a sede Apostolica dispensatum cum Danis dixit Claudius de Eucharistia. Hac ergo supposita historia euidens est, Episcopos in illis regionibus Sacerdotes initiantes, solum materiam panis in consecratione Sacerdotum adhibuisse, & per consequens non esse præsbyteratus materiam necessarium, necessitate Sacramenti sed sola necessitate præcepti.

Tertia opinio est asserens manuum impositionem factam ab Episcopo super caput ordinandi esse materiam presbyteratus essentialem. Sic Scotus in 4. dist. 4. quæst. vn. Paludan. in 4. dist. 25. q. prima. Siluest. in v. ordo §. 4. Sotus lect. 5. de sacr. ordin. Bellar. tom. 2. contro. cap. 9. de Sacram. ordinis Paulus Comitolus in suis responsis moral. par. 3. cap. 11. §. 5. Coninch. de Sacram. disp. 10. dub. 7. nu. 60. & 61. Reginal lib. 30. n. 1. c. 30. 21. Molfetius in sum. tract. 2. cap. 10. n. 31. Chamerota de Sacram tract. 11. cap. 3. dub. 1. Vasq. in 3. par. tom 3. disp. 239. cap. 1. Filliucius tom. 1. tract. 9. cap. 2. Paulus laymannus moral. Theolog lib. 5. tract. 9. cap. 5. n. 2. Syluius in 3. par. quæst. 17. art. 2. quæst. 4. Canel. a lapide in 1. ad timotheum 4. vers. 14. num. 39.

Quæ sententia duplicem potest habere intellectum primum vt sola manuum impositio sit huius ordinis adæquata materia, adeo vt porrectio calicis cum vino, & patenæ cum pane, sicut etiam vnctio manuum quædam sint præparatoria ad manuum impositionem, in qua sola Sacerdotalis character imprimatur. Secundo potest intelligi vt materia presbyteratus essentialiter consletur ex triplici materia physica nempe pane vino in suis vasis, & manuum impositio, ita vt ex illis tribus rebus licet materialiter distinctis, consurgat vna materio moralis adæquata, & totalis præsbyteratus hanc sententiam in hoc secundo sensu in quo etiam præallegati doctores illam docere videntur cæteris veriorem existimat Marchin sol 269. nu. 6. in cuius probationem tria facit primò ostendit panem in patena, & vinum in calice pertinere ad essentialem huius ordinis materiam secundo vtramque materiam panis, & vini cum patena, & calice esse de necessitate Sacramenti, & non de sola necessitate præcepti. Tertio ipsam manuum impositionem esse de necessitate Sacramenti, nec esse ritum quendam accidentalem sed essentialem, & substantialem, atque ita ex illis vnam adæquatam materiam Præsbyteratus constitui, quæ prosequitur Marchin in sequentibus.

84 Errat Episcopus si Sacerdotes in eorum consecratione qui simul cum Episcopo idem offerunt sacrificium, simulque supra eandem materiam panis, & vini verba proferunt consecrationis; priusquam Episcopus absoluat formulam verborum alter, ex Sacerdotibus illam absoluat nam Episcopus non consecraret, cum absoluta formula ab vno verba Episcopi prolata non caderent supra materiam panis, & vini faciet enim contra illud quod præscriptum est in Pontificali. At sciendum est dubium esse an verba consecrationis simul cum Episcopo in instanti mathematico debeant proferri iuxta consuetudinem in Romana Ecclesia, quam piaculum esset improbare, & rationabilem non esse censendam ideoque inquirendum, an solus Episcopus, vel etiam recentes Sacerdotes celebrantes prolatione verborum formæ consecraturi verum efficiant Sacramentum; in quo puncto dicendum erit, vel omnes simul eodem instanti proferunt verba, & tunc dubium non est, quia omnes etiam perficiant Sacramentum, cum omnes sint legitimi ministri, & habeant præsentem materiam idoneam non consecratam, sed consecrandam. vel vnus prius absoluat verba, quam alius vt frequenter accidit, & tunc dicunt aliqui omnes referunt suam intentionem ad illud in-

Instans, in quo Episcopus absoluit verba, alioquin tantum intendunt materialiter verba illa proferre si Episcopum præueniunt sic Innoc. lib. 4. de Mysterio Missæ D. Thom. 3-par. quæst. 82. art. 3. & alij relati à Marchin. fol. 280. nu. 6. Alij dicunt Episcopum tentummodo formaliter consecrare, Sacerdotes verò celebrantes solum materialiter, & recitatiuè consecrare in signum potestatis sibi concessæ sic Richard. Caetan. & alij à March. nu. 8. Suar. valde propendit in hanc sententiam de Sacram. disp. 61. sect. 3. in fine, quæ opinio non placet Marchin. quia difficultatem non euacuat: tandem verisimilius censet quod omnes Sacerdotes recentes initiatos cum Episcopo celebrantes constituere moraliter loquendo vnum integrum morale conficiendæ Eucharistiæ ministrũ nam multiplicario ministrorum distincta, institutioni Christi qui solus consecrauit parum conformis videtur, deinde an celebrantes debent habere intentionem conditionatam consecrandi si simul cum Episcopo eum verba consecrationis absoluunt, non item si præueniant vel subsequantur in isto conflictu procurent Episcopus, vt Sacerdotes non præueniant in absolutione formæ consecrationis, cum impossibile sit vno eodemque instanti mathematico omnes absoluere formam, & melius sit quod prius absoluat Episcopus cum principalis sit consecraturus, quam si ab alijs preueniatur, nec Sacerdotes culpam lethalem committerẽt si Episcopum præueniant, si intentionem habeant consecrandi tempore quo Episcopus absoluerit formam sotte errabit si præueniatur absque culpa.

85 Errat Episcopus si contra decretum Papæ Vrbani VIII. reduceret in Diœcesania synodo onera missarum celebrandarum; sed pro his omnibus reducendis, vel moderandis, vel immutandis ad Apostolicam sedem recurrendum est.

86 Errat Episcopus vtens facultate concessa à Concil Trid. circa moderationem missarum celebrandarum sess. 25. de refor. cap. 4. cum hæc potestas sublata sit ex decreto congregationis, quam inserit Marchin. fol. 394. n. 30.

87 Errat Episcopus si fine iustissima causa moderabitur missas, & anniuersaria iuxta quantitatem legati tenuis, & quæ debeant causæ concurrere March, fol. 390.

88 Errat Episcopus concedens licentiam celebrandi Missas in oratorio priuato licet ante Concil. Trident. potuisset. cap. Missarum de consecr. dist. 1. Sublata autem fuit hæc facultas à Trident. cuius verba sunt hæc: Præcipit Sancta Synodus Episcopis ne patiantur in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs designanda, & visitanda, Sanctum hoc Sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscunqueperagi non obstantibus &c. Marchin. fol. 442. n. 4. duo colligit primum restrictam esse potestatem Episcoporum ne possint concedere facultatem celebrandi in quocunque honesto loco extra Ecclesiam sicut prius poterant secundo licere Episcopo in oratorio domus priuatę ad diuinum cultum tantum deputato, quod non statim in profanos vsus conuertendum dare facultatem celebrandi, dummodo prius designatus ab Episcopo, & visitationi eiusdem subiacet: sic declarauit sacra congregatio Gutier. lib. 1. can. quæst. cap. 3. n. 28. Zerola. prax. Epis. in .v missa conclus. 4. Stepha. quar. .v. missa Suar. de Sacram. disp. 21. sect. 3. Coninch. de Sacram. quæst. 83. art. 2. dub. primo n. 225. Fagundez. . . . Barbos. de pot. Epis. alleg. 23. n. 7. pat. secunda. Oppositum tenet Nauarr. titulo de constit. art. 1 quæst. 37. n. 76. Bonac. de Sacram. disp. 4. quæst. vlt. punt. 9. n. 10. Sed hodie sublata est facultas, & S. Sedi Apostolicę reseruata ad literas Cardinalis Lancelotti ad Episcopos datas nomine Pauli V. & solum daturi hæc facultas á Sede Apostolica, cum al. quibus requisitis per Marchin. fol. 443. de sacrif. misse.

89 Errat Episcopus exercendo ea quæ ordinis sunt ante eius consecrationem sciendum est, differentiam esse quo ad potestatem iurisdictionis in Episcopo consecrato, & in electo, & confirmato, nam electus & cõfirmatus nõ põt exercere ea quę dignitatem Episcopalem respiciunt, quorum exercitium esset error in Episcopo non consecrato nam potestas Episcopi diuiditur in potestatem ordinis & iurisdictionis, ordinis est, vt sciat & possit omnia sacramenta conferre, chrisma cõsecrare, prędicationis munus exercere, alios ordinare, sacerdotes creare, & quod est commune cum alijs sacerdotibus, Sanctissimam Eucharistiam conficere, & offerre domino verum Sacrificium, vnde ad potestatem ordinis tria scilicet & in-

so-

solidum pertinent; ordinare consecrare, confirmare. verum Ecclesias consecrare, & calices, quamuis annexum sit ordini Episcopali cum tamen sit Sacramentale potest à Papa sacerdoti committi; Sacramenta autem quę ex sola potestate ordinis conferuntur non possunt ministrari ab illo, qui ordinem ad illa requisitum non habeat, nec summus Pontifex potest prohibere ne Episcopus valide conferat, quin circa ordinis potestatem quã habet Episcopus, vel Papa ordinans habentse vt instrumentum liberum, sed ab alio, motum, nempe à Christo & ea potestas pendet à Papa consecrante in fieri tãtũ, quãquidẽ ordinis potestatẽ immediate à Deo, Episcopi accipiũt; uã respectu illius omnes Apostolos fecitac in hoc oẽs equaliter ordinauit, ita vt nullatenus quę ordinis Episcopalis sunt, possint inferiors prelato qui *Episcopus* non sit, nec consuetudine, alioue iure speciali competere Abb. in cap. accedentibus, de excess. prelat vbi aduiectio Alex: de neuo clarius explicat ex tert. in cap. 5. de consuet. & in cap. aqua de Consecr. *Eccles*ię vel Altaris.

Iurisdictio ad misticum corpus fidelium spectat, quibus toto orbe terrarum diffusis, oportuit pro locorum amplitudine illis assignari Antistites & prefectos quorum alij maiorem, alij minorem Iurisdictionis potestatem ad leges condendas haberent, pro vt necessitas, vel vtilitas postulare videbatur. Potestas hęc diuidi solet in illam quę pertinet ad dignitatem *Episcopalem* cuius meminit textus in dicto cap. accedentibus, scilicet cognoscere de causis matrimonialibus, publicas iniungere pœnitentias, atque indulgentias concedere, & in illam quæ dicitur simplicis iurisdictionis nempe iudicare, excommunicare, inuestire, beneficia conferre, instituere cæteraque his similia istarum iurisdictionum illa est differentia, quod de illis quæ pertinent ad dignitatem *Episcopalem* solus ipse *Episcopus* consecratus cognoscit exceptis indulgentijs, quas electus *Episcopus* ante consecrationem concedere potest docuit D. Thomas in 4. sent, dist. 25. art 2. & dist. 20. quæst. 1. art. 4. sequitur Sotus ibi dist. 21. quæst. 1. art. 4. Aug. de Ancona de potest. eccles. quæst. 29. Siluest. II. indulgentiæ n. 13. Vgol. de pot. *Episcopal*. cap. 40. in pun. n. 1. de illa vero quæ ad simplicem iurisdictionem spectant, cognoscit electus & confirmatus, licet non sit in *Episcopum* consecratus Rebuff de pacif. possess. num 243. quia exercitium iurisdictionis actu acquiritur per confirmationem, ideo potest subditos excommunicare Nauarr. in Manu cap. 27. n. 5. & beneficia conferre Rebuff. vbi supra n. 251. Gonzales ad reg. 8. cancell. §. 4. prœm. n 27.

Potestas autem iurisdictionis *Episcopalis* qualiscunque sit quamuis à Deo Episcopis sit concessa voluit vt Petro subditi essent tanquam capiti, alij autem Apostoli fuerunt coadiuuantes, & cooperatores, & ideo dicitur quod Papa fuit assumtus in plenitudinem potestatis. cap. ad honorem, de aut. & vsu Pall. vnde licet omnes Apostolis fuerint pares respectu consecrationis, & ordinis non tamen eos equales fecit respectu iurisdictionis: in illa enim præfuit Petrus omnibus vt notat glos. in cap. in nouo, & in cap. loquitur 24. q. 1. & quidem quamuis sacra diuina potestas sit, hoc est à Christo instituta rep. vt temporalis gubernandi potestas, sed à Romano Pontifice Christi Vicario, & Petri successore *Episcopis* datur, & ab eo manet & pendet, ita vt inter ipsum, & cæteros Episcopos hoc differat, quod iurisdictio Romani Pontificis in totam *Eccles*iam est iure diuino à Christo domino instituta, & ab eo immediatè accepta Henric. in summa lib. 3. de pœnit. cap. 5. §. 5. Cardinal. Bellar. lib. 4 de sum. Pontifice Fagund. lib. 4. in quinque *Eccles*præceptis par. 2. lib. 7. cap. 1. n. 23. Cęterorum vero *Episcop*orum iurisdictio est à Christo instituta sed à Romano Pont. tanquam Christi Vicario, & summo, aeptimo totius *Eccles*iæ pastore susceptra, & ab eo veluti à fonte Christi precepto in illos deriuata, & hinc est vt summi Pontificis iurisdictionem nulla humana potestas, aut ex toto abrogare aut ex parte minuere restringere mutare, & variare possit, at Episcoporum iurisdictionem Romanus Pontifex iure potest tollere minuere restringere, mutare at variare potest vt docuit S. Thom. 2. 2. quæst. 184. fagund. d. cap. 1. n. 25. quod latissime probat Barbos de potest. Epis. fol. 4. & seq.

90 *Ere*at Episcopus concupiscens, & non cogitans, quæ ei necessaria sunt ad hoc munus subeunddm; audiat S. Greg. *Epis*. 126. qui culmen, inquit, regiminis non ad officium portandi onus suscepit; sed ad appetitum

titum glotię & tranſitorij honoris. vè qui dum chriſtianę militię fieri ſubitiuer, non dum veteranus miles, idē diu exercitatus in omnium victoria. audiat S. Gregorium Nazian. nemo, inquit, ſapieus lęto animo creatur Epiſcopus; ſi quis pericula & ſupplicia ei propoſita conſiderat, ęque ſtultus videri poteſt, ac reprehenſione dignus, qui cum ingredi poſſit complanatam, & expeditam ſponte ſe in locum auguſtum periculoſumque redegerit.

91 Errat Epiſcopus non viſitans ſuam dię ceſim, cum viſitatio ſit anima Epiſcopalis regiminis, nec excuſatur mittens probos vitos iuxta illud illud lucæ cap. 10. miſit enim dominus diſcipulos ſuos in omnem cinitatem, & locum quo erat ipſe venturus, & Ioann. 15. Poſui vos vt eatis, & fructum afferatis.

92 Errat Epiſcopus theſaurizans eccleſ. 10. nihil eſt ſceleſtius, nihil eſt iniquius quam amare pecuniam; hic animam ſuam venalem habet Apoſt. ad Timoth. nihil, inquit tam aſperum, tam pernicioſum eſt; quam ſi eccleſiaſticus, maximè, qui in ſublimi loco eſt, diuitias huius ſeculi ſtudeat.

93 Errat Epiſcopus obliuioſus eorum, quæ docet S. Greg. in paſtorali par. 2. cap. 7. ſit rector, inquit, interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens: exteriorum prouidentiam in interiorum ſollicitudine non delinquens; ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut ſolis interioribus occupatus, quæ ſuis deber proximis non impendat. Sæpe namq; nonnulli velut obliti quod fratribus animarum cauſa prælati ſunt toto cordis ad niſu ſæcularibus curis inſeruiunt atque ſequuntur.

94 Errat Epiſcopus vtens priuilegio de quo in cap. vlt. de priuileg. in 6. ſecundum opinionem, quæ derogatum cenſer per Concil. Trid. in quo duę ſunt opiniones vna affirmans, altera negans: ſed non eſſe derogatum pro certo affirmat Nauar. relatus à Barbos conſ. 5. in neuiſ. deciſo fuiſſe refert Azor d. cap. 26. q. 4. Fagund. in 5. præcepto eccleſiæ parr. 2. lib. 3. n. 19. opiniones contrarias circa facultatem conceſſam à iure communi Epiſcopo de licentia dandi poſſe celebrari extra eccleſiam in oratorijs priuatis conciliari poſſunt ſũ te neceſſitate, & rationabili cauſa, poſſe Epiſcopum hanc facultatem concedere caſus eſt in cap. vlt. de priuil. in §. extra extra eius dicœcelim; quia Epiſcopus, vel celebrare, vel audire miſſam quotidie tenetur.

95 Errat Epiſcopus vigore priuilegij de quo in cap. vltimo de pęn. & remiſſ. in ſur. confeſſarium eligẽdo ſacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio ordinatio uon fuerit approbatus ſtante declaratione ſacrę congregationis quam refert Barbos. . . . . .

96 Errat Epiſcopus diſpenſans, vt duo viri & duę fęminę ſimul ſuſcipiant confirmandum, ac permittens quod plures patrini poſſint eſſe, nam peccat mortaliter quia præcepta eccleſiæ in re graui transgreditur, ex cuius tranſgreſſione multiplicantur cognationes ſufficientes ad dirimenda matrimonia; ita fuiſſe deciſum refert Zerol in praxi Epiſ par. 1. V. baptiſmus §. 4. Sanches lib. 7. diſp. 57. num. Rebell. de oblig. iuſt. part. 5. & in appen. ad lib. 4. num. 89. Bona. de ſacr. mat. queſt. 3. 35. §. 2. num. 33. Barbos de pot. Epiſ. alleg. 30. par. 1. nu. 41.

97 Errat Epiſcopus permittens vnum tenere multos vltra duos in confirmatione tamen quando iure conſtaret volentem tenere eſſe aliquem virum probum maxime curatum, in quo iudicio Epiſcopi ceſſat præſumpta malitia & voluntas contrahendi cum filia ſpirituali, vel eius matre proprer impartem conditionem non peccabit Epiſcopus ſi permittat tenere vltra duos Mar. Ant. Geruca in manuale paſtor cap. 54. num. 6.

98 Errat Epiſcopus ſi oleo veteri confirmet & peccabit mortaliter qnia de neceſſitate præcepti debet fiere quoliber anno in die cęnę domini.

99 Errat Epiſcopus diſpenſans fieri denunciationes marrimoniales in diebus ferialibus. Praxis Epiſcopal par. 1. v. matrimonium §. 4. Stephan. gratiat. diſcept. forenſ cap. 83. n. 28. Sanchez lib. 3. diſput 6. nu. 9. & ita Sacram congregationem definiſſe teſtatur praxis Neapol. cap. 26. n. 19. quam citat Aloiſ. Riccius in praxi fori eccleſ. reſol. 254. n. 3. in nou. impreſ. tamen fieri poſſe alio die quam feſto eo ſcilicet quo ingens hominum multitudo ad eccleſiam accedit addit Barbos alleg. 32. n. 15. in prima par.

110 Errat Epiſcopus diſpenſans in denunciationibus non interueniente iuſta cauſa nam Concil. Trid. hoc remittit prudentiæ Epiſcoporum. Henriq. in ſumma cap. 5. §. 5. Guſtierrez de mat. cap. 57. in prin. Bona-

nacin.qnæſt.2.pun.6.n.7. Menoch. de arbitr.caſu 453.n.5.Salſed. in pract. cap. 73. Henric.lib.11.cap.5.§.5.Ant.Gomez ſuper Bulla Cruciatæ cap.4.quæſt.4.num.16 Riccius in praxi fori Eccleſ. deciſ.238 in prima editione & reſolut. 225. nu. 1. Sanches lib. 3. diſput. 8. nu. 5. Ceucall. queſt 604 num. 103. Coninch. diſp. 17. dub. 6. num. 55. Guttier. canon. lib. 1. cap. 19. num. 6.in ſeq. & de matr.cap. 57. num.1. Bonacin queſt. 2. punt.6. num. 7. Barbos de por. Epiſ. alleg. 32. num. 39.

101 Errat Epiſcopus prohibens ne matrimonia celebrentur Domi.ſeruata concilij forma, ſed cum maxime decent celebrari in Eccleſia, id hortari debet. ita Franc: leo intheſauro for. Eccleſ. par. 2. cap. 26. § 2. Sances lib. 3. diſp 15. num.20.

102 Errat Epiſcopus ſubſiſtente inſta cauſa non diſpenſans in denuntiationibus matrimonialibus ſub pena peccati mortalis præcipue ſi ſcandalum ſequeretur vel eſſet ſuſpenſio impedimenti. Sanches lib. 3.diſp. 10. num. 6.Guttierr canon.lib. 1. cap.20. num. 23. & de matrim. cap.57. num. 4. vbi num. 5. reſolut. quod in prædictis caſibus poteſt. ab eo appellari de denegatione diſpenſationis de quo late Sanches vbi ſupra Barbos de pot. Epiſ. alleg. 32. nu. 52.

103 Errat Epiſcopus diſpenſans cum paroco interueniente in clandeſtinis nuptijs circa triennium ſuſpenſionis virtute decreti Concil. Trid.ſeſſ. 24.cap.6.de reform quia hæc ſuſpenſio non in curritur ipſo iure; ſed per ſententiam Iudicis cognitione præmiſſa de delicto, vnde ſupponitur delictum ad forum deductum contentioſum. Sanches dicta diſput. 52. nn. 4.

104 Errat Epiſcopus circa diſpenſationem in multis, quæ vt cognoſci poſſint & breuiter recenſendum, quæ ſit eius poteſtas in hac materia. præmittendum eſt enim Epiſcopum & omnia poſſe, quę de genere. permiſſorum in ſua dioceſi dicuntur quę poteſt Papa in toto orbe terrarum, niſi per Sacros Canones, aut per Summum Pontificem prohibeatur. text. eſt in capit. nuper 20. innota. gloſ. verbo non retinuit deſent.& excontu.ex quibus regulam tradunt doctores,quod quoties conditor canonis cenſurę abſolutionem ſibi non reſernauit, poteſtatem abſoluendi Epiſcopis videtur conceſſa ita Nauar. in prax. cap. 27. num. 39. pleni Guttier. can. lib. 1. cap. 5. Suar. tom. 5. diſput. 6. ſeſſ.4. Sayr. de cenſur. lib.2. cap. 19. hinc gloſ. in cap. in quibusdam de pęn. V. diſpenſatum, inquit quod poteſtas diſpenſandi intelligitur conceſſa Epiſcopo,ſi illā Papa non reſeruauit, & tamquam in dubitatum tradunt victor. de matr. par. 1. num. 7.Pelag. de planctu Eccleſ. lib.1.cap. 50. vbi teſtatur de communi Henrques in ſumma lib. 10. de Sacr. ord. dap. 35. num. 1. lit. D. & de matr. lib. 12. cap. 3. Sanches de Mat.lib. 1. diſput. 61. num.2. Suar. tom. 4. de pœnit. par. 2. diſp.25 ſeſſ. 1. num. 13. & de legib. lib. 6. cap. 14. Barbos alleg. 33. nu. 17. fol. 316. in prima part.

Alij tenent, & longe veriorem atteſtantur eſſe ſententiam Epiſcopos in lege canonica diſpenſare, quando eis expreſsè veltacitè conceditur diſpenſandi facultas ita gloſ.in verbo ſuſpenſos in cap. cupientes de elect.in 6. Cardin.in cap.dilectis in princ.de temp.ordin. Burgas. de irregular. 3. parte titulo de diſpenſatione Epiſcopi n.10. Vgolin.de poteſt.Epiſ.57 §.1. & Barbos.cenſet hanc eſſe magis communem hodie, & receptam licet olim contraria magis communis fuerit alleg.33. n.18.fol. 316. in prima par.vltra reg. cap.cum inferior de maior. & obedic.& clem.ne Romani de elect. cum ſimilibus quibus habetur: inferiores non poſſe tollere ius ſuperioris,& non obſtare text.in dicto cap. nuper cenſet ille vbi ſupra n.20.

Aduertendum eſt,legem diſpenſandi facultatem aliquando expreſſe concedi Epiſcopis vt in cap. ſanè de cler. coniug. & cap. pen. in fine de elect.& cap.cum ex eo 34. de elect.in 6. & cap.primo in princ.de fil. præsbyteror.eod.lib.& cap. 4 de ætate æqualit. cum alijs,eod. Aliquando conceditur talis poteſtas tacitè,& virtualiter voluntari quando lex impersonaliter diſpenſandi facultatem tribuit ſcilicet poſſe diſpenſari, non adijciendo per ſedem Apoſtolicam, vel Romanum Pontificem,cap.1.ſecundi de eo qui cognoſcit;& cap poſtulaſti 7 vbi gloſ.3.& dict. de clerico excom. iuncta gloſ. vlt. de pœnis nunc enim quia fruſtra diſpenſatio conceditur ſummo Pontifici, qui de iure poteſtatem diſpenſandi habet cap. propoſuit de conceſſ. præbendæ,cenſetur illa facultas data prælatis inferioribus, & in hoc caſu poteſt intelligi dictum cap.nuper verſin 2. ibi non retinuit, & ibi eo ipſo, ita gloſ. in dicto cap. pen.de pœnis.

Li-

Limitatur hæc facultas vt tantum procedat, & intelligatur de Can. Pontificio nam si illud Concilij generalis sit, quamuis absolute permittat dispensationem non poterit Episcopus dispensare, tunc enim negata hac facultate Episcopo adhuc vt & verba aliquid operentur, duos habere effectus dicendum est priorem, vt ad derogandum decretum Concil. non desideretur specialis eius suspensio. posteriorem vt Pontifex ad dispensandum in eo facilior reddatur, vt aduertit Sanchez lib. 8. disp. 6. n. 5. nam decreta Concil. expressam exigunt derogationem, ac proinde non sufficere clausulam derogatoriam generalem resoluunt Guttier. pract. lib. 5 q. 17 n. 231. Aloys. Ricc. in collectan. par. 4. collec. 849. & collec. 1367. & in praxi sor. Eccles. decis. 556. & Resol. 478. n. 4. Henric. lib. 13. §. 1. Zerola in prax. Episc. par. 2. v. absolutio Garsia de benef. p. 4. cap. 5. nu. 30. At pro derogatione Conc. Trid. sufficere clausulam generalem non obstantibus conf. & aliis similibus censuit Rota coram Card. Pompilio: obseruat Gratian: discep. forensi tom. 5. cap. 930. & 963. Mariscot. var. resolut lib. 2. cap. 38. nu. 41. Moneta de comm. vlt. volunt cap. 1. num. 250. Bonac. de dans. relig. disp. 22. quæst. 5. punt. 20. num 4 & ideo Episcopum conciliarem constitutionem tollere, aut in ea dispensare minime posse dicunt Rebuff. in tractatu nominat quæst. 5. num. 30. Guttier. de iuram. confir. par. 1. cap. 51. num. 24. & canon lib. 1. cap. 9. num. 10. franc. leo. in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 8. nu. 44. Henriques lib. 13. cap. 57. §. 1. lit. C. quod stante necessitate Barbos. alleg. 33. num. 26.

Quæ autem dicatur constitutio conciliaris, quæue Pontificia, obseruandę Sanchez regulę. Prima est, si materia trahat originem á concilio, dicatur Conciliaris vt si concilium rem illam definiendam proponat 2. quando, in decreti subscriptione dicitur ex tali concilio, vel in tali concilio, nam tunc á cõcilio traxisse originem dicitur ac pro inde conciliaris censetur 3. regula est quando Pontifex attribuit constitutionem ipsi concilio, vt in cap. fin. 2. quæst. 1. & incap. nouiss de iur iur. ita dec. in cap. 1. in noua edit ione de iudic. & aliquos refert Sanches dicta disput. 5 num 6. 7. 8. & vbi resoluit, censeri conciliarem constitutionem vbi sum. Pontifex sic diceret. definimus hoc cum consensu concilij.

105 Errat Episcopus, data facultate dispensandi, si sine iusta causa id præstat nam facultas concessa á superiore, inferiori censetur collata, iuxta existente causa cap. multa de præbend. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 6 §. 9. num 11. Guttierr. canon. lib. 1. cap. 9. num. 5. Sanches de matr. lib. 8. disput. 17. num. 4. Nauarr. in manual. preludio. 9. num. 15. Iud. Mir. in manuale prælat. tom. 2. quæst. 30. art. 4. conclus. 4. Barbos. alleg. 34. in prin. fol. 317. in prima par. Poterit tamen Episcopus dispensare in proprijs constitutionibus sine causa quę dispensatio erit valida Sanches lib. 8. disp. 7. nu. 24. Barbos vbi supra num. 2.

106 Errat Episcopus dispensando in suis cõstitutionibus synodalibus quamuis sine causa & valide, tamen peccabit mortaliter si absq; iusta causa. cap. cum omnes de constitutionibus. Nauarr. d. prelud. 9. nu. 15. Azor. Inst. moral. par. 1. lib. 3. cap. 12. quæst. 3. in fine Sanches d. num. 27. at non dato scandalo venialiter tantum explicat Nauarr. d. prelud. 9. num. 14. & cap. 25. num. 5. Franc. Emanuel in summa tom. 1. cap. 237. num. 5. Valent. 1. 2 disput. 7. quæst. 5. punt. 9. eidem Sanches d. lib. 8. disput. 18. num. 7 Barbos alleg. 34. deput. Epis. num. 4. fol. 318. in prima parte.

107 Errat Episcopus dispensando in suas constitutiones iuramento firmatas ita Sayr. de censuris lib. 6. cap. 11. Azor. d. lib. 5. cap. 15. quæst. 7. plures refert Sanches dicta disput. 17. nu. 31. Basil. Pont. d. cap. 5. nu. 5. de mat.

108 Errat Episcopus dispensans in suis cõstitutionibus auctoritate Pontificis confirmatas Sayr. d. num. 11. Azor. vbi supra Sanches d. disput. 8. num. 51. Basil. Pont. de matr. lib. 8. cap. 5. num. 6. Farinaz. decis. 240. num. 3. par. 2.

109 Errat Episcopus dispensans in constitutione, in Synodo prouinciali decreta sine causa legitima sunt duę, tamen opiniones verior est negatiua, quod non valeat dispensare. Nauarr. conf. 7. de off. ordin. in antiq. & conf. 6. de maior. & obedien. in nouis. Archiepiscopus enim est caput concilij prouincialis ad hunc effectum, vt ad eum pertineant eius vocatio, & congregatio, habere primam sedem; sed non ad hoc vt superior eius, vel maior, eo iam

congregato, neq; quod habeat eamdem iurisdictionem, quam habet concilium, imò eſt coniudex,& collega aliorum Epiſcoporum, ex his irritam diſpenſationem ſine cauſa factam ab Archiepiſcopo in decretis ſynodi prouincialis cenſet Sanchez d.diſp.17.n.36.

110 Errat Epiſcopus diſpenſans in impedimentibus dirimentibus matrimonium, cum recurrendum ſit ad ſummũ Pontificẽ niſi in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis ira Couarr. de ſponſal.p.2.cap 6.n.15.in prin. & §. 9.n.11.Angel. .v. matrimonium 3. Imped.18.nu.3.Silueſt. .v. matrimonium 6.quæſt.6.in fine Guttier.can.lib.1.cap.5. n.10.Nauarr. in manuali cap.22. nu, 85. Henric.in ſum.lib.22.c.3. §.1. Sanchez de matr.in lib.2.diſp.40.n.1.lib.8.diſ.6.Garſia de benef par.11.c.5.n.344.in alijs vero impedimẽtis nõ dirimẽtibus de conſuetudine receptum quodvaleat,excepto voto religionis.Vgol de pot.Epiſ. cap.60 §.3.Bonacin.de mat.quęſt.3.pun.15.n.3.Henriq. lib.12.cap.2.§.1. Sanchez lib.7. diſp. 17.n. 15. Pont. de mat.lib.8.cap.13.& caſus in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare in impedimentis dirimentibusrecenſet Barbos alleg. 35. nu 3. fol.319.in 1.par.

111 Errat Epiſcopus ſecundum opinionem Couarr. de ſponſ par,2.cap,7. §.2. nu.6.diſpenſans in impedimentis ſuperuenientibus matrimonio, quæ impediunt debiti petitionem, licet ſit alia opinio communior ita Emanuel sà verbo debitum n. 11. Ledeſma de matr.quæſt.58 4 dub.Valent. par.4.diſp.10.quæſt. 5.pun.5. Frater Emanuel in ſumma tom.1.cap.243. n.12. & in bulla cruciat §.13.n.8.fol.320. p.1.

112 Errat Epiſcopus diſpenſans in caſu prędicto, cum quis poſſet habere reccurſum ad nuntium apoſtolicum habentem potestatem diſpenſandi in impedimentis, matrimonij quod poſſit docet Henric lib. 8. de pœnit.cap.10.n.1. in comm.lit.D.& lib. 11. de matr.cap. 3. n.1.in comm.lit *H.* verum licet opinio probabilis ſit contraria tamen eſt ſecurior, hanc partem ſuſtinet Nauarr.in man.cap. 22.n.85. Vega. lib.6. ſum.caſu 143. quos refert & ſequitur Sanchez d.lib.2.diſput.40.nu.8. Barbos alleg. 35. n.10. fol.320. par.1.

113 *E*rrat Epiſcopus diſpenſans ſuppoſita facultate diſpenſandi, abſque rationabili cauſa in votis &inramentis intuitu diuini obſequij. Sanchez lib.2. de iuram. cap.40. n.3.& tract.de voto lib. 6.cap.14. de mat. lib 8.diſp. 13.n.1. Barbos alleg. 36.n 4.fol. 322, par.1. vbi inquit hanc poteſtatem tranſire in capitulum ſede vacante.

114 Errat Epiſcopus diſpenſans in quinque votis reſeruatis ſum. Pontifici ſcilicet de intrando religionem, de perpetua caſtitate,de peregrinatione in terram ſanctam, de viſitando limina Apoſtolorum, de peregrinatione ad d. Iacobum Compoſtellæ ex antiquorum curiæ ſtilo potius quam iure ſcripto ita Angel. in .v. votum 4. §.6. Siluef eodem verbo 4. quæſt. 3. Sot. lib.7.de iuſt. & iur.quæſt.4. art.3. Nauarr. in manual.cap.12.n.75.& tom.4. de regul. n.22.Homobon. de exam. eccleſ. tract. 11. cap.6.quæſt.22.reſol.3.Sanchez in præcep. decal.lib.4. c. 40. Molfet. in ſum.Theolog. moral.tract.11.cap.15. n.137. Couarr. in cap. quamuis pactum p 1. §.5. n.12. Henriq.in ſum.lib.7.cap.30.§. 6. lit. A. Vgolin. de poteſ. Epiſcopi cap.58.x.4. Azor. inſt. moral.p.1. lib.11.cap.18 quæſt.4.& cap.19. quæſt.3.Sayr.lib.5 clauis regiæ cap.8. n.9. & lib.6.cap.11. n.33.Suar. de relig. tom.2. tract.de Iur lib.2.cap.40. n.4.& in quibus liceat Epiſcopo diſpenſare in ſupradictis quinque caſibus recenſet Barbos alleg.37 n.4. & ſeq.

115 *E*rrat Epiſcopus ad tempus ſuſpendens interdictum veluti pro miſſa noua profeſſione facienda aut pro ſepultura alicuius nobilis, vel ad certum effectum expreſſe reſoluit gloſ.in cap.ad hæc 37. de appel.& etiam ſequuntur doctores, quos refert Henric.in ſumma lib 13.cap.51.§.4.Auila de cenſ.diſp.6.dub. 6. concluſ. 4. contrariam opinionem probat gloſ. 1.in fine in cap.præſenti de ſen.excomm.lib.6. ſequitur Sayr.de cenſ.lib.3.cap.23.n.18.& videtur expreſſa deciſio in cap.dilectis 55. de appell. at alij vruntur diſtinctione de qua Barbos.alleg.38.num.3. fol.327.par.1. qui cumhac diſtinctione dicitpoſſe admitti iñ ſecurius& indiſtincte tener,nullũ interdictum locale, vel etiam perſonale à iure, vel ab homine prolatum poſſe ab inferioribus Romano Pontifice ſuſpendi ad tempus.

116 Errat Epiſcopus non ſeruans interdictum generale ſiue interdicatur Ciuitas. Prouincia regnum ſiue vniuerſitas ab ipſomet *E*piſcopi prolatum docent Siluef in ſum.v. interdictum 6.§.1.Henriq.lib.13.de excomm.cap.50,§.1.& *E*piſcopum violantem ſuum interdictum incurrere pœnas iuris, & irregularitatem Barbos. alleg. 38.

nu.10.

num. 10. fol. 239. par. prima cenſet.

117 Errat Epiſcopus imponens interdictum generale pro culpa vnius priuati hominis niſi ex ſpeciali commiſſione Papæ id fiat argumento text. in extrauag. prouide de ſent. excomm. Barbos alleg. 38. n. 17. fol. 330. par. 1.

118 Errat Epiſcopus abſoluens percutientem clericum, nam hæc eſt reſeruata ſum. Pontifici cap. ſi quis rendente 17. q. 4. & in cap cum illorum de ſent. excomm. late agunt Nauarr. in man. cap. 27. n. 76. Tolet in inſtitut. Sacerd lib. 1. cap. 31. Carol. de Graſſis de effect. clericor. effectu, q num. 148. Suar. tom. 5. de cenſur. diſput. 22. Sayr. eod. tract. lib. 3. cap. 26. Molin. de Iuſt. & Iur. tom 4. diſp. 51. Bonacin. de cenſur. diſp. 4. Aliquando poſſunt Epiſcopi à prædicta cenſura abſoluere caſus recenſet Barbos. alleg. 41. n. 2 fol. 348,

119 Errat Epiſcopus diſpenſans ad ordines corpore vitiatos ad ſolum enim Papam ſpectat. Mandos in tract. ſignat. grat. tit. diſpenſatio. Selua. de benefic. par 3. quæſt. 5. n 31. in tertia qualit. Conarr. in clem. ſi furioſus par. 1. n. 7. Nauar. in man. cap. 27. n. 98. & n. 100. Molin. d. diſput. 70. num. 19. Vgolin. cap. 52. §. 3. Sayr. d. lib 6. cap. 8. n. 1. Bonacin. d. punt. 2. n. 36. Mirand. in manual. prælator. tom. 2 quæſt. 8. art. 3. in quibus caſibus poſſit vide Barbos. alleg. 42. n. 59. fol. 356. p. prima.

120 Errat Epiſcopus diſpenſans in infamia iuris, & irregularitate quæ ex ipſa procedit quia ſolus Papa in ea diſpenſat; in illa verò quæ oritur ex infamia facti qualis eſt, quæ naſcitur ex crimine aliquo notorio Epiſcopus diſpenſat. Miran. in manuale prælat. tom. 2. quæſt. 8. art. 5. concluſ. 1. Ioann. à Cruce de ſtatu regul. lib. 1. cap. 6. dubit. 17. item infamia poteſt auferri per Epiſcopum diſpenſantem ſuper delicto. Barbos, alleg. 43. n. 30. fol. 358. par. 1.

121 Errat Epiſcopus diſpenſans ad ordines ſodomitas Ceuall comm. contra Comm. quæſt. 248 n. 10. Salſed. ad Bernar. in practica cap. 89 Barbos. alleg. 44. fol. 359. nam Epiſcopi cum conuictis in crimine nefando, & iniudice condemnatis nullo modo poſſunt diſpenſare, neque eos promouere ad ordines, aut poſt promotionem, vt in illis poſſint miniſtrare, cum infamati iudice de crimine enormi ipſo iure ſint irregulares, vt probat Nauar. in ſuo man. ca. 24. nu. 248. in qua irregularitate ſolus ſum. Pont poteſt diſpenſare. Miran. in manual. prælat. tom. 2. quæſt. 8. vbi aſſerit neque reſ gionum prælatos facultatem habere diſpenſandi cum huiuſmodi conuicto.

122 Errat Epiſcopus diſpenſans ad ordines cum bigamis, & in hoc ſunt tres opiniones verior tamen opinio docet non poſſe etiam ad ordines minores, aut ad primam tonſuram, & ad beneficium ſimplex, quia cap. vlt. de bigam. in 6. ſumptum eſt ex Concil. Lugdun. generali, & generaliter indicat Concil. Trid. ſeſſ. 23. de refor. ca. 17. & Epiſcopus nequit in decreto generalis Concil. diſpenſare hanc ſententiam tenet Couarr. in clem. ſi furioſus p. 1. §. n. 2. nu 4. Tolet in ſum lib. 1. cap. 26. n. 8. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Arch. Neap. deciſ 331. & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe deciſum teſtatur per ſacram congregationem Nicol. Garſia de benef par. 7. cap. 6. n. 5. Molfet. in ſum. tract. 6. cap. 7. num. 28. Secunda opinio docet poſſe Epiſcopum diſpenſare ad ordines minores, & ante ſuſceptos. & ad beneficia ſimplicia quæ ante poſſidebat, vt retineat. Ita Ang. vero bigamus n. 8. Nauar. in man. cap. 27. nu. 197. Valent. 4. par. diſput. 7. qnæſt. 19. pun. 3. Viual. in ſuo Candel, p. 2. n. 34.

Tertia ſententia quę prædictis receptior eſt affirmat poſſe epiſcopum diſpenſare vt accipiat ordines minores, ſuſceptiſque vtatur. d. Thom. in 4. diſt. 27. queſt 3. art. 3. vbi Palud. queſt. 4. art. 5. concluſ. 4. Dutan. qneſt. 3. glo. verbo diſpenſare in fine, & in cap. 2. de bigamis. Ledeſma de matri. queſt. 66. art. 5. Iacob. de graſſis in aurea decis lib. 4 cap. 27. num. 38. Borgas de Irregul. part. 5. tit. de Bigamis num. 8. Henriques lib. 12. cap. 6. §. 11. Bonac. de cenſ. diſput. 7. qneſt. 2. punt. 5. num. 15. Azor. inſt. moral. part. 2. lib. 5. cap. 20. queſt. 2. & lib. 6. cap. 4. qneſt. 8. Suar. de cenſur. lib. 6. num. 11. Anila de conſ. part. 7. diſp. 7. dub. 4. Sanchez lib. 7. diſp. 86. num. 11. Barboſ alleg. 49. fol. 373. num. 25. in prima part. ſententię tanqua probabiliori adheret. limit. tamen in Bigamia interpretatiua quę oritur ex dupplici matrimonio neutro valido, aut altero valido, altero irrito poterit Epiſcopus diſpẽſare ſi delictum ſit occultum virtute Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de refor. ita Henriq; d. cap. 6. in fine, & ſanches dicta diſput. 86. num. 13.

In ſimili tudinaria bigamia volunt multi non poſſe Epiſcopum qnamuis clericus

vnicam & virginem duxerit ſic Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 33. nu. 7. alij contrariũ tenent poſſe quamuis corruptam duxerit ſic Palat in 4. diſt. 27. diſp. 4. & ſuppone te videtur Henriques d. cap 6. num. 11. Doctores diſtinguunt ſi clericus cum vnica & virgine contraxerit poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſecus ſi cum vidua vel corrupta vel dupplex iniuit matrimõium Barboſ. alleg. 49. fol. 373. num. 26. in prin par.

123 Errat Epiſcopus abſoluens in caſibus reſeruatis Sum. Pont. Coriolan. de caſ. reſeruat. par. 1. ſect. 2. art. 1. num. 7. Acoſta in explic. bullę cruciatę queſt. 42. vndecim caſus recenſet Barboſ. de potet. Epiſcop. in 3. part. fol. 8. alleg. 50. nu. 3. quæ in ordinibus conferendis. quæ in beneficijs, quę circa Iuris interpretationem quę quo ad religioſos, quæ in bulla in cęna & fol. 25. habes catalagum ex cõmunicatiõum reſeruatarum Papę extra bullam in cęna. exquibus colligi poſſunt tot errores quot ſunt caſus Papę reſeruati, ſunt enim numero plus vel minus quaſi 284. de quibus demptis excommunicationibus quarum nulli ſunt reſeruatæ abſolutiones ideo poſſunt Epiſcopi ab eis abſoluere, quæ ſunt fere 77. remanent reſeruatæ Papę 207. quibus additis quhuc vſque numeranimus ſunt ſanę errores Epiſcopales nu n. 350

124 Errat Epiſcopus ſibi reſeruens multos caſus latiſſime agit Barboſ. alleg. 51. in 3. par. fol. 39. vſque ad folium 63. & alleg. 52.

125 Errat Epiſcopus, abſens à ſua Eccleſia vltra tres menſes in anno conceſſos à Cõcil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. de reform. & ſeſſ. 23. cap. 1. & refor. Azor. inſt. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. Vgolin. de pot. Epiſ. cap. 4. §. 13. Santarell. var. reſolut. à quæſt. 1. vſque ad quæſt. 16. Barbos. alleg. 53. fol. 67. in 3. par.

126 Errat Epiſcopus non eligens vicarium generalem ſicut tenetur, virum probatæ vitæ timentem Deum liberalem ſortem magnanimum Sbroz. de vicar. Epiſ. lib. 1. quæſt 33. & quęſt. 34. Dicit non expedire eligere externum vicarium vt habeat ſubditorum mores cognitos Cuce. inſt. can. de Vicario Epiſcopi Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 12. vbi dicit iure præſumi originarium maiori fide, & diligentia adminiſtraturum. S. Carolus aliter ſentiebat de quo Carolus a baſilica S. Petri in eius vita lib. 7. cap. 36. ſic ait: Vicarium verè generalem in primis grauem pietate, religione neque prę ceteris doctrina ſpectatum, iuris conſultum præterea diſciplinę ſacræ ſtudio incenſum, ſacerdotem eligebat hos vero nempe vicarium, & ſuos alios, quantum ad ciuilia tum ad criminalia deputabantur adhibere exteros ſolebat, ne fortè amicitia, propinquitate gratia, aut veto metu adducti ius aliquo modo quandoq; violarent minusvè liber e dicerent de electione Vicarij habes in Barbos. alleg. 54. fol. 83. in 3 parr.

127 Errat Epiſcopus in electione Vicarij multipliciter. non poteſt eſſe laicus, clericus coniugatus non poteſt eſſe bigamus licet effectus ſit clericus. non monachus, & religioſus niſi de conſenſu ſui ſuperioris Debet eſſe peritus ad munus ad quod eligitur, & quæ non veniant in generali mandato Vicariatus recenſet Barbos. alleg. 54 fol. 94, in 3. parte.

128 Errat Epiſcopus conferens beneficia reſeruata Papę per regulas Cancellariæ vacantia in curia, & ea in quibus Papa manum appoſuit. Regulariter enim ad ſolum Papam ſpectabat collatio omnium beneficiorum in vrbe, & in toto orbe deinde ſum. Pontifex conceſſit Epiſcopis vt quilibet in ſua diœceſi beneficia ibi exiſtentia potuiſſent conferre c. p. omnes baſilicę cap. nullus, 16 q. 7. de Barbos alleg. 57. fol. 115. in tertia parte, & de beneficijs reſeruatis à Papæ vſque ad fol. 145. ex quibus colligi poſſunt tot errata in Epiſcopo, quod beneficia ſunt reſeruata Papę, quæ poſſunt addi ſupra numerum hue vſque relatum, vt ex Barboſa numerari poterit, quę ferè centum ſunt. erunt itaq; omnes pro modo 460.

129 Errat Epiſcopus ſi fiat concurſus in vacatione parochialis Eccleſię non iuſta formam Concil. Trid. & collatio erit nulla, & reſeruatur Papę, quę forma non poteſt omitti etiam ſi vellet parochialem conferre perſonę quantumuis idoneę, doctę benemeritæ ita Rota apud ſatinę 151. Garſias de benef. par 9. cap. 2. num. 102. Aloyſ. Ric. reſolut. 351. nu. 2. de materia concurſus vero Barbos alleg. 58.

130 Errat Epiſcopus non viſitans ſingulis annis, vel ſingulis duobus annis ſuam diœceſim, & non ea præſtans quę iuxta formã Concil. Trid ſeſſ. 24 cap. 3. de reform. tenetur ſit enim ſcopus Epiſcopo præcipuus fidem, & orthodoxam doctrinam expulſis

hę-

hæretibus docere, inducere bonos mores, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus, ad religionem, pacem innocentiamque accendere, cætera pro vt locus, tempus, & occaſio expoſtulabit.

131 Errat *Epiſcopus*, ſi auferat vni pluras beneficia, & ſi vnus non ſufficiat ad ſubſtentationem poterit aliud ſimplex conferre habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. de reform. de iuris materia agunt Nauar. in man. cap. 23. nu. 123. & de hor. can. cap. 22. & conſ. 14. alias conſ. 11. Salſed. ad Bernard. in pract. cap. 48. Azor. in inſt. moral. par. 1. lib. 2. cap. 12. & lib. 5. cap. 19. par. 2. lib. 3. cap. 7. queſt. 4. & cap. 8. queſt. 6. & cap. 9. queſt. 3. & cap. 10. queſt. 4. & cap. 11. queſt. 23. Molfet. in ſummatract. 6. cap. 9. Garſia de benef. par. 11. cap. 5. n. 268. Aloy. Ricc. deciſ. 236. cuius diſpoſitioni ſi quis contrafacere intenderit peccabit mortaliter Barbos alleg. 62. fol. 169.

132 Errat Epiſcopus puniens in viſitatione delicta pœna ordinaria, quia tantum extraordinaria poteſt, magis enim morum emendationem, aut correctionem quam ordinariam delicti vindictam requirete debet, in his procedit Epiſcopus appellatione remota & querela etiam ad ſedem Apoſtolicam interpoſita, quę executionem nullo modo impedire, aut ſuſpendere debet ita Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 10. de reformar. Iancell. de attent. lim. 18. num. 6. Marchin. de commiſſ. part. prima de commiſſ. extra cur. Rom. cap. 6. aum. 78. Aloyſ. Ricc. in praaurea reſolut. 7 num. 1. dummodo Epiſcopi procedant ſine proceſſu, & ſine ſcriptis, carcerando, & carceratos retinendo. Barboſ alleg. 73. fol. 221.

133 Errat Epiſcopus viſitationem agrediens ſi proponat edicta, quibus ſubditi iubeantur crimina detegere, multoq; minus propoſita pœna excommunicationis itaq; cenſuit ſacra congregatio relata á Barbos alleg. 73. n. 29. fol. 221.

134 Errat Epiſcopus vltra procurationem aliquid recipiens in viſitatione, non tantum ipſe, ſed nec quiſquam ſuorum, ſub pœna maledictionis & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ac reſtituendi duplum infra menſem; non obſtante remiſſione parris cap. 1. §. prohibitiones, & cap. exigit de cenſib. lib. 6. innouatum in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform; ſubqua prohibitione non cenſetur ſublatum cathedraticum, quod ſingulis annis ſolet exigi ab ordinario, tum in viſitatione quam extra.

135 Errat Epiſcopus ſi vltra procurationem munera qualiacunque & quomodocunque illi offerantur á viſitatis recipiat, appellatione victualium comprehendun tur illa, quę ſunt ad victum, non vero illę quę concurrunt alia neceſſaria perſonę, vecturas ſcilicet ex ferraturas equorum, quæ viſitati non tenentur præſtare niſi viſitrator eſſet prælatus á ſum. Pontifice delegatus, tunc ei debentur mercedes equorum, & viaticum vt de loco ad locũ commode poſſit tranſire Zerol. in praxi Epiſcop. V. viſitatio §. 6. dub. 5. & dub. 3. Mar. Ant. Gen. in manuali paſtorum cap. 25. de delegato Pontificis Clem. 2. de cenſ. Azor. in inſt. meral. par. 2. lib. 3. cap. 42. queſt. 8. vide Barb. in collecc. cap. cum Apoſtolus de conſ. & procur.

136 Errat regulariter *Epiſcopus* commutans voluntatem teſtatoris ad pias cauſas Tiraq. de priuil. 135. Nauarr. conſ. 2. nu. 7. in ann. 9. & 17. in nouis ſub rit. de reb. Eccl. nõ alien. Mar. Ant. Gen. in prax. Epiſcop. cap 59. nu. 1. Henriques in ſumm. lib. 7. cap. 37. §. 2. litt F. & lib. 9. cap. 22. §. 6. litt. M. Emamuel queſt. regular. tom. 2. queſt. 135. art. 9. dantur tamen caſus in quibus poteſt de quibus Barboſ. alleg. 83. fol. 256. in 3. par.

137 Errat Epiſcopus concedens indulgentias vltra 40. dies cap. ex eo de penit. dum dedicatur Baſylica conceſſa non extenditur extra annum Henriques lib. 7. cap. 31. §. 2. & ſi vltra 40. dies concedit in alijs valebit pro 40. dies tex. in cap. in dulgentię de penit, in 6. Bloy. Ricc. in praxi. fori Eccleſ. deciſ. 117. nu. 5. in prima edit. & reſolut. 102. num. 5. in ſecunda edit ſuar. diſp. 155. ſeſſ. 3. 1. 11. Nauarr. de indul. not. 31. nu. 16. Azor. cap. 15. queſt. 6. Bonacin. diſp. 6. queſt. prima punt. 3. num. 3. Barboſ. alleg. 88. fol. 288. 3. part.

138 *Errat Epiſcopus* concedens licentiam legendi libros prohibitos Nauarr. conſ. 1. queſt. 36. ſub tit. de conſtit. Azor. inſt. moral. par. 1. cap. 16. queſt. 7. Sanches in præceptis decalog. cap. 10. nu. 56.

139 *Errat Epiſcopus* condens ſtatuta contra Canones cap. inſtitutionis 25. queſt. 2. & contra conſuetudinem rationabilẽ legitime preſcriptam clem. ne Romani de elect. Abb. in cap. fin. de conſuet n. 7. & ibi

7. et ibi Rochus de curte ſect. 3. numer. 7. & 9.

140 Errat Epiſcopus concedens alienationem rerum eccleſiaſticarum, nam licet antiquitus liceret Epiſcopis per extrauag. Pauli II. Ambitioſe de reb. eccleſ. non alien. prohibita fuit omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienatio aut omne pactum, quo ipſum dominium transfertur ſed in quibus caſibus id facere liceat Barbos alleg. 95. fol. 303.

141 Errat Epiſcopus approbans noua miracula ſecundum vnam opinionem pro qua facit text. in cap. audiuimus de reliq; & vener. ſanctorum: facit etiam text. in cap. venerabili de teſtib. facit Bull. Leonis X. quibus non obſtantibus pars affirmatiua tenenda eſt, quam probat Concil. Trident. ſeſſ. 25. de inuoc. & vener. ſanct. Franc. leo in theſaur. ſor. eccleſ. par. 2. cap. 1. n. 21. Hom. bon. in exam. eccleſ. tract. 12. cap. 3. queſt. 16. reſpondet ad contrariaBarbos. alleg. 97. fol. 320. n. 3. & ſeq.

142 Errat Epiſcopus approbans reliquias perſonæ non dum canonizatæ ac eas publicè venerandas exponens, capit. ſin. de reliq. & vener. ſanct. & abſque ſum. Pontificis licentia non eſſe ad orandas dicendum eſt, quod non eſt derogatum per Concil. Trid. ita tenet Suar. tom. 1. in 3. par. quæſt. 25. diſput. 5. ſect. 2. Sayr. in claui regia lib. 4. cap. 7. n. 3. Azor. inſt. moral. par. 1. lib. 9. cap. 8. & par. 2. lib. 2. cap. 26. queſt. 2. queſt. 4. & lib. 5. cap. 6. queſt. 1. Sanchez in præcep. Decalog. tom. 1 lib. 2. cap. 43. niſi eſſent alicuius ſancti antiqui, nam ſacra congregatio cenſuit illas quæ fuerint antiquæ habendas eſſe in illa veneratione quâ hactenus habuerunt illud tamen aduertendum duxit Barbos. alleg. 97. n. 12. quod ſi reliquiæ fuerint denuo inuentæ alicuius, qui iam pridem in ſanctorum numerum relatus ſit coli poſſint etiam publicè prius tamen eas cognoſcente, & approbante Epiſcopo vt reſoluit Azor. dicta quæſt. 8.

143 Errat Epiſcopus non ſtatuens numerum Monialium in monaſterijs quę ibi commode poſſent viuere, iuxta quantitatem reddituum Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. quod decretum confirmatum eſt bullis Pont. Pius V. præcepit, ne plures moniales in earum monaſterijs recipiantur, ſiue recepi, & admitti permittantur, quem ex proprijs redditibus ipſum monaſterium vel ex conſuetis elecmoſynis commode ſuſtentari valeant deinde Gregor. XIII. in conſtitutione incipiente: Deo ſacris, innouit ordinarijs vt præfatum ſtatuant numerum in monaſterijs ſibi ſubiectis, etiam exemptis vt conſtat ex verbis d. conſtitutionis ex quibus colligit Nauar. in cap. ſtatuimus n. 57. verſ. 3. notab. quæſ. 3. Homobonus in exam. eccleſ. in c. 3. quæſt. 15. vbi citat Sanchez lib. 7. ca. 23. n. 3. docentē ordinarios locorum ſub pœna peccati mortalis ad id faciendum obligari ex illis verbis appoſitis in conſtitutione: ſuperq; ordinariorū conſcientiam oneramus. Barbos tranſcribit bullas Paul. V. Greg. XIII. & Vrbani VIII. alleg. 98. fol. 324. in tertia parte.

144 Errat Epiſcopus ſecundum vnam opinionem concedens licentiam monialibus retinendi aliquod peculium pro ſuſcurrendis earum neceſſitatibus arg. textus cap. cum ad monaſterium de ſtatu. mon Felin in cap. cum min. 26. de conſtit. & Carol. Tapia in auth. ingreſſi c. de ſac. ſanct. eccleſ. cap. 3. nu. 54. affirmatiua tamen eſt communior & receptior eſt, ita Nauarr. tom. 2. de regular. in antiquis alias conſ. 24. nu. 5. de ſtat. mon. Emanuel. queſt. regul. tom. 3. queſt. 29. art. 8. & in ſumma tom 2. cap. 3 1. n. 3. Azor inſt. moral. par. 1. liber cap. 12. q. 1. Sanchez lib 7. cap. 22. n. 5. aſſerentes text. in dicto cap. Cum ad monaſterium interdicere regulariter, & vniuerſaliter eorum importunitatem, & leues cauſas, ſecus quando ex cauſis grauibus, & iuſtis, ſed adhuc dubitatur an per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2 de regul. hoc ſit correctū vide Barbos alleg. 103. fol. 355. in tertia parte n. 6. non eſſe correctum, & ſecundum Sanches hodie licere ex iuſta cauſa concedere cuicunq; religioſo, licet non ſit officialis ordinis administrationem aliquorum bonorum ſtabilium nutu ſuperioris amouibilem, vnde inferrur monialibus non licere poſſidere propria, & ſi quid legatum relictū, datumue ſuerit, vel earum labore, aut induſtria partum tradi debere Abbatiſſę quę ex eo primum monialis ipſius, cuius cauſa id quæſitum eſt neceſſitati prouideat, reliquum conferendum cenſent in vſum Monaſterij.

145 Errat Epiſcopus conferens primam tonſuram illiterato ſuſpenditur per annum

num à collatione illius cap. vlt. de temp. ordin. lib. 6. Bonacin & alij alleg per Barbos alleg. 111. fol. 391. num. 5. in tertia parte.

146 Errat Epiſcopus conferens primam tonſuram illiteraro, & ſuſpenditur per annum ab illius collatione cap. vlt. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 12. num. 18. Molſet. in ſum. moral. tract. 2. cap. 17. nn. 8. ſed hanc ſuſpenſionem non eſſe in vſu affirmat Emanuel sá. v. ſuſpenſio num. 13. Bonacin. de cenſ. diſp. 3. q. 6. pun. 5.

147 Errat Epiſcopus conferens primam tonſuram non ſuo ſubdito cum literis dimiſſorijs ſi careat teſtimonio ſui ordinarij de moribus, & vita, & per annum ſuſpenditur Concil. Trid. ſeſſ. 23. capit. 8. de refor. Tolet. par. 1. cap. 48. num. 4. Suar. diſp. 31. ſect. 5. num. 6. Sayr. lib. 5. cap. 12 num. 13.

148 Errat *Epiſcopus* conferens primam tonſuram coniugato niſi velit religionem ingredi multos alios errores colligе ex Barbos alleg. 3. Molſ. in ſum. morali tract. 2. cap. 17. n. 17.

149 *Errat* Epiſcopus ordinans indignum, & minime idoneum *Sacerdotem*, & ſuſpenditur à collatione ordinis Sacerdotalis cap. ſi quis Epiſcop. 1. quæſt. 1. Sayr. lib. 4. cap. 12. n. 17. Suarius tom. 5. diſp. 31. ſect. 5. num. 2. Bonac. d. punct. 5. par. 1. quæſt. 6.

150 Errat Epiſcopus ordinans abſque tit. beneficij eccleſiaſtici, vel patrimonij religioſos non profeſſos, vel illos qui intra clauſtra monaſteriorum mote regularium in commune viuentes nunquam, ſeu non niſi ad certum tempus profeſſionem emittunt ſuſpenſus eſt Epiſcopus per Bull. Pij V. in cap. Romanus Pontifex de ann. 1568. Filiuccius tract. 17. nu. 142. Greg. XIII. an. 1582. & per aliam Bullam declarauit Clericos, & Religioſos ſocieratis Ieſu non comprehendi non omiſſa profeſſione ſine qua ſunt vere religioſi, vt declarauit Greg. XIII. in bull. Aſcend.

151 Errat Epiſcopus dum non ſeruat quæ habentur in cap 4. de Iur. iur. & ſic contraueniens errahit ſepties.

152 Errat Epiſcopus ferens ſententiam ſuſpenſionis vel excommunicationis trina monitione non præmiſſa cap. reprehenſibilis 26. de Appell.

153 Errat Epiſcopus ordinans Clericos ſine titulo, vel illos non faciat vel alat de ſuo cap. 2 de Preb

154 Primus ſit error aquo ranquam à ſua cauſa omnes emanant cum ſcilicet *Epiſcopus*, ſiue renuat, ſiue accepter paſtorale munus, etiam oblatum quod ex S. Greg. M. in ſuis regulis paſtoralibus inquidò probare poſſumus is in prima parte moner, ne imperitus ad illud peruenire audeat nulla inquit, ars docere preſumit, niſi intenta meditatione prius diſcatur; ab imperitis ergo paſtorale magiſterium, qua temeritate ſuſcipitur; quando ars eſt artium, regimen animarum. hinc proſequitur; ne quis locum regiminis ſubeat, qui vinendo non perticiat, quę meditando, non didicerit ſunt enim in eo deſpicienda aduerſa, & proſpera formidanda. cuius occupatio ſolidirarem menſis diſſipar, & licet quis virtutibus præeminent, aut qui propriam quierem ſectando onus refugiunt, aut per humilitatem pondus renuant. in has videntur ineſtricabiles anguſtias, & vadoſas ſortes incidere, vt quid faciant neſciant; onus quamuis oblatum, vel ceſpuere vel acceprare, ne cenſeantur in vtroque diuinis iudicijs reluctare Ar quod magis vrget, & hominem aucipitem reddit illud quidem eſt quod idem Sanctus in cap. 10 & 11. primę ſui paſtoralis ſcriptum reliquit, cap. 10. enim, in quis, ille egitur modis omnibus debet ad exemplum viuendi pertrahi, qui cunctis carnis paſſionibus moriens, iam ſpiritualiter viuit; qui proſpera mandi poſpoſuit; qui nulla aduerſa per timeſca, qui ſola interna deſiderat. & cetera. cap. 11. agit de eo qui ad regimen uenire non debeat, inquiens ſolerter ergo ſe quiſque metiatur ne locum regiminis eſſumere audeat, ſi ad hoc in ſe vitium dannabiliter regnat hinc enim ſuperna voce ad Moyſem dicitur, loquere ad Aaron de ſemine tuo, per familias, qui habuerit maculam non offerat panes *Domino* Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius, & ſubiungit. ſi cecus fuerit, ſi claudus, ſi vel parno, vel grandi, & torto naſo ſi fracto pede ſi manu, ſi gibbus, ſi albuginem habens in occulto; ſi ingem ſcabiem, ſi impetiginem incorpore, quę per allegoriam declarat S. Gregorius.

155 *Errat Epiſcopus* etiam cum licentia ordinarijs, vel cap. ſede vacante, in aliena diœceſi ordinationem generalem habens, conferens ordines clericis alienarum

rum diœcesium etiam suas dimissorias habentes, absque noua & expressa ordinarij, vel vicarij licentia; secundum vnam opinionem, quæ nititur in Trident. sess. 6. cap. 5. de reform. cuius hæc sunt verba, nulli Episcopo liceat cuiuscunq; priuilegij prætextu pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de ordinarijs loci expressa, licentia, & in personis eidem ordinario subiectis tantum, si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi sic tradunt Mirand. in manual prælat. tom. 1. quæst. 38. art. 3. Barbos de off. Epis. par. 2. alleg. 4. n. 64. Oppositum tenet March. de sacr. ordi. par. 5. cap. 10. in fine allegat Nauar. Tolet. consentes ita esse vsu receptum Vener. in exam. Episc. lib. 1. cap. 12. n. 52. Diana moral. resolut par 4. tract. 4 resol. 144. Rodriq. in summa par. 2. cap. 14. nu. 7. & sic declarasse sacram congregationem testatur Marchin de sacr. ord. par. 5. cap. 10. in fine.

156 Errat Episcopus circa intelligentiam Concil. Trident. de pot. Episcop. dispensandi in irregularitate contracta ex homicidio occulto ideo notandum est circa intelligentiam Concil. Trid. primum quid nomine subditorum intelligat Concil. an scilicet, loquatur de solis diœcesanis qui proprij subditi sunt, vel etiam comprehendantur, iudices, medici scholares, qui licet in illa diœcesi domicilium non habeant, manent tamen in ea maiori parte anni multi censent posse eos absoluere in irregularitatibus & suspensionibus Papali bus dispensati per Episcopum loci, vbi maiore parte anni desunt. sic Henriques in sum. lib. 14. cap. 20 §. 1. Rodriques part. 2. sum. cap. 100. num. 3. Sanches tom. 1. de Mat. lib. 3. disp. 23. num. 13. & latius in sum. lib. 4. cap. 37. num. 28. & 31. Marchi, arbitratur par. 9. de sacr. ordin. fol. 144. num. 1. opus esse distintione, quam adhibuit Sacra Congregatio his verbis quinon est subditus Episcopo puta. medicus Prætor, & ceteri similes qui tamen habitant in ciuitate, hoc decreto comprahenduntur etiam si commiserint crimina in alijs ciuitatibus, habita tamen hac distintione quod scilicet poterunt ab solui in Sacramento penitentiæ à suis criminibus non tamen dispensari; & ita Sanctissimus Dominus Noster audita relatione Cardinalium declarauit Ratio cur sorensis possit absolui à Papalibus occultis ab Episcopo loci in quo moratur, est quia illa subiectio sufficit ad obtinendum horũ Criminum ab solutionem in foro conscientiæ, quæ subiectio ad Sacramentum pœnitentiæ conferendum deiderat ur; sed quilibet forensis confiteri potest peccata sua in diœcesi, in qua ad tempus moratur Ratio cur. nequeat dispensari in irregularitatibus illa est, quia qui non potest in principali neque in accessorio, sed Episcopus nequit forensibus conferre ordinem, ergo neque dispensare in irregularitatibus quæ sunt accessoriæ ad ordinem. hanc partem amplectitur sub tit. de dispensatione. § consequenter num. 5 assentit Suar. disp. 41. de censur. sect. 2. sub. num. 12. & de relig. tom. 2 tract. de voto tib. 6. cap. 11 qui docet non habere Episcopum facultatem dipensandi in votis seculares, mercatores, & alios quo ad dispensationem votorum lib. 2. op. mor. cap. 11. num. 9. ad finem Garcias de benef. par. 11. cap. 10. qui refert declarationem Concil. Bonac. de cons. disp 7. quæst. 5. punt. 2. num. 4. Barbos de off. Episcop. alleg. 39. num 6. Insuper videndum quomodo intelligantur illa verba Cons. Trid. in diœcesi sua nonnulli requirunt residentiam Episcopi in suo Episcopatu & diœcesi, vt hac facultate vti valeat. Alij referunt illa verba ad subditos, quos dicunt residere debere intra dioceſim quare existentes extra, nec poterunt absolui à Papalibus, à proprio Episcopo. Alij referunt illa verba tam ad Episcopum quam ad subditos, ita vt vtrique debeant existere intra dioceſim Alij detique non requirunt residentiã Episcopi aut subditi intra dioceſim, sed est sensus licere Episcopo absoluere à Papalibus occultis, & dispensare etiam irregularitatibus subditos quoscumque in sua diœcesi, ideſt sue diœcesis vbicunque ita Episcopus vel subditus, vel quomodocunque sint subditi, vel modo confuetos: quia ibi domicilium habeant, vel quia indiœcesi sua inueniantur tanquam aduenæ & peregrini, quam postremam interpretationem habet Sanches oper. mor. cap. 11. num. 17. & 18. Marchin. tamen de sac. ord. part. 9. fol. 144. num. 8. vtitur hac distintione; nam vel est sermo de facultate Episcopi dispensandi in irregularitatibus, & suspensionibus Papalibus occultis; vel est sermo de pote-

poteſtate abſoluendi à caſibus, & cenſuris ſedi Apoſtolicę reſeruatis priori modo conſtanter aſſerit hanc facultatem nõ fuiſſe à concilo limitatam ad Epiſcopum, vel ſubditum intra diocęſim exiſtentẽ, ſed vbicunque fit iſte vel ille poterit *Epiſcopus* exercere hanc facultatem, etiam in ſubditos extra diocæſim exiſtentem, quod late probat num. 9. & ſeq.

At videndum eſt an *Epiſcopus* poterit hanc facultatem delegare, quippe Vicario nempe pio, & docto confeſſario, & an hęc facultas ſit delegabilis ad ſolos caſus particulares, vel ad omnes prõ tempore occurrentes: per illa verba: vel per Vicarium ad id ſpecialiter deputandum videtur concil. diſponere hanc facultatem non venire in mandato generali ſed competere ex mandato ſpeciali ita Sbrocius de off. vicar. lib. 2. queſt 19. num. 2. & queſt. 179. & 18. & 184 eodem modo nomine Vicarij non intelligit Concil. Vicarium generalem tantummodo, ſed quemcunque alium, cui vices *Epiſcopus* demandabit qnare poterit hanc facultatem committere pio, ac docto cõfeſſario, præſertim pœnitentiarijs ſic intellexerunt hunc locum concilij Sanches lib. 2. de matr. diſp. 40. qneſt. 2. num. 17. Fagund. par. 2. de qnia *Eccleſ.* præ. lib. 8. num. 26. Henriques lib. 14. de Irregul. cap. 19. & lib. 6. de pęn. cap. 14. hanc facultatem ampliat March. de Sacr. Ord. par. 9. fol. 145. num. 15. & ſeq. & limitatur ſub. num. 18. in his. poterit errare *Epiſcopus* ſecundum vnam vel aliam ſententiam

157 Errat *Epiſcopus* diſpenſando in aliquibus caſibus, non obſtante Canone concil. tridenc ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat. recenſet marchin. de ſacr. ordin. par. 9. cap. 3. fol. 152.

Primus eſt, in male promouente ad ordines quo ad delictum etiam ſi occultum 2. in ordinante, vel ordinato ſimoniace prętio interueniente

3. eſt Violatio clauſuræ monialium

4. eſt hęreſis occulta exterior, à qua nequit *Epiſcopus* abſoluere de qua egit par. 9. cap. prec. diſt. 9.

5. ſunt omnia delicta in bulla Cœnę ſoli Pontifici reſeruata

6. eſt abortus ex conſt. Sixti V. incipi effrenatũ, quam tamen modetauit Greg. 14. incipit: ſedes Apoſtolica pia mater

7. duellum, tam in Terminis Trid, quam bullæ Sixti V. & Clem. 8.

Errabit Epiſcopus abſoluens hos caſus quamuis occultos prætextu Canonis cõcilij ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. hanc ſetibebat cum morte appreſſus nec relegere potuit quæ notauerat Tu Lector boni conſule laborem noſtrum.

FINIS

INDEX
RERVM NOTABILIVM QVAE IN Synopſi errorum continentur.

Prior numerus paginam oſtendit, Secundus numerus marginalem.

A

NOn poteſt Epiſcopus abſoluere percuſſorem Clericiſol. 331.nu. 118.
Non poteſt abſoluere caſus Summo Pontifici reſeruatos ſol. 332. num. 123.
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum non poteſt concedi ab Epiſcopo. ſol. 334.nu. 140.
Non poteſt abſoluere duellantes ſol. 319. num. 48.

B

BEneficia reſeruata Papæ non poſſunt ab Epiſc. conferri.ſol.332.n. 128.
In collatione beneficiorum curatorum debet inſtitui concurſus. n. 129.
Plura beneficia non poſſunt conferri.333.134

C

Clerici notorij concubinarij non poſſunt ordinari.ſol.318.n. 37.
Nec Sodomitæ publici & notorij.n. 38.
Confeſſarius non poteſt eligi ab Epiſcopo non ſuo ſecundum quosdam.fol.327.n. 95.
Quomodo in confirmatione poſſint non admitti duo ſuſceptores.n. 96. & 97.
Contactus materiæ in ſacris ordinibus eſt neceſſarius ſiue phyſicus ſiue per æquiualentiam.fol.314.n. 1.
Contactus materiæ ſatis eſt ſi ſit ſimul in eodem tempore morali cum prolatione verborum.n. 2.
Non poteſt diſpenſare Epiſcopus vt fiant denunciationes matrimoniales in diebus feriatis. fol.327.n. 99.
Nec ſi non interueniat iuſta cauſſa. n. 100.
Debet tamen diſpenſare in his denunciationibus interuenientè iuſta cauſſa. ſ.328.n.102.
Non debet diſpenſare circa triennium ſuſpenſionis cum paroco interueniente in matrimonio clandeſtino. n, 103.
Multa de poteſtate diſpenſandi. n. 104.
Poteſt diſpenſare in proprijs conſtitutionibus etiam ſine cauſſa. 105.
Si tamen id faciat ſine iuſta cauſſa valide, ſed illicite facit. n. 106.
Multo magis ſi ſine firmatę cum iuramento. num. 107.
Vel editis in Sinodo prouinciali. n. 108.
Vel confirmatis à pontifice. 109.
Non poteſt diſpenſare ad ordines cum corpore vitiatis.fol 331. n. 119.
Nec in irregularitate orta exinfamia iuris.120
Nec cum Sodomitis conuictis in iudicio. 121.
Nec cum Bigamis.n. 122.
Nec cum nepotibus aut filijs hæreticorum in irregularitate.fol.318. n. 36.

D

Non poteſt diſpenſare cum irregularitatibus, & ſuſpenſionibus etiam ex delicto occulto prouenientibus niſi in ijs in quibus indulſit Tridentinum.fol.318. n. 39.
Non poteſt diſpenſare quoad vſum minorum ordinum poſt homicidium voluntariũ.n.40
Nec in irregularitate orta ex occulta mutilatione. 41.
Nec ex illo orto ex homicidio caſuali.fol.319. nu. 42.
Nec cum accuſato ſed non dum abſoluto.n.43
Nec cum conuicto in iudicio. n. 44.
Nec cum Medicis Mercatoribus ſcholoribus ſi ſint non ſui. nu. 45.
Nec in irregularitate Iudicis aut teſtium orta ex defectu lenitatis.n. 46.
Nec in illa quæ oritur ex ſuffocatione fœtus animati.n. 47.
Nec poteſt diſpenſare ad ordines cum illegitimis nec ad beneficia aut dignitates.ſ.320. nu. 52.
Nec cum Neophito. 53.
Quibus vero cauſſis poſſit.nu. 54.
Nec poteſt ordinare ſeruos inuitis dominis. num. 55.
Non poteſt diſpenſare in interſtitijs vigore dimiſſorialium cum hoc ſpectet ad proprium ordinarium.fol.316.n. 26.
Nec in interſtitijs poteſt diſpenſare cum ſuo familiari ſi non ſit ſuus.n. 28.
Nec poteſt in ijs ſine cauſſa. n. 27.

Epi-

E

EPiscopus ordinans ante ætatem punitur pœna suspensionis fol. 314. n. 3.
Peccat ordinans non suum subditum sine litteris dimissorijs. n. 8.
Non potest confirmare non suos etiam in propria diœcesi. nu. 9.
Potest aliqua facere circa suos ratione originis fol. 315. n. 10.
Potest ordinare ordinibus minoribus ratione domicilij. n. 11.
Non potest ordinare ad titulum beneficij simplicis si habet beneficium curatum requirens residentiam. n. 12.
Nec non subditum sub prætextu quod habeat pensionem in sua diœcesi. n. 13
Nec si habeat patrimonium in sua diœcesi. 14
Nec ad titulum beneficij tenuissimi. f. 316, 16.
Episcopus conferens primam tonsuram non subdito suspenditur. n. 19.
Non potest exercere ea quæ sunt ordinis ante consecrationem. fol. 325. n. 89.
Non debet esse cupidus fol. 326. n. 90.
Debet visitare. nu. 91.
Non debet thesaurizare. 92.
Debet curare internas virtutes. n. 93.
Non potest dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium nisi in vrgentissima causa fol. 330. n. 110.
Circa impedimenta superuenientia quæ possit duplex opinio n. 111.
Presente Nuntio Apostolico an possit dispensare Episcopus fol. 330. nu. 112.
Potest *Episcopus* dispensare in iuramentis & votis si adsit iusta causa nu. 113.
Non potest tamē in quinque reservatis n. 114.
Episcopus debet seruare interdictum generale num. 116.
Non potest abesse a sua Ecclesia vltra tres menses fol. 332. num. 125.
Debet eligere Vicarium Generalem idoneum num. 126.
Debet visitare singulis annis vel singulis duobus annis suam diocesim nu. 130.
In Visitatione debet punire delicta pœna extraordinaria fol. 333. nu. 132.
In Visitatione non debet proponere edicta quibus præcipiat vt reuelentur crimina occulta num. 133.
Potest concedere Indulgentias ad 40. dies. num. 137.
Non potest condere statuta contra canones aut consuetudinem iusto præscriptā n. 139.
Episcopi munus grauissimum ac metuendum fol. 335. num. 154.
Quid possit Episcopus circa Irregularitatem ortam ex homicidio occulto fol. 336. n. 156.
Extrema vnctio debet dari non in oleo veteri fol. 327. nu. 98.
Episcopus non debet dispensare in interstitys cum eo qui alibi habet domicilium fol. 315. num. 15.

I

INterdictum non potest suspendi ad tempus fol. 330. num. 115.
Interdictum non debet poni pro culpa vnius hominis fol. 331. num. 117.

L

LIbros prohibitos legendi facultatem nō potest concedere *Episcopus* fol. 333. n. 138.

M

MIssarum onera non potest Episcopus reducere fol. 325. nu. 85.
Nec potest vsi facultate ad illa moderanda quam concessit Tridentinum nu. 86.
Nec tamen sine iustissima causa nu. 87.
Missam dicere in oratorio priuato non potest cum licentia Episcopi nu. 88.
Matrimonia possunt celebrari domi ex licētia Episcopi fol. 328. nu. 101.
Miracula noua non possunt approbari sine conditionibus Tridentini fol. 334. n. 141.
Monialis debent habere numerum determinatum ab *Episcopo* fol. 334. nu. 143.
An possit concedi peculium monialibus fol. 335. num. 144.

O

POtest ordinari puer & amens n. 5.
Ordinans sine dimissorijs proprijs ordinarij fol 316. num. 23.
Ordines minores conferri non debent eodē die, neque omnes quatuor sine causa numero 24.
Neque debet promoueri ab Acolytatu ad subdiaconatum eodem die num. 25.
Tempore ordinationis Generalis non debet ordinari ordinibus minoribus die dominico num. 29.
Si quis habeat rescriptum vt possit ordinari extra tempora si ab examinatoribus datis votis non fit repertus idoneus non potest vigore eiusdem rescripti habere tempus ad addiscendum num. 30.

Mate-

Materia ordinis Sacerdotalis eſt cõtactus calicis & patenæ, & moraliter hoſtiæ & vini fol. 314. num. 3.
Materiæ ordinum minorum debent tangi n.4.
Non poteſt ordinare regulares extra tempora Prętextu priuilegij Societatis Ieſu quia rale priuilegium eſt incommunicabile, nec per generales confirmationes factum eſt communicabile fol. 316. nu. 31.
Non poteſt ordinari prima tonſura qui non habet animum progrediendi ad vlteriora num. 32.
Non poteſt ordinare diſpenſando in irregularitate hæretici etiam occulti nu. 33.
Nec ordinare ſuſpectos vel à fide apoſtatas nu. 34.
Nec expoſitos quia præſumuntur illegitimi fol 319 num. 50.
Nec alterius ſeruum fol. 320. nu. 55.
Nec Infamem num. 56.
Nec ſi ſit diſpenſatus per Principem ſecularem num. 57.
Nec ſi habeat tenue beneficium nu. 58.
Nec ſi habeat beneficium de futuro nu 59.
Nec ſi ſit beneficij poſſeſſio impedita per iudicem num. 60.
Nec ad titulum Vicariæ temporalis, vel officij amouibilis num. 61.
Nec ad titulum Seminarij nu. 64.
Nec ad titulum non ſufficientem ad ſuſtentationem num. 62.
Nec ad titulum obſequij Eccleſiæ nu. 63.
Nec ad titulum menſæ Epiſcopalis nu. 65.
Non poteſt ordinari ad titulum doctoratus. fol 321. nu. 66.
Nec debet ordinari etiam ſi habeat patrimonium ſi non ſit neceſſarius Eccleſiæ n. 68.
Nec ſi non ſint facta publica edicta. nu. 70.
Nec ſi impetret ab amico ea quæ ſunt ad victum neceſſaria nec ad titulum legati conſequendi. n. 72.
Nec ad titulum rei poſſeſſę ſub directo dominio ſi alias habeat vile. n. 73.
Nec ſi expectet pingue patrimonium à patentibus num. 74.
Nec ſi habet in cenſu ſi ſit redimibile. n. 75.
Nec ſi ſit conſequendum poſt litteras dimiſſorias num. 76.
Si Epiſcopus ordinat ſine titulo eum tenetur alere ſicuti etiam tenetur Vicarius vel qui examinauit ſufficientiam patrimonij ſi non ſit ſufficiens nu. 77.
Nec ſi interceſſit pactum denon petendo patrimonio, vel fructibus beneficij. n. 78.
Ordinans circa ordinandos debet procedere magna cautela. fol. 322. n. 79.
Ordinari debent eſſe pauci. n. 80.
Debet pręmitti denunciatio ad inueſtigandos mores eorum qui ſunt ordinandi. n. 81.
Non poteſt ordinare non ſuum ſub ſpe futurę ratihabitionis. n. 21.
Clericus vltra montanus debet ordinari. fol. 316. nu. 22.
De materia ordinum multa. fol. 323. n. 83.
In ordinatione quando & quomodo ordinandi debeant proferre formam. fol 314. nu. 84.
Prima tonſura non debet concedi omnino illiterato. fol. 335. n. 146.
Nec non ſubdito, & non habenti teſtimonium à ſuo prælato. n. 147.
Nec coniugato niſi velit religionē ingredi. 148
Non poſſunt ordinari religioſi non profeſſi ſine beneficio aut patrimonio exceptis religioſis Societatis Ieſu qui ſunt vere religioſi etiam ſi non ſint profeſſi. n. 150.
Poteſt ordinare ſuum triennalem ſi ſtatim ei det beneficium. fol. 316. n. 17.
Ordinatus ratione originis non debet ad aliũ accedere ad habendos alios ordines. n. 18.
In aliena diœceſi nec in ſuo cubiculo priuato debet conferre primam tonſuram. n. 20.

P

POntificalia exerceendi non debet dare facultatem Epiſcopus illi qui ſemel defecit à fide fol. 318. n. 35.

R

REſeruatio caſuum non debet eſſe multa fol. 332 n. 124.
Reliquię perſonę non dum Canonizatę non debent ab Epiſcopo approbari. f. 334. n. 142
Regulares non poſſunt de iure communi ordinari niſi ab Epiſcopo in cuius diœceſi eſt monaſterium. fol. 315. n. 8.

S

SVſpendi debent ordinati ſi reperiantur minus idonei. fol. 323. n. 82.

V

IN Viſitatione non poteſt accipere Epiſcopus aliquid vltra procurationem nec poteſt permittere vt ſui accipiant. f. 333. 134.
Nec poteſt in Viſitatione accipere munera etiam oblata, & quid ſi victualia. n. 135.
Vltimę voluntates ad pias cauſſas non debent ab Epiſcopo commutari niſi ex iuſtiſſima cauſſa. n. 136.

FINIS.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO ...